Marchus Antonius alteram in partem dubius electus est. Reliquam Glaucia: Memiusque in diuersum traduxere. Sed cum Memius dignior existeret: ueriti illum Glaucia: & Apuleius: nonnullos ad eum cum lignis in ipsa electione præmittunt: qui Memium uulneribus aggressi inspectantibus cunctis interfecere. Hac ex re conturbata concio: statim dissoluta est: nullis legibus aut iudicibus: aut uerecundia eos cohibente. Populus ira & indignatione accensus sequenti die ueluti Apuleium interfecturus accurrit. Ex hoc cætera multitudo ex agris deuoluta cum Glaucia Caioq; Saphinio Censore capitolium inuadit. Senatu eos interfici mandante turbatus Marius non nullos armis instruxit: uerum tardante eo alii aquarum fistulas: quæ ad templum confluebāt incidunt. Saphinius templo ignem immisit ex siti se moriturum autumans. Glaucia: & Apuleius Marium sibi auxilio adesse arbitrati in primis se tradidere: & post eos Saphinius. Marius omnibus ut eos occideret in clamantibus in senatu conclusit quasi legalius eam rem executurus. Hi occasionem adesse arbitrati transenam a Senatu sustulere: & qui circa Apuleium erant præcipitauere omnes: quoad Censorem: Tribunum: prætoremque interfecerunt. Principatus consiliis adhuc assidentes ciues: Cæteraque multitudo ex dissensione confunduntur. Et Tribunus alius: qui Gracchi filius esse putabatur: primum ea die Tribunatum gessit: cum nulla ulterius libertatis: aut reipublice: aut legum: aut dignitatis: aut principatus esset utilitas. Ex quo Tribunitia potestas ad delictorum pœnas: populique subsidia ueluti sacrosancta quondam constituta in hunc modum deiecta est: taliaque perpessa. Interfecto a Tribunis Apuleio: Senatus populusque romanus una uoce clamare occipiunt Metellum esse reuocandum Cæterum Publius furius Tribunus plebis non libero: sed libertino patre genitus audacter admodum: ac constanter illis resistebat: ut neque Metelli filii pēibus in conspectu populi suppliciter eum deprecantis: & ad pedes eius prouoluti lachrymantisque flecti potuerit. Q ua ex causa puer idem ab huiusmodi prospectu pius subinde cognominatus est. In sequenti anno Caius Cornelius Tribunus Furium ipsum hac de causa in iudicium uocauit. Populus non expectato Furii responso: in conspectu omnium statim ibidem deprehensum lacerauit. Sic assidue unicuiusque odium in foro eminebat. Metello tandem reditus concessus est. Ferunt diem illi non sufficisse: dum ad portas urbis obuios, quosque complecteretur. Ex hoc tertium ciuile bellum Apuleii cum duobus Gracchis fuisse constat in quo tam multa in romanos perpetrata sunt. His ita se habētibus sociale bellum multarum per italiam gentium principium assumpsit. Q d subito exurgens ad summum tandem usque peruenit: seditioneque ex urbe ob timorem substulit. Verum finiens longe ampliores turbulentioresque excitauit Seditionum quoque principes potentissimos erexit: quique non legum lationibus: plebeisque tumultibus inter se: uerum exercitibus immensis subitisque crastarentur. Id autem huic historiæ inferere uisum est cum ex romana seditione principium: assumens maiores adhuc tumultus dissensioneque concitauerit. Ortum autem sumpsit in hunc fere modum. Fuluius Flaccus consulatum gerens primus italos palam excitasse dicitur ut in ciuitate assumerentur: & ex subditis participes fierent dignitatum. Q uam opinionum inducens idem cum in ea constanter diutiusque perseueraret a Senatum in expeditionem: missus est. In qua consumpta iam dignitate consulari Tribunatum eligere maluit: eumque cum Graccho iuniore adipisci studuit: hæc & alia quædam cum eo etiam in italia meditante. Ambobus autem interfectis uta nobis superius dictum est: multo magis Itali elati sunt. Non enim in subiditorum numero pro communi portione esse substinebant: & Flacchum Gracchumque ipsis

Glabcia Apulei? Saphinii? } Inde ditionē ueniūt

Memij meriti

Caput lij mēdiū

Studiū populi Metelli

Ingens Metelli exhibiti gloria

meditā tē

Liuius Drusus equites
ab ac prēs sibi alienauit.

liuius drusus Trib. plēb. italis ciuitatē promisit.

præsidentes talia ppessos haud facile pferre poterant: Ex quo Liuius Drusus tribunus plebis uir illustris rogantis Italis legem illis de ciuilitate allaturum se promiserat. Hanc enim præcipue exoptabāt quasi subinde ex subditis futuri duces. Is igitur hac in re populo subblandiens colonias plures in Italia & Sicilia: quæ iampridem decretæ nundū tamen conditæ fuerant deducere suasit. Senatum uero & equites qui iudiciorum causa iampridem inter se dissidebant communi lege coniungere temptauit. Cumque iudicia haud aperte ad Senatum traducere liceret ad utrosque in hunc modum deferre conatus est. Cum Senatores ob dissensiones ad tercentum fere creuissent numerum totidem alios ex equestri ordine eligi potissimum illis persuaserat qui omnes in futurum iudicia exponerent. Exactiones etiam munerum: ab his fieri pro crimine conscripsit cum iam ex more quodam modo largitio haud multi fieret quæ sine rubore quæstum faceret. Hæc igitur ad utrosque meditatus est. Quæ res illi in contrarium cessit. Quippe Senatus molestе admodum perferre uisus tot subito sibi admisceri uiros & ex equitum numero ad summam uehi dignitatem non absurde arbitratus cum Senatores effecti essent longe potentius primis illis seditionem in se concitaturos esse. Ecōtra equites non mediocri suspitione tenebantur si ob hanc rem iudicia in futurum ab ipsis sublata ad Senatum deferrentur. Cum enim ingentia lucra potestatemq; gustassent haud facile ea suspitione carere poterāt. Ob multitudinem præterea eorum in desperationem pariter ac suspitionem inter se uenturos esse qui nam digniores uiderentur ad tercentum eligi numerum ac cæteris inuidiam gigni erga meliores. Super omnia uero intra se querebantur nouum in largitionibus exorsum crimen quod a se pforsitan explosum esset. Hunc igitur in modum equites Senatoresque & si alias inter se discordes essent in Drusum pariter fixere odia. Solus populus coloniarum deductione lætabatur. Itali partim pro his ob quæ Drusus hæc in primis commentus fuerat partim pro coloniarum deductione uerebantur qua si pubica romanorum tellus. quæ immensurata adhuc erat haberetur. Itaq; quidam ui non nulli clam qui sibi statim eriperentur inuasere agros. Ea ex re plurimum propria tellurem uexati Tyrrheni atq; Umbri & ob hæc Italos metuentes: ut uidebatur: ad consules in urbem delati sunt: re quidem ut Drusum interficerent: uerbo autem ut in legem conclamarent: eoq; modo constitutam diem expectabant. Id præsentiens Drusus raro in publicum progrediebatur: uerum in deambulatorio loco parum habente lucis continue ius dicebat. Cum igitur circa uesperam multitudinem emitteret: subito se percussum esse conclamauit: uixq; finito clamore in terram concidit. Repertus deinde sutoris gladius fœmori eius infixus. Eoq; modo Drusus & ipse Tribunus occiditur. Equites itaq; calumniæ principiuz ad uersus æmulos ex illius dignitate ~~meditate~~ meditati: Quintum ualerium ad tribunatum induci suadebant. Iudicium esse in italos quærendum: qui in rem publicam: aperte: aut occulte auxilia præstabant sperantes eo modo potentes omnes inuidiæ crimine circumuenturos esse: se uero fore iudices: hisque eiectis facile urbis imperium adipisci posse. Recusantibus itaq; cæteris Tribunis proferre legem: equites ensibus nudis circumstantes eam protulere. Qua lata confestim Senatorum præstantissimis accusatores ascripsere: quibus Vistius haud obediens sponte profugit: ueluti seipsum non traditurus in manus hostium. Post illam Cotta in iudicium uenit. Cum autem elate ad modum pro iis: quæ in republica gessisset loqueretur: & equites reprænderet: priusq; decreto urbe eiiceretur: egressus est. Mumius græcia capta ab equitibus eum soluere pollicentibus insidiis petebatur. Qua ex causa turpiter in iudicio fugere compulsus in Delo uitam egit. Increbescente itaque dietim malo in optimos quosque populus tristari

quo cōsilio drus' senatū cū equestri ordine inimicū copulare studuit

& drusi iudiciaria

iudiciorū corruptio + iudicia quę pēnes equites erāt senatui cōmuni cata.

equitū suspitio

equites & iudicijs quę sibi faciebant

Iudicia pēnes equites venalia.

+

sui' drus' obrogis latione senatui pariter et equestri ordini odio habit'

liuij Drusi Trib plēb. interitus

Q: valerius Trib. plēb.

Lex iudiciaria

lex alia

Vistij fuga

cotta i iudiciū uocat'

Mumius achaicus

exilio mortuus

cœpit:talibus:tantisq; sibi ereptis ingemiscẽs uiris. Itali quoq; Drusi calde p̃ cepta:aliorumq; ad fugaz occasionem intuentes:haud facile ea tolerare posse rati:si illis subditi ea paticogerentur:nec aliam in republica degendi formam ulterius sperarent a romanis defecere:bellumq; in illos acriter inferre statuunt. Clam uero inter se fœdera iẽtes: obsides ad fidem mutuam hac de causa tradidere. Q uæ res per multum temporis romanos ob defensiones:& iudicia in urbe latuit. Cum ãt animaduersa esset: non nullos ad urbes demisere qui hæc secreto a complicibus exquirerẽt. Ex his cum quidam adolescentem ex Asculi urbe obsidem datum:& ad aliam delatum urbem intueretur:statim Seruilio proconsuli circa ea loca præsidenti notum facit. Erãt quippe:ut uidetur:italiæ proconsules per partes præsidentes:quos multo deinde tempore imitatus Hadrianus cum princeps extitisset:romanis innouare studuit. qui ordo post illum breui permansit. Seruilius igitur ira acensus:arepto cursu ad Asculum uenit:ciuibusq; in publico solemnia agentibus grauiter insultans occisus est Cunctis itaq; eos despicientibus Fonteius post illum legationis causa demissus & ipse interfectus est. Sic enim illos qui gentibus presunt:& a Senatu ad subsidia mituntur legatos solent appellare. Occumbentibus his neq; cæteris romanorum uenia ulla adhibebatur. Sed omnibus apud se moram ducentibus insurgentes Asculani uitam ademerunt bona eorum prædæ exposuerunt. Patefacta iam tandem defæctione omnium quicunq; Asculanis finitimi fuere ad arma concurunt. Marsi scilicet Malini Vistini Maruceni & ultra hos Picentes Ferentani Hirpini Pompeiani Venusini Iapyges Lucani & Sannites quæ gens prius aduersa admodum & grauis romanis fuerat & quicunq; alii a Lario flumine qui (ut mihi uidetur) ad Linternum defluit. & quicquid ad Ionium sinum pedestri maritimoq; itinere patet hi omnes legatos ad romanos misere apud eos conquerentes q̃ omnia ad principatum illorum mediãti, haud digni eorum republica habiti fuissent. Q uibus Senatus acerbe respondit. Si eorum quæ egissent illos pœniteret legatos ad se mitterent. Sin minus mittere desisterent. Illi desperatis rebus ad bellandum sese præparant:quibus exercitus ex urbibus in commune affuere:equitum unus:peditum reliquus usq; ad centum milium numerum. Romani æqualem illis ex aduerso statuere:partim a seipsis:partim a sociis italiæ urbibus:& ad huc in fide manentibus collectum. Romanis sextꝰ Iulius Cæsar:& Publius Rutilius Lupus consules præerant:ambobus tanq̃ ad magnum:& finitimum egressis bellum cum reliqui portas mœniaq; tuerentur. Q uemadmodum autem domestico:& uicino maxime opere:& circa leges eorũ diffidente:uariarumq; partium adhibentes animum:prætores consulibus ex optimis quibuscunq; addidere:Rutilio uidelicet Gneum Pompeium parentem Pompeii illius qui magnus cognominatus est:ac Q uintum Cepionem:Caium Perpennam:Caiumq; Marium: ac Valeriũ Mesalam. Sub Sexto Cæsare Publium Lentulum:ac fratrem ipsius Cæsaris:& Tũ Didium:Licinium Crassum:Cornelium Syllam & præter hos Marcellum. Tot enim uiri sub consulibus inter se diuisi prouinciam administrabant:quibus omnibus consules præerant. Alios præterea Romani illis obsequentes: ueluti ad insigne quoddam bellum unicuique miserant. Italis duces ex urbibus alii aderant communes in commuui:exercitu quibus omnibus præerant. Titus Affranius:Caius Pontilius:Mariꝰ Ignatius Q uintus Pompedius:Caius Papius:Marcus Lamponius Caius Iudacilius:Erius Asinius: & Vectius Cato:qui exercitum inter se diuidentes Romanorum ducibus adueꝛsi steterant:multa inferentes damna:multaque patientes. Q uorum omnium: ut a principio digniora exequar huiusmodi fuisse constat. Vectius Cato Sextum Iuli

descriptio bellorum quæ inter Romanos et italos gesta sunt.

Esernia ciuitas

octaua belli ciuilis. Iul⁹ cos. Esernię omne domit⁹ dedit⁹ que facit.

um acie propellens: duobus millibus i bello cæsis ad Aſerniã deduxit urbem: romano-
rum fauentem partibus. Itaque Lucius Scipio: & Lucius Acilius seruorum uestes in-
duti fuga abiere. Cæteri tempore fameque perdomiti se illi dedidere. Marius ignatius
Venefranso per proditionem recepto: duas romanorum cohortes in ea deprehensas
interemit. Presenteius autem publius Perpennam ad decem millia homínum ducen-
tem in fugam uertit: ex quibus ad quattuor millia cæsa sunt: reliquis maiorem armo-
rum ademit partem. Q ua ex re Rutilius consul Perpennam ab exercitu summouit:
eiusq; copias Caio Mario subiecit. Marcus autem Lamponius ex his: qui cum Licinio
Crasso aderant ad octingentos occidit. Reliquos ad Adrumentum urbem insecutus adrumẽ
est. Caius Papius Nolam ex proditione recepit: & romanis ad duum millium numerũ tũ. cuit.
in ciuitate ea residẽtibus publice per præconem annunciari iubet si cum eo militare uel
lent. Q uoscunque igitur conditionem admittentes in armis habuit. Duces militiam
recusantes carceri inclusos fame necauit. Castabulos præterea cœpit. Minternum quo castabuli
que & salernum: quæ romanorum colonia fuit: & captiuos ex ea habitos seruosq; mili- ciuitas
tiæ ascripsit: quecunque Nuceriæ finitima incendit igne: utq; ciuitates proximas timo-
re afficeret: exercitum sibi dari postulauit. Cui peditum decem millia: equites mille at-
tributi sunt. Cum his Papius ad Acherras castra posuit. Sexto autem Cæsare Galata- Acherrę
rum peditum decem millia: & Numidas Mauruſiosque deducente: equites: & ad acher ciuit.
ras accendente Papius Oxintam Iugurtæ numidarum regis filium qui a romanis Ve
nusii custodiebatur: urbe extulit. Hunc purpura regia uelatum sæpenumero Numi-
dis: qui cum Cæsare aderant ostendit. Multis igitur numidarum ad eum tanquam
regem fugientibus: reliquos Cæsar ueluti suspecto in libyam demisit. Papio strenue ad
eum accendente propius: & partem ualli diruente: equites reliquis eportis emittens.
Cæsar ad sex millia hostium occidit: & subinde ex Acherris exercitum deduxit. Iuda ei Iudaciq
lio in Iampyga existenti Canusium: Venusiumque: & pleræq; aliæ ciuitates adhæsere: regis Ia
quasdam etiam sibi aduersantes idem obsedit: & qui illustriores in his fuerant romano pulingen
rum interemit: populares item: seruosque militiæ ascripsit. Rutilius cõsul: & Caius Ma-
rius supra flumen Lyrim pontes transeundi causa: non magno inter se spacio coniun-
xerant: quibus Vectius Cato aduersus steterant in longe a Marii ponte. Clam itaque
noctu in circa Rutilii pontem insidias in ualle disponit. Simul autem Rutilium in transi
tu uidere dissimulans: insidias educit: pluribusq; inter arida necatis multos flumini im
mersit. Hoc in prœlio Rutilius ab hostibus sagitta caput saucius non multo post inte
riit: & Marius ad alterum constitutus pontem: ex corporibus fluuio immersis: atque
natantibus cladem arbitratus: expulsis his: qui propius obstiterant fluuium superat:
uallumque Catonis paucis custodientibus intercipit: ut Cato eo in loco quo uictori-
am adeptus fuerat pernoctare: & commeatu destitutus statim copias abducere coact⁹
sit. Rutilii multorumque illustrium corpora romam delata quo sepulchro: mandaren
tur miserandum præbuere spectaculum: consulis totq; aliorum intuentibus funera: &
per plures dies luctus excitatus est. Ea ex causa Senatus defunctorum corpora: quæ i
bello occubuissent: eo in loco sepeliri uetuit: quo aliorum humarentur: ut ab oculis mi
litum q̃ longissime abessent: Q uod hostes intelligentes uicissim & de suis statuere.
Rutilio successor relíquo anni tempore nemo substitutus. Sextus Cæsar cum quie-
tem minime ageret: sed continue ad comitia romam commearet: Senatus exercitui:
cui ipse præerat Caium Marium: & Q uintum Cœpionem præsidere uoluit. Ob eaz pompe
rem Cœpioni aduersus Q uintus pompedius prætor transfugæ in morem ab exerci- dij ꝓtio

descriptio bellorum quæ inter Romanos et italos gesta sunt.

Italicorum prima clades.

Cæsar R. victoriæ principiũ

Rutilius cos. ad lirim quid

Vincit Rutilius a catone q̃ insidias

P. Rutilij cos. mors.

Marij vectij catonis vallũ capit.

octaua R. clades.

Senat⁹ decretũ in humãdis militib⁹

Sexti cæsaris ambitio. fraus.

Oxinta Iugurthę f.

Pompedij ꝓtio

In locũ caius Marius a. apio Sexti cæsaris cos. subrogat

cu receſſit. duos impuberes ſeruos ſecum trahens: filiorum in morem purpureis ornatos ueſtibus: eoſque in poteſtatem ſibi tradidit: & ut fidem promereretur: maſſas quaſdam plumbeas auro: argentoque contectas una detulit: ſummaque celeritate Cœpionem adhortatus eſt ut cum copiis inſequeretur: quaſi illi duce deſtitutum relictu rus exercitum. Ductus crudelitate Cœpio eum inſequitur. Pompedius loco proximus ubi inſidiæ latebant: collem quendam ueluti hoſtes ſpectaculaturus aſcendit: ſignumque illis extulit. Hi ex inſidiis prodeũtes Cœpionem pluresque alios ibidem captos interemere: Cœpionis exercitum Senatus Mario adiunxit. Sextus Cæſar cum peditibus triginta millibus: equitibus quinque millibus per uallem quandam: locaque ſcrupuloſa delatus: Mario Ignatio ſubito occurrente in uallem compulſus: ingruente morbo ad lectum tranſire compellitur: fluminis cuiuſdam in ripa: cui unicus per pontem patebat aditus. Quamobrem maiore exercitus ſui parte deleta: reliquorum amiſſis armis: uix tandem in Theanum fuga delabitur: Reſiduos cum eo exiſtentes quoad licuit: inſtruxit armis: Cætera multitudine ad eum fugiẽte: ſupra Acherras: quæ adhuc a Papio obſidebatur caſtra poſuit. Exercitibus utrique aſſiſtentibus: neutique alteri ob timorem congrediebatur: Marſos autem Cornelius Sylla & Caius. Marius aggreſſi continue inſequebatut: quoad uitium ob ligamina incurrerent. Cum uero Marſi uitium nodos egre ſuperarent: Mario ac Syllæ ulterius progredi haud uiſum ẽ. Cæterum Cornelius Sylla ab altera uitium parte caſtrametatus: difficultatem hoſtibus obiectam animaduertens: Marſis fugientibus occurrit: multoſque interficit ut ad numerꝫ fere ſex millium extincti referant: & longe plura a romanis arma ſuſcepta ſint. Marſi ferarum more ſe deceptos egre ferentes: iterum cœpere arma: denuoque cum ipſis congredi conatur. Sed cum illi pugnam detractarent: belli initium nuſq; factum. Eſt enim Marſorum natio bellicoſiſſima admodum: Feruntque hac ipſoruꝫ duntaxat culpa triumphum de illis habitum: cum prius neque aduerſus Marſos: neque ſine marſis triumphes ullus adeptus ſit. Circa Falernum montem Iudacilius: & Titus Affranius: & Publius Venditius cum Gneo Pompeio inuicem congreſſi in fugam uertere: & ad urbem uſque Firmum perſecuti ſunt. Deinde ad alia duxere copias: Affranius Pompeio intra Firmum incluſo caſtra appoſuit. Ille uero cæteros in armis præparans ad bellũ non prodibat. Aduentante alio exercitu Sulpicium a tergo Affranio immittit. Ipſe in fronte progreditur. Itaque dum prœlium gerit: laborantibus utriq; Sulpicius hoſtium caſtris iniecit ignem. Quod intuentes illi ad Aſculum perfugiunt: nullo militari ordine carpentes iter. Affranius pugnans interimitur. Pompeius ad Aſculum profectus urbem obſidebat. Erat quippe Aſculum Iudacilii parentis oppidum: quo timore ductus Iudacilius: cum cohortibus octo confeſtim acceſſit. Præmiſſis ad aſculanos nunciis: iubet ut cum longe uenientem uiderint: ſubito accurant: hoſtiumque circunſtantium caſtra agrediantur: ut prœlium utraque ex parte in eos gereretur: quod ab aſculanis neglectum eſt. Iudacilius igitur per medios hoſtes cum quibus potuit uidelatus: eorum timiditatem infidelitatemque redarguit: quaſi ulterius urbem tueri deſperarent. Aemulos uero qui cum eo prius diſſidebant: & tunc quidem multitudinem a mandatis ſuis deterruerant: interemit omnes: deinde in templo pyram erigens: ſupra eam menſam ſtatuit: & in ſummo cum amicis epulatus eſt. Perſeuerante adhuc conuiuio uenenum introducitur: quo ſumpto ſupra pyram ſeſe collocans. ut ignem illi immitterent orauit. Sic Iudacilius egregie pro patria contendens: extinctus eſt. Sextus Cæſar cum deponendi muneris tempus acceſſiſſet: pro conſul a ſenatu electus ui

ginti millibus hostium: qui in exercitu aderant occurrit: exquibus ad octo millia occidit: plurium etiam assumpsit arma. Circa Asculum castramentanti cum creatio eius in longum traheretur morbo decessit: prætorem eius loco Caium Bebium instituens. Et hæc quidem circa italiam Ioniumque gesta. Intelligentes autem hæc illi qui ab altera romæ parte incolunt tyrrheni: & umbri: & aliæ his finitimæ nationes ad defectionem una consenserunt. Veritus igitur Senatus ne hostibus omni ex parte ingruentibus urbem minus tueri posset: mare omne a Cumis ad urbem usque libertis communiuit: tunc primum ad militiam ob uirorum inopiam accitis: Italus uero in societate permanentes adhuc: reliquorum ciuium numero ascripsit: quod unicum ab omnibus maxime expetebatur. Idem & tyrrhenis concessere: qui ciuilitatem cupidissime complexi sunt. Hac igitur caritate usus Senatus: ex benignis longe benigniores sibi reddidit: & qui dubii adhuc erant in fide confirmauit. Aduersantes præterea in bello spe huiusmodi ciuilitatis mitiores habuit. Hos nuper in urbem delectos uiros. Romani ne utique eorum tribubus: quæ trigintaquinque numero fuere statim miscuerunt ne priscis illis numero superiores: in creationibus aliquando anteferrentur. uerum eas decimantes alias denuo ex illis creauere: in quibus ultimi suffragia ferebant: & plerumque eorum calculus nullius fere momenti habebatur. cum quinque & triginta in primis uocarentur: quæ supra dimidium reliquas excederent: quod a principio efflagitantibus italis eos latuit. Cum uero res cognita fuisset: alterius dissensionis causam præbuit. Quiautem circa Ionium fuere nondum tyrrhenorum pœnitentia perspecta: quindecim uirorum millia: longius itineribus: nulla intermissione in auxilium eis præmiserunt: Quibus occurrens Gneus Pompeius iam tum consulatum adeptus: ad quinque millia occidit. reliqui uero ad propria per regionem sterilem hiberno tempore: summo labore reuerti satagentes: cum dimidia fere eorum pars gladibus tolleraret famem: inopia consumpti sunt: Eadem hyeme Cornelius Cato Pompeii collega contra Marsos bellum gerens interfectus est. Lucius Cluentius ad pompeios montes Syllæ castramentati summa diligentia bellum gerens uix tribus stadiis longius aberat. Eam ignominiam cum egre perferret Sylla: non expectatis iis qui pabulatum mittebantur: Cluentium aggreditur: actum quidem uictus effugit: Sylla assumptis deinde pabulatoribus Cluentium inuadit: & auertitque: qua ex causa longius castra ponere compulsus est. Galatis deinde ad eum confluentibus: iterum Syllæ propius accessit. Cum utriusque exercitus ad bellum conueniret: Galata quidam uiri corpore eximio: cursu cæteros anteuectus. quempiam ex Romanis in pugnam prouocat. Huic occurrens Mauruſius statura per breuis protinus superat occiditque. Eo aspectus conterriti Galatæ fugam capessunt: dissoluto ordine: nec aciem ulla Cluentio ulterius substitit: uerum Nolam concito cursu turbatæ aduolant. Quos continue insecutus Sylla: ad triginta millia interemit. Nolanis deinde per portam eum suscipientibus: ne hostes ipsis insurgerent: reliquos omnes circa mœnia: ad numerum uiginti milium occidit: cum quibus & Cluentius egregie pugnas interimitur. Sylla deinde ad alias delatus nationes: quæ hirpinæ appellantur: cum castra illis apposuisset: in Nolanos decurrit. Hi Lucanos exorta luce in auxilium ipsis uenturos expectabant: Tempus itaque ad consultandum a Sylla petiere. Ille intellecta fraude: horam Nolanis dissinit: & oppidum ligno uallatum appositis scalis: post horam protinus ascendit. Ea ex trepidatione compulsi ciues: urbem Syllæ tradidere: quam ille necessitate potius quam beniuolentia sibi obsequentem: præde exposuit. Cæteris se dedentibus ueni

Sylle victoria de hirpinis et Sannitib?

am conceſſit donec hirpinas nationes omnes ſibi ſubdidit: & in Sannites deduxit exercitum non his quidem itineribus: quæ Emotilus eorum dux diligenter obſeruabat uerum aliam nactus itinerationem per anfractus ignotam plurimis ex ea: hoſtibus inuectus eſt: multoſque ex iis occidit: reliquis ſparſum fugientibus. Emotilus cum paucis in Aſerniã ſaucius aufugit. Sylla ſublato exercitu in Buanos tranſgreditur: quæ gens commune deficientium receptaculum fuit: cum tribus arcibus inſigne eorum eſſet oppidum: & Buani ea fiducia Syllæ aduerſarentur. Ille nonnullis præmiſſis: quam primam ex omnibus arcem aſcendere poſſent: iubet occupare: deinde ex fumo rem notam ſibi facere. Prodeunte igitur fumo: qui a fronte conſtiterant aggreditur: ac tribus continuis horis prœlio decertans urbe potitur. Et hæc quidem æſtatis temporibus fœliciter a ſylla geſta. Inſtante hyeme romam ad conſulatum petendum reuerſus eſt. Gneus autem Pompeius in marſos mauricenos: ueſtinoſque deduxit. Caiuſ coſconius alter Romanorum prætor cum exercitu delatus Salpiam incendit: Canaſque ſuſcepit: & ad Canuſium diſpoſitis caſtris: Samnitibus illi inſurgentibus ſtrenue obſtitit: quouſque cædes utraque ex parte inſignis editur: & coſconius copiis debilitatus intra Cannas recedere compellitur. Trebatius Sanitum dux flumine utriuſque copias excludentes: Coſconium adhortatur: ut uel ſuperato fluuio ad ipſum pertranſiret: uel ripa fluminis excedens tranſeundi facultatem ſibi traderet. Ille igitur loco ceſſit. & Trebatio tranſeunti occurrens pugna ſuperior euaſit. nam illo ſupra fluuium arripiente fugam ad quindecim hoſtium millia interemit: Reliqui cum Trebatio ad Canuſium celeri fuga delati ſunt. Coſconius larinenſium: uenuſinorum: aſculanorumque uaſtatis agris: in podiceos peruenit: duobuſque diebus nationem illam ſuperauit: Cecilius Metellus ſucceſſor illi ſubſtitutus ad bellum cum ueniſſet: in Iapygas decendit: eoſque bello deuicit. Et Pompilius alter ex ducibus qui in bello defecerant: interim occubuit. Reliqui per partes ad Cecilium uenere. Et hæc quidem per italiam ſociali in bello geſta ſunt cum in maius augeretur: quod italia omnis in populi Romani rempublicam conceſſit: Lucanis & Sannitibus eo tempore exceptis. Videntur quippe & hi eadem poſterius aſſecuti: & inter tribus quemadmodum priores ſeperatim electi eſſe: ne ſi priſcis miſcerentur in creationibus longe præcellerent numero ſuperiores. Per idem tempus optimates in urbe contendere cœpere: cum quidam debita cum uſuris emerent: lege quadam ueteri iubente: ſupra fœnus: fœnerari minime licere: qui id effeciſſet eandem mulctam ab illo ſubeundam eſſe. Abhorruiſſe mihi quidem uidentur ueteres Romani fœnoris conſuetudinem: quemadmodum & græci: nec ſecus: ac cauponandi quæſtum quendam exiſtimauiſſe grauem: intollerabilemque pauperibus: & inimicicias ultro procreantem. Q ua ratione commoti Perſæ commodi deceptibile quoddam: mendaciiſque refertum eſſe exiſtimant. Conſuetudine deinde temporis fœnus approbante: hi quidem ſecundum morem exigebant. Illi uero uelluti ex bello & ſeditionibus reditiones exhibebant. Erant & qui fœneratores pœna mulctandos eſſe prædicarent. Q uippe Aſelius prætor: ad quem iſta ferebantur: cum fœnus diſſoluere nullo modo poſſet iudicia illis uiciſſim atribuerat: quæ difficultatem ex moribus: legeſque prodeuntem diffinirent. Legem itaque ueterem innouari moleſte ferẽtes qui fœnus exercebant. Aſelium hunc in modum interemere. Forte ſacra Caſtori Pollucique in foro celebrabat. Multitudine itaque illi ut in ſacris aſſidente quidam lapide prius emiſſo phialam excuſſit: & ad Veſtæ templum ſubito accurrit. Nonnulli igitur eum præcedentes templo excluſere: demum in diuerſorum fugientem interfici

emotilus Sannitu dux.

eſernia

buani qui

buanũ

ũt boianũ

Sylla boiano

ꝓhotrũ

oppidũ a sylla

captũ.

Coſconius ꝓtor.

Trebati Sanitũ dux.

Larinenſes

podicæi

Metell? Iapygas

pompilij ducis

italicæ mors.

italici ciuitate donati

lucani

Sanites

ciuitate donati

cõtra optimatũ urbe fœnoris cã

ꝓ sors iudiciũ de fœnore.

Aſeli? prætor.

A Selij mors.

Mos ſcrificãdi.

unt. Multi ob id persequentium ad eorum uirgines eos fugere arbitrati eum ad locū delati sunt: quem uiris ingredi minime fas fuit. Hac ex causa Aselium prætorem: sacra per agentem. sacerdotemque & ueste aurea ut in sacris mos fuit assidentem: horam circa secundam fori medio interemere. Senatus per præconem statim annunciari iubet: si quis Aselii interfectorem publicaret: libero quidem argentum: seruo libertatem: conscio ueniam polliceri. Quod nemo propterea facere est ausus: fœneratoribus interim reum occulentibus. Hæc igitur cædes: ac dissensiones adhuc intestinæ ciuilesque per partes extitere: Dehinc exercitibus magnis seditionum principes bello legibusque adinuicem certarunt cum patria ueluti brauium in medio consisteret. Transitus autem ad hæc & origo statim post sociale bellum in hunc modum prodiit. Cum mithridates ponti & aliarum gentium rex bithiyniam: & phrygiam: & his finitimam asiam ingressus esset: ut a nobis superiore libro perscriptum est: Sylla consul electus Asiæ expeditionem mithridaticumque sortitus est bellum: dum romæ adhuc esset: Marius uero belli opportunitatem utilitatemque considerans: cum illud affectaret: Publium Sulpiciū Tribunum: qui ad hæc opem illi afferret multis pollicitationibus inducere temptauit. Nouos etiam exitalia ciues: qui minus possiderēt: ad suffragia per omnes tribus spe quadam diffidere persuaserat nihil de necessitate sua prælocutus quibus ut seruis in omnibus usus est obsequentibus. Ac propere Sulpicius de his rebus legem tulit qua confirmata necesse erat quicquid Marius aut sulpicius cuperet: effectum consequi: nouis ciuibus longe priscos numero exuperantibus. Verum qui antiquiores aderant hæc ipsa cognoscentes acerrime nouis resistebant. lignis lapidibusque in eos depugnabant. Increbescente dietim malo: ueriti consules: approbatione legis potissimum instante plurium dierum uacationem instituere: quemadmodum festis diebus ac solemnibus mos fuit: ut aliqua interim mutatio creationis: tumultusue fieret. Verum Sulpicius uacatione minime expectata: seditiosos quosque tectis ensibus ad forum iubet accedere: & quicquid necesse foret exequi: nec consulibus parcere si occasio expostulet. Cum omnes prompti adessent. uacationem ut iniquam accusare pergit: iubetq; Cornelium Syllam ac Quintum Pompeium consules uacationem subito dissoluere: ut approbationem legis afferat. Elato tumultu qui illum circunsteterant enses exerunt: & consules ipsis aduersantes interficere uelle minantur. Ob id Pompeius latitans effugit Sylla ueluti consulturus paulatim cessit. Filium uero Pompeii Syllæ adsistentem & pleraque audacius locutum: illi ipsi Sulpicisequaces interficiunt. Sylla in concionem reuersus uacationem dissoluit. Deinde ueluti Capuā ad exercitū iturus: ex Capua in Asiam ad mithridaticum bellum sese præparat. Non enim quispiam quæ ab eo agitabātur intellexerat. Sublata uacatione: & Sylla ab urbe remoto. Sulpicius legem protulit: & Caio Mario cuius causa hæc agebat: Syllæ loco mithridaticū bellum destinat. His p̄ceptis Sylla bello q̄primum decernere statuit. Milites igitur in concionem cōuocat: quemadmodum Marius mithridatico bello inhianis lucri causa milites alios ipīs antetulerit annunciat contumeliam omnem in Sulpicium & marium refert nihil aliud aperte queri ausus: non enim de bello palam fari audebat: monuit ut ad mandata parati essent. Hi quæ facere audeat mente cogitantes: ac de se ipsis plurimum solliciti: ne interim expeditiōe illa priuarentur: quæ aio conceperint Syllā referant: suadent ut eos fidē ter romam ducat. Quibus exilaratus sylla sex militum legiones confestim mouet. Verum exercitus primores: quæstore uno duntaxat excepto: non sustinentes hostiles copias patriæ inferre: romam propere accurrunt. Legati cum syllam ad urbem properan

tem offendissent: rogare incipiunt: qua ex causa cum armis exercitum in patriam deduceret. Quibus ille ut eam a tyrannis liberaret: & hæc bis terq; aliis atq; aliis præfatus legatis simul annunciare iubet an uelint Senatum cum eo: ac marium: sulpiciumq; in campo marcio adesse & agere quæcunq; illis uidebuntur? Appropinquante eo Pompeius collega laudatis iis quæ egisset & approbatis: ad Syllã accessit: ad omnia paratus obsequi Marius & Sulpicius modico interuallo apparatus indigẽtes legatos alios emisere: quasi & hos senatus destinasset rogant: ne propius ad urbem quadraginta stadiis castra locet: quousque de præsentibus inter eos consultum sit. Sylla & Pompeius legatione animaduersa: id facere uelle respondent: ac statim legatos abire imperant. Sylla ualles & quæ propinqua fuere mœnibus loca: militum legione occupat. Pompeius colles alia legione communit Tertiam Sylla ad pontem ligneum emittit. Quartam ante urbis muros in supplementum iubet subsistere. Ipse cum cæteris urbem ingreditur hostili opinione & opere. Qua ex causa: qui circa illum inhabitabant desuper tela emittere cœpere: quo ad eorum domos incedere uelle comminatus est. Tunc autem sese continuere. Marius & Sulpitius ad esquilium forum cum quibus armari potuere illi occurrunt. Fit statim hostilis pugna: Tum quidem primum in urbe: neque sub seditionis imagine ut prius uerum nulla excusatiõe cum tubis signisque ueluti bellilege decertarent. Ad tantum eos flagitum dissensionum peruexit in curia. Conuersis Syllæ militibus ipse arepta aquilla in periculum sese immittit: quasi imperatore opus esset: & si quis uexillis abesset: uerecundia ductus a fuga temperaret. Cæteram multitudinem in prælium conuertit: ac primum tyrones ab exercitu omni aduocat: alios per Saburræ uiam emittit: qui celerrime hostes a tergo inuaderent. Qui autem circa Marium fuere insurgentibus debilius obstabant: ob uiarum transitus circunueniri se ab hostibus uerente. Ciues igitur e domibus eorum depugnantes aduocabant: seruis etiã libertatem pollicebantur qui opem attuliissent. Nemine prodeunte ad bellum desperatis rebus ex urbe fuga se propipiunt: & cũ illis quicũq; illustriores una conspiraverant. Tũc uero Sylla uiam quæ sacra dicitur ingressus quoscunq; ad prædam accurrentes in mediũ nactus supplicio affecit. Præsidiis etiã in urbe dispositis per partes: ipse & Pompeius hinc inde peragrantes noctem peruigilem egere ne quid ab iis qui timebãtur aut a uictoribus crudelius fieret in urbe. Orta luce populũ ad concionem conuocantes: de reipublicæ gubernatione questi sunt quasi maiori ex parte popularibus quibusdã ambitiosis addicta esset: quantumque ipsi ex necessitate feciissent retulere. Addidere etiam nihil ulterius ad populum nisi prius consultum afferri debere: quod antea consuetum iampridem fieri desiisset. ~~Creationes etiam admodum~~, a Tullio rege concessum fuerat arbitrati ob hæc duo legem uidelicet nullam ante Senatum ad multitudinem deferri posse neque creationes tenuioribus & audacibus diuitum & bene consulentium loco collatas dissensionum occasiones præbituras esse. Multaque alia ex tribunorum principatu tyrannicæ potissimum effecta tollentes ad Senatum tunc quidem ex paucitate pene contemptum: ex optimis trecentos uiros elegere: ac quæcunque a sulpicio statuta fuerant post decretam a consulibus uacationem ut illegalia abolere uere omnia. In hunc modum igitur seditiones ex lite: & contentione ad homicidia: ab his ad prælia demum peruenere. Et ciuium exercitus tum primum in patriam ueluti hostilem illati: neque propterea omnes seditiones: quanquam per exercitus interim diuisæ cessauere: uerum impetus continuæ in urbem facti: mœniumque expugnationes: & quæcunque alia hostili opera fieri assueta: cum nul-

Pons Sublici

esquiũ forũ.

Subburra na uia

Via sacra

Tercẽti ad senatũ exopus elegẽ

opere

lib

Creationes etiã munerũ ac dignitatũ nõ a Tribubꝰ sed per classes esset facẽdas quemadmodũ a tullio Rege.

lib

abolitio statutorũ p Sulpiciũ post decꝰ decretã a cõsulibus uacationem.

Q. pompeius ad sylla

Tarda et mesta legatio

consulũ responsa

Sylla urbẽ ingreditur

legionũ collocatio p Syllã

Sylla urbẽ ingreditur

Marius et Sylla manũ cõserũt Inurbe.

Timor et imbecillitas militũ marij.

Marius exurbe fugat?

Syllę ad populũ concio

Excusatio Syllę In populo.

Sylla potentiam plębis iminuit.

cõfusio libertatis Romanę.

Tribunitia potestas a Sylla Iminuta.

Senatũ Sylla Suplet

Ciuiũ copię hostiliter quãdo primũ In patria illatę.

lius reuerentia eoꝝ uiolentiæ obſiſtere, ſiue legum ſiue ciuium: aut patriæ ipſius. Tune igitur Sulpicium Tribunatum gerentem adhuc: & cum eo Marium ſexies conſulem: eiuſque filium. Publium quoq; Cethegum: Iunium Brutum Gneum & Quintum Grannium. Publium quoque Albinouanum Marcum Lectorium: & reliquos Mario fauentes ad duodecim numerum urbe pepulere. & utpote qui ſeditionum cauſas: prœlia conſulibus ſeruis libertatem ad defectionem intuliſſent populi Romani hoſtes ex decreto uulgauere. Licere ex his obuium ſine pœna occidere: aut ad conſules deducere: & eorum bona in publicum eſſe deferenda. Ac protinus ad eorum inquiſitionem accurſum eſt. Non nulli igitur Sulpicium deprehendentes interemere: Marius ipſe ſine ſeruo & ſocio ſolus ad Minturnas confugit: quem ciuitatis primores in obſcura quadam domo quieſcentem: proclamatione publica territi: ambitione inſuper dicti quod hominem ſexies conſulem: a quo multa & præclara geſta eſſent in poteſtate haberent: cuſtodire cœperunt. Galatam etiam carnificem publicum cum gladio miſere ut eum interficeret. Galatam autem ferunt cum per tenebras quæque ſcrutando graderetur: Marii oculis ignis in morem ſplendore micantibus trepidare cœpiſſe. Mox cū Marius e lecto ſurrexiſſet: & horrenda uoce intonaret Tu ne Caium Marium occidere audes? Galatam e foribus proſiluiſſe inſanienti ſimilem acclamantemque. Ego Caium Marium occidere nequeo. Ea ex cauſa ſuperſtitionis cuiuſdam timor primores urbis inuaſit cum illum deprehendere prius dubitaſſent. Famæ inſuper memoria iampridem uulgatæ a puero eum ſepties futurum conſulem. Nam cum infans adhuc eſſet ſeptem aquillarum pullos in gremium eius decidiſſe memorant. Vates autem prædixiſſe eum ſepties maxime magiſtratum obiturum. Hæc igitur Minturnarum primores animo uoluentes galatam dæmonis cuiuſdam occurſu territum arbitrati: Marium ſtatim ex urbe egredi: & quocunque ſaluus eſſe poſſet proficiſci ſuadent. Ille ſe ab Sylla inquiri: & ab equitibus eius perſequi ſatis ratus: iter nulla ſemita ad mare arripuit: & ad Calybes delatus foliis corpori ſuperimpoſitis aliquantulum quieuit. Strepitu deinde percepto ſub foliis latuit: qui cum magis increbſceret: ſōniculi cuiuſdam piſcatoriam ſcapham: per uim coacto eo propere inſiluit. Inſurgente demum tempeſtate perfracto gubernaculo uela uentis quo ſors eum ducere emiſit. Delatus eſt itaque ad inſulam in qua domeſticos ex ſuis nuper allatos repperit. Cum his in libyam tranſit. Prohibitus igitur libyæ ingreſſu ueluti hoſtis e Sexto prætore in mari hyemem perferre cogitur paulo ſupra libyam inter numidarum montes. Eo in loco conſidente Mario plerique ex complicibus aduentum eius audientes ad illum nauigarunt Cethegus ſcilicet & Grannius & Albinouanus: Lectorius quoque & alii inter quos Marii ipſius filius: qui ut optimates uiri ad numidarum regem e Roma profugerant. Suſpitione deinde ne ab illo traderentur: eo ex loco ad Marium peruenerant. Hi igitur quemadmodum Sylla patriæ bellum inferre meditati cum exercitu carerent: ſi quid forte occurreret intenti morabantur. Romæ interim Sylla cum primus armis urbem occupaſſet ad monarchiam quoque obtinendam potens haberetur de inimicis eius ultus ſponte ſe a uiolentia cohibuit: & exercitu Capuam præmiſſo ut conſul dignitate uſus eſt. Exulum autem fautores quicunque ſeditioſi aderant opulentiores quoſque ac mulieres ære abundantes cum ab armorum timore reſpirarent: exules in urbem reducendos hortabantur: nihil ſollicitudinis: aut impenſarum ad eam rem perficiendam omittens. Conſulum etiam corporibus inſidias ſtruebant: quaſi illis exiſtentibus ne unus quidem ex ſuis peuerti poſſet. Syllæ perfuncto dignitate cōſulari exercitus ad mithrida

Sylle post cōsulatū exercat aduers⁹ mithridatē decernitur.

ticum bellum decernitur: ueluti saluti publicæ custodi. Quintum autem Pompeium alterum consulem: populus ob timorem miseratus Italiæ præesse uoluit: cæteris que copiis: quæ a Gneo Pompeo ductabantur imperare. Id intelligens Gneus cum moleste ferret. Quintum ad exercitum uenientem hilare suscepit. Sequenti die eius dicente illo ad eum ueluti priuatus accessit quousque multi circunstantes per simulationem quasi audire cuperent interfecere. Reliquorum secuta fuga Gneus illis occurrens tanquam moleste ferret consulem iniuste occisum: eoque modo conturbatus ipsis subito præficitur. Pompei nece in urbe relata de seipso sollicitos Sylla amicos undequaque acciri imperat eosque per noctem circum se habuit. Nec multum post hæc immoratus: Capuam ad exercitum: inde in Asiam peruenit. Exulum igitur amici Cinna post designato consule: plurimum illi confidentes: nouos dennuo ciues ad ea: quæ a Mario meditata fuerant impellunt. Tribus admisceri postulant: de ultimi suffragia ferentes omnium inutiles fierent. Hoc autem principium Marii redditus: & qui cum illo aufugerant uidebatur esse. Aduersantibus priscis ciuibus: Cinna nouos ciues præcio conducere arbitratus: tercenta talenta illis elargiri statuit. Veteribus quippe consul alter præsidebant Octauius & qui circa Cinnam steterant: occupato foro contectis gladiis: tribus omnes admisceri deposcebant. Cætera uero multitudo: quæ sentire melius uidebatur circa Octauium una cum gladiis steterat. Interim domi euentum rei expectante Octauio: nunciatur plures ex tribunis quæ facta essent prohibere nouorum ciuium ingentum tumultum excitatum esse: nudisque ensibus per angiportus in contradicentes Tribunos insurgere: & ad rostra deferri. Quibus intellectis Octauius omnifariam multitudine stipatus: ad sacram uiam accelerat: & torrentis more in forum delatus eos: qui in medio steterant expellit: disturbatque. Conteritis illis in templum Castoris pollucisque progreditur. Cinna in fugam uerso quicunque in unum steterant nullo mandante nouis occurrentes ciuibus plures interficiunt: reliquos fugientes ad portas usque prosequuntur. Verum Cinna nouorum ciuium multitudine confisus: & ui superare posse autumans cum admirabilem paucorum ad resistendum intueretur audaciam per urbem discurrrere cœpit: seruosque ad libertatem conuocare. Nemine ad eum accedente ad finitimas urbes fuga delabitur: quas haud multo ante Romani ciuitate donauerant Tybur scilicet ac Prænestę: & quæ ad Nolam usque mediæ interiacent: easque ad defectionem incitabat: pecunias quoque ad bellum colligebat. Hæc agente Cinna atque meditante: non nulli e Senatu aufugere: qui similia efflagitarent Caius Melonius. Quintus Sertorius: ac Caius Marius alter. Senatus Cinnæ perfidia conspecta: qui urbem in periculo relinqueret consularem nactus dignitatem: seruos ad libertatem conuocaret. Vlterius consulem: aut ciuem ex decreto appellari uetuit: eiusque loco Lucium Merulam flamendialem instituit. Dicitur huiusmodi sacerdos solus uelum pileumque assidue gestaret: aliis duntaxat inter sacra deferentibus. Cinna ad Capuam conuersus: in qua alius Romanorum residebat exercitus: primores eius: & quicunque a Senatu excesserant: enixe obseruabat. Consulis præterea ritu in medium progressus uirgas perfregit: & ueluti dignitate spoliatus hæc lachrymans effari cœpit. A uobis ciues dignitatem hanc assumpsi: Populus quippe contulit: Senatus sine uobis a me abstulit. Et hæc in propriis perpessus malis: pro uobis etiam stomachari non desino. Ad quid ulterius tribus in comiciis obseruamus? quid uobis indigemus? ubi eritis concionum: aut creationum: aut consularium dignitatum dein-

Cinnę consulatus abrogat
Lucius merula cos. Jn locū
Cinnę creatus.

C. Melonius
Q. Sertorius
C. Marius alter
} ad cinnā fugiunt

ceps domini: si non ea quæ dedistis conseruabitis: & cum uobis uidebitur auferetis? Hæc elocutus ut eos irritaret: plura de se ipso questus uestem lacerauit: & a tribunali decurrens semet in medium deiecit: plurimumq; decubuit quoad illachrymantes milites eum erexere: & in solio iterum relatum adductis fascibus ut consulem meliora sperare suaserunt eosq; ubi opus esset deducere. Primores igitur ab impetu statim defecere ac se iterum Cinnæ militari sacramento adidxere: quod a cæteris qui illis suberant similiiureiurando sancitum est. His peractis Cinna tute iam ad socias urbes decurrebat: easq; ad bellum incitabat: ueluti qui earum causa calamitate illa premeretur. Ab his igitur Cinnæ pecuniæ colatæ multique ex potētibus e roma ad illum peruenere: quibus reipublicæ tranquilitas odio fuit. Dum hæc a Cinna geruntur Octauius: & Merula ambo consules ciuitatem fossa: marisque ualebant: machinas etiam apposuerant. Ad machi
hæc exercitus ab urbibus quæ illis parebant: & finitim gallia in unum conuocabant. usq; uel
Gn. uero Pompeium proconsulem adhuc: & copias circa Ionium ducentem magna celeritate: ut urbi opem afferret acersierant. Ille cum exercitu ad collinam portā consedit. Cui occurrens Cinna pariter & ipse eo in loco castra ponit. Harum rerum certior effectus Marius cum his: qui fugientem secuti fuerant in tyrrheniam enauigauit: quibus e roma superuenientes eorum serui ad quingentorum impleuere numerum. Marius laceratis comis uecordis in morem quo misericordiam adipisceretur urbes circunibat prælia & trophea cimbrica: & sex eius consulatus uerbis extollebat: ipsisque comicia affectantibus fidum se futurum pollicitus ad sex millia tyrrheniorum in unum collegit cū quibus ad Cinnam projectus pergrate ad belli societatem admissus ē. Cum in unum obsidiō
omnes ad tyberis ripam conuenissent in tres partes distribuere copias. Cinna quidem R. urbis
ac Carbo cum suis ex oppositā urbis parte. Sertorius urbem desuper. Marius autem ac mna
mare uersus castramentātur. Tyberi præterea pontem imposuere ut commeatum ad Mario ac
urbem uenientem interciperent. Marius ad hæc ostia occupat hostiliterque diripuit: Sertorio
& Cinna Ariminum præmisso urbe potitur ne exercitus quispiam ex populis urbi parentibus aut ex Gallia Romam commeare posset. His rebus teriti consules cum exercitu alio indigerent: & Syllam iam Asiam ingressum minime auocare possent: Cecilium Metellum residua socialis belli circa samnites disponentem quoquo pacto honestius queat dissoluere: & patriæ ab hostibus obsessæ auxilium afferre monent. Non con ſp
uenientibus ad ea quæ poscebant samnitibus: Marius intellecta re de omnibu cum
illis paciscitur. In hunc igitur modum cum Mario ad bellum conspirauere. Appium quoque Claudium Tribunum militum intelligens mœnia seruare urbis ac collem qui Ianiculus appellatur beneficii in illlum collati repetita memoria eius ope patente porta romam ingreditur: unaque Cinnam introducit. Cæterum & ipsi cōtinuo expulsi sunt Octauio & Pompeio aduersum occurentibus. Fulguribus autem plurimis e cælo latentibus in exercitum Pompeii: multi ex illustribus: & ipse in primis extinctus est. pompeī
Marius cum commeatum: qui a mari: ac desuper a flumine uehebatur occupasset: ad ictus
propinquas urbi ciuitates discurrebat. In his frumentum iampridem a Romanis fulgure
cumulatum seruabatur. Inopine igitur custodias aggressus. Antium: Aritiam: perijt
Lauinium aliasque ciuitates plerisque etiam tradentibus occupat. Sic cum mediterraneis commeatus sustulisset: iterum Romam per uiam quæ Appia dicitur fidenter accedit: antequam alius aliunde commeatus ad eos deferretur: ac centum stadiis ab urbe distantes ipsæ: & Cinna: & qui cum illis militabant Carbo &: Sertorius castra fixerunt: Octauio Crassoque ac Metello in Albano monte ex aduer- albanꝰ
mons

so castra metantibus:& rei eŭentum subinde operientibus. Q uì licet uirtute:multitudineq; præcellerent:unico tamen belli discrimine patriam statim interituram exponere uerebantur. Cum uero Cinna circum urbem prouectus per præconem annuuciari mandasset:daturum se seruis qui ad eum confugissent libertatem:propere multitudo transfugarum ad eum uenit. Ob id territus Senatus & multa grauiaq; ac difficilia ob frumentariæ rei inopiam a populo futura subdubitans:animo subinde cõcidit & legatos ad Cinnam pro conciliacione ciuium emisit. At ille prius eos rogare cœpit an ad se tanquam ad consulem:aut priuatum potius accederent? Ambigentibus ipsis:& in urbem redeuntibus:multi iam ex liberis ad Cinnam confluebant:quidam famem formidantes:non nulli Cinnæ partes in primis eligentes:rerum quoque euentum præstolantes. Cinna igitur iam tute ac sapienter mœnibus applicuit:& per sagittæ iactum ab illis distans exercitũ firmauit. Dubitantibus igitur:ac uerentibus his:qui circa Octauium erant pugnam capescere ob transfugarũ multitudinem:ac legationes inde emissas. Senatus amplius trepidatione præmebatur:ac impium existimans Lucium Merulam Flamendialẽ Cinnæ loco creatum consulem cum nihil deliquisset dignitate spoliare:nouis tamen dietim cladibus exhaustus:legato iterum ad Cinnam tanquam ad consulem destinat nihil tamen utilius expectans:hoc solum Cinnam iurare deposcit:occisionem nullam eum patraturum. Ille uero non ut postulabatur iusiurandum præstitit hoc solum pollicitus est:sponte se nullius interitus futurum causam. Octauium uero circumambulantem & ab aliis portis urbi se inferẽtem e medio iussit excedere: ne quid inuito eo pateretur. Et hæc e tribunali quodam edito ueluti consul legatis desuper annunciat. Marius interim iuxta thronum eius assidens nihil loquebatur:uerum ex uultus diritate satis proferre uisus quam ingentem machinaretur cædem. Senatu huiusmodi conditiones admittente:& Marium Cinnamque urbem ingredi poscente:satis enim hæc omnia Marii opera fieri intelligebat:Cinnã uero duntaxat illa perscribere:cũ ironia surridens Marius:hæc effatus dicitur. Non licere exulibus urbem ingredi Tum uero tribuni fugam eius cæterorumque qui a Sylla consule expulsi fuerant:ex decreto dissoluere. Admittentibus eos cum trepidatione & pauore omnibus:romam ingrediuntur:& eorum qui in se feciſſe existimabantur diripuere omnia. Ab Octauio deinde Cinna ac Marius iusiurandum postularunt:quibus sortilegi uatesque nihil ut crederet monuere. Amici porro fugam illi suadebant. Is autem professus nunquam se urbem deserturum:dum consul esset in medio Ianiculi perstans cum illustrioribus:exercituſq; parte processit. Cum deinde tribunal ascendisset principantis uestem indutus fascibus & securibus:ut consuli mos fuit stipatus assedit. Accurente ad eum cum equitibus non nullis. Censorino:& amicis denuo illum cum exercitu stimulantibus:ut fugam caperet æquum etiam adducentibus:nec assurgere quidem sustinuit: mortisque intrepidus perstitit. Tunc Censorinus capite eius abscisso:ad Cinnam detulit quod in foro ante rostra affixum perpendit:primum ipsius consulis:deinde aliorum interfectorum capita appensa sunt. Nec præterea odio finis datus:nam cum ab Octauio incoassent:cæteros qui ab hostibus cæsi fuerant scrutabantur:postremo ad hostes inquirendos accurrebant. Non senatorum aut equitum delectus habebatur:uniuersa Senatorum capita rostris affigebantur. Non deorum reuerentia:aut uirorum indignatio inuidiæ ue timor:in his perpetrandis ullus aderat:uerũ sceleră sceleribus addẽtes ad aspectus uertebantur nefandissimos. Q uippe homines impie cædentes:defunctorum insuper colla secabant:miserabilesque aspectus ad timorem stuporemque: ac spectacu-

seruos ad pri cinna uocat

Senat? legat cinnã

uerratio legationis ad cinnã tãq; cõs: Tres coss. eodẽ he pore. mandatũ.

Marij crudelitas

Cinna et Marius in urbẽ recepti

octauij Mors

Censorin? octauij cos. Interfector

Marianorũ crudelitas

lum crudele proponebãt. Caius quidem & Lucius Iulius: Attilius Eranus ad inuicem fratres. Publius Lentulus: & Caius Nemistorius: Marcus præterea Bebius in uia deprehensi trucidantur. Crassus cum filio una fugiens cum hostes illum insequerentur filium prius occidere maluit. Ipse ab insequentibus occisus est. Marcum Antoniũ oratorem ad fundum quendam fugientem agricola diligenter occulit: benigneq; suscepit seruum deinde industrium indiuersorium ire iussit ut uinũ emeret: Cauponi uero cur uinum diligentius posceret inquirenti causam insusurauit auribus. Ille cum discessisset: propere ad Marium accelerans rem aperuit. Q ua percepta marius lætitia gestiens accurrit ueluti operã necis eius suscepturus. Retinentibus eũ amicis Tribunus militum ad id facinus electus cæteros intra domũ immittit: quos Antonius dicendi peritia insignis suauissimis detinuit sermonibus multa uarie pieq; locutus: donec Tribunus ipse domum ingressus milites ad audiendum intentos admiratus Antoniũ perornate dissecrentem adhuc interemit caputq; ad marium detulit Cornutum uero in Calybis latentem serui summa industria tutati sunt. Cadauere quippe hominis inuento pyram extruxerunt. & his qui illum quærebãt aduentantibus incensa pyra herum se extruxere mentiti neci traditũ saluum præstiterunt Q uintus Ancharius marium in capitolio sacra facturum obseruabat: sperans in sacrificio inuentũ facile sibi conciliaturæ. Ille incohato sacrificio ingredientem Ancharium: eumq; appellãtem ab astãtibus iussit interfici. Eius & Antonii capita aliorũq; prætorum ac cõsulum in foro appensa. Nulli sepulchri honos habitus ex iis: qui interfecti fuere. auibus dũtaxat: & canibus laceranda illustriũ uirorum abiecere cadauera. Plurimæ etiam ac aliæ seditiosæ aduersus innocentes cædes editæ: alioq; expulsiones factæ sunt publicationes præterea bonoq; priuationesq; dignitatum: ac legum reuocationes earum quæ a Sylla cõdite fuerant. Ipsius Syllæ amici a necessarii interfecti domus euersa bona impubicũ relata & ipse hostis ex decreto iudicatus: uxor ac filiæ inquisitæ fuga abiere. Omnino nihil a multitudine: & uarietate malorum aberat. Ad hæc sub aspectu principatus: ac legum post tot indiscretas cædes accusatores etiam in merulam flamendialem insurrexere ob consulatus indignationem: quem nulla Cinnæ iniuria desumpserat. Porro in Catullum Luctaciũ Marii cimbrico bello collegam: & pridem ab eo saluti redditum: ingratum deinde ac illi acerbissimũ cũ urbe pelleretur. Hi igitur clanculum custodia adhibita adueniẽte solemni die in iudiciũ uocantur. Q uater enim oportebat per præconem diffinitis in locis: & ex tabellis illi astantibus clare deprehensum est eum pileum prius abiecisse. Non. n. sacerdotem fas fuit eo idutum obire mortem. Catullus in cubiculo recens illinito & humido carbonibus accensis sponte suffocatus est. In hunc igitur modum ambo perire. Serui uero q cunq; præconis uoce moniti ad Cinnam perfugerunt libertate donati sunt. Hi ubi a Cinna locati fuerant domos discurrentes non bona dũtaxat rapiebãt: uerum obuios quosq; necabant: propriis heris in primis afferentes manus. Cinna cum plerumq; eos mõuisset: nihilq; proficeret: Galatæq; copias nocte adhuc quiescentibus immittit: a quibus ad unum interfecti sunt. In hunc modum igitur serui nefandissimi heris suis perfidiæ meritas persoluere pœnas. Sequenti anno consules creati Cinna iterũ ac Marius septies functus consulatu: cui post fugam: & prætoris uocem licere cuiq; eũdem hostẽ iudicatum interficere: ostẽtum illud ex septem aquillarũ pullis euenisse dicitur. Cum igitur multa & crudelia in Sylla cogitaret: primo consulatus sui mense extinctus est. Et Valerium Flaccum eius loco Cinna eligens in Asiam emisit: quo defuncto: Carbonem in consulatu collegam assumpsit. Sylla reditũ ad hostes meditatus uniuersa cum Mithri-

a Mario
C. Iulius
L. Iulius
Attilius eran?
Eranus
Lentulus
Nemistorius
Bebius
est:
Antonij Cũ iorator
uis interitus:
crassi prius et filij fatum.
Cornutus a seruis seruat?
Calyb?
Q; ancharij mors.
Capita Nobiliũ p fori ptorũ i foro appẽsa.
Sylle leges abrogate
Syllanorũ clades.
Sylla hostis iudicat?
Merule flaminis dialis mors.
flaminis dialis ceremoniũ.
Luctatij catulli. interitus
Serui libertate donati
Quorũ crudelitas
Qui nocte ad unũ omnes interfecti?
Cinna } coss.
Marius }
ostentũ cepte aquilarũ
Marij Senioris obit?
valeri? flaccus cos.
Carbo cos.
Mari? cos. septies
Quater. n. oportebat p pręconẽ diffinitis in Locis et mors ex diffinitis accitos caperi itaq; Merula uenas sibi met incidit et ex tabulis et cet.
valeri? flaccus cos.
Inasia defũct?

date componere festinans: ut a nobis præscriptum est: annis tribus nec his quidem in/ tegris centum & sexaginta millibus hominum bello profligatis: deuictis græcia & mac cedonia: nec non Ionia & Asia: aliisq; nationibus quæ Mithridati parere assueuerat ad romanos traductis: nauibus etiam regi ademptis: eodem intra paterni regni limites in cluso: ex tanta regionum copia: regredi tandem cœpit exercitum ingentem agens: atq; expertissimum: sibiq; obsequentem: nec non gestarum rerum gloria elatum. Adduce/bat & nauium multitudinem: pecuniarumq;: & apparatus copiam ad omnia accomo/da: ita ut inimicis eius augeretur timor. Q ua ex causa trepidantes Carbo: & Cinna non nullos per uniuersam italiam destinant: qui pecunias: frumentum & exercitus pa rarent: diuites cum omni substantia assumerent: ex urbibus potissimos nouos ciues ex citarent: quanto in discrimine rerum uersarentur notum illis facerent. Naues præterea summa celeritate in unum collectas in Siciliam deducerent: quæ maritimam tutaren/tur oram. Ab his nihil uirium aut apparatus cum pauore simul & uelocitate omissum. Sylla summa diligentia ad Senatum pro seipso misit: memorans quanta circa libiam in Iugurthã numidarum regem dum quæstor adhuc esset: quanta cum ad Cimbros lega tus accessisset: aut cum in Siciliam copias deduceret aut in socialibus bellis: consulq; pe regisset. Q uæ uero in Mithridatem recẽs effecisset præcipue extollens: & cumulatim nationes innumeras recensens: quas Mithridati ademptas romanis subiecisset: nihilo/minus q; ex roma depulsos & a Cinna ad ipsum fugientes suscepisset omnium inopes solandæ eorum calamitatis causa: ab inimicis hostem iudicatum: domum euersam: ami cos interfectos esse: uxorem: ac filios uix ad se fuga peruenire potuisse. Verum se statim & ipsis uniuersæq; ciuitati pro his: quæ gesta essent ultorem accersiturum: aliis uero ciui/bus: ac nouis ciuibus se præfari: ac dicere nihil habere: quod his succensseat. Q uibus i tellectis timor continuo omnes inuasit. Legatos igitur ad illum emisere: qui conciliatio nem etiam cum hostibus poscerent: & si qua fideiussione opus esset Senatum sibi satis facturum repromitterent. Cinnæ autem: & collegæ eius ne delectus ullos in eũ facerẽt edixere: Q uod ab his promissum est. Absentibus interim legatis ulterius se consules esse recusarunt: ne ob proxime futura comicia redire cogerentur. Deinde italiam omnẽ peragrantes: exercitus parabant: quos in liburniam uelut eo in loco Syllæ occursuri p mare demittebant. Ex his pars prospera nauigatione in primis funera. Sequentes ue/ro adeo tempestas disiecit: ac contriuit: ut qui littus attigere subito in patriam redire p perarint: quasi non sponte ciuium causa ad id bellum mitterentur. Q uod reliqui intelli gentes in liburniam transire uelle recusabant. Cinna id moleste ferens in concionẽ eos ueluti reprehẽsurus aduocauit. Illi ira accensi sibi mutuo auxilio futuri ad eum peruene re: Lictorem ẽt cum per iter quoddam graderetur. & uerberibus obuiũ affici iuberet. miles q;spiam adẽpta uirga grauiter percussit. Cinna cõprehendi illum imperante oĩum clamor insecutus est: lapides ẽt in eum emissi. Q ui uero propiores aderant exertis ensi bus Cinnã inuasere: eoq; mõ consulatum adhuc gerẽs interfectus. ℈. Carbo ex liburnia enauigantes ad eam reuocabat: & rerum gestarum formidine correptus ac urbem non redibat. Tribunus eum ad collegæ creationẽ reuocantibus: minis præterea addẽtibus eum priuatum effecturos ni accederet tandem rediit: & de creatiõe consulis proposuit. Die infami habita aliam præscripsit: in qua cum lunæ: & cæteris audes e cælo tractæ di cerentur: ~~ciates~~. uates ad æstiuas conuersiones comicia differenda esse pronunciant sic Carbo in consulatu solus pſideb at. Interim sylla legatis ab senatu ad eum missus in hũc modum respondit. se neutiq; uirus quibus tam nefanda essent perpetrata amicum es/

Sylla victor & asia redit.

cinnę et carbonis cos. pares

Syllę merita.

Syllę mandata ad Senatum:

Legatio de pace ad syllã

Cinna et carbo cõ sulatu se abdicant

Cinnę cos. Mors haud immerita

Carbonis Redit? in urbem.

Carbo solus in cõ sulatu.

ędes

lib

lib Syllę responsio pacis verba

C

ęde lunę et cæteris lib de cælo tacta comi/cia differri.

lib pompeij strabo magni pr̃ a fulgure extinct?

se posse: minime uero urbi succeſſere: q̃ salutem illis induliſſet: ſecuritatem tamen se potius illis p̃stare: uelle: qui ad se confugiſſent: ut exercitum haberet obſequentem. Quo quidem uerbo clare intelligere datum est: eum exercitum nolle diſſoluere: ſed tyrannidi potius intẽdere. Nam q̃cunq; dignitate aut ſubſtantiam: aut ſacerdotium: aut qd aliud inſigne poſſediſſent: his oĩa reſtitui debere depoſcit: & qui hæc exigerẽt ad legatos mittit. Illi in Brunduſio morati Cinnam occiſum audientes: ciuitatem difficulter adiri poſſe: ad ſillam infectis rebus rediere. Sillam quinq; italorum legionibus: eq̃tibus ſex millibus ſtipatus non nullis aliis ex Peloponneſo: Macedoniaq; ſuſceptis: exercitum ad quadraginta millium numerum ſecum agens: ex Pyreo ad patres: ex Patris uero Brunduſium mille & ſexcentis nauibus applicuit. Brũdiſinis illũ ſine prœlio admittẽtibus: ĩmunitatem in poſterꝝ p̃buit. creauiſſent Caium Catullum Syllanarum partium: Lepidum uero q̃ & nunc potiunt. Ipſe ſublatis copiis ꝓpius acceſſit. At uero Cecilius Metellus: q̃ ſubinde pius cognominatus ẽ: & ad reſidua belli ſocialis delectus fuerat: a Cĩna quoq; & mario ꝓhibitus urbe: ob idq; in liguria euentum rei opperiebatur: cũ a Sylla collega ad bellum uocaret: ſubito accurrit ad ſocietatẽ ſimul ꝓconſularem gerens dignitatẽ. Licebat enim his q̃ partes eligerent adeſſe: uel q̃ romam prius redire mallent abire poſſe. Poſt Metellum Gneus Põpeius ad Syllam uenit: q̃ non multo poſt magnus cognominatus ẽ: Põpeii illius filius: quem a fulgure extinctum ſupra diximus: q̃ cum parum beniuolus Syllæ putaretur: ut ſuſpitionem omnem elueret ad illum acceſſit: legione ex Picenis deducta ad patris gloriam: q̃ in illis plurimum potuerat. Nec multo deĩde duas priori addidit: Fuitq; uir ille in multis Syllæ utilis atq; proficuus. Qua ex cauſa a Sylla adoleſcens adhuc honoribus impartitus est: ut ſoli ad eum accedenti aſſurgere conſueuerit. finito bello etiam in Lybiam miſerit ut Carbonis diſſolueret ſocietatem: & Iempſalem a numidis expulſum regno reſtitueret: Cuius rei gratia: ut de numidis triũpharet a Sylla cõceſſum: q̃q̃ in flore adoleſcẽtiæ adhuc eſſet: & ex equeſtri numero ab hoc ordine ĩmaius elatus in hiberiam contra Sertorium miſſus. Poſterius uero in Põtum contra Mithridatem bellum geſſit. Venit & ad Syllam Cethegus ſedicioſorum omnium in illum acerbiſſimus: Cum Cinna: & Mario olim habitus. Cæterum cum ipſis urbe eiectus ſupplex ad Syllam profectus est: ſe ad omnia quæ iuberet paratum exhibẽs Ita Sylla exercitu: & amicorum illuſtrium multitudine adꝺuctus: cum Metello pro conſule adhuc ulterius progredi cœpit. Viſus est & ipſe proconſul in mithridatem conſtitutus nondum dignitatem exiuiſſet: q̃q̃ a Cinna hoſtis iudicatus. Quidam igitur cuz ĩmicis graui odio in Syllam commoti quidam in urbe reſidentes naturæ eius recordati: primumq; in eam irruptionem: captiuitatemq; ante oculos habentes: & quæ in illuz publice edicta forent mente repetentes: domum euerſam: ſubſtantiam in cõmune relatam: amicos interemptos: uxorem cum filiis uix fuga elabi potuiſſe: extremo pauore tenebantur: nihilq; uictoria: & excidio ſibi medium adeſſe rati: conſules in Syllam non ſine magna trepidatione concitabant. Per italiam quoq; præmittentes exercitus cõmeatum ac pecunias in unum congregabant nihil q̃q̃ extremum eſſet promptitudinis: ſtudiiq; omittentes. Caius item Norbanus: & Lucius Scipio tunc ambo conſules: & cuz ipſis Carbo: qui æque conſulatu fruebatur: pari odio in Sillam commoti timore ac conſcientia eorum: q̃ geſſiſſent multo aliis deteriores exercitũm ex urbe: quantum aſſequi fas fuit: una congregabãt: aliumq; ex italia aſſumentes ꝓ partes in Sillã deducebant: cohortibus ex quingentis uiris tunc: primum ducentis uſi: poſterius uero amplioribus Beniuolentia quippe omnium ut plurimum ad conſules inclinabat. Nam cum Sillam

intuerentur hostilem in modum patriæ inferentem arma: consulibus: & qui circa illos erat imaginem quandam patriæ exhibentibus scelerum suorum consciis: ueluti timoris communis participes: sese illis immiscuerant: satis arbitrati Syllam non punitionem ullam: aut direptionem: aut pauorem duntaxat in eos meditatum: uerum famem: cædes bonorum publicationes: & in summa occisionem multiplicem patraturum esse. Quã opinionem neutiq; uane susceperant. Quippe bellum omnia consumpserat: cum decẽ & uiginti millia hominum sæpe numero uno prœlio cõcedissent: & circa urbem ad quĩ quaginta milia ocubuissent. In reliquos uero Syllam nihil dirum: aut crudele uel in singulos: uel in omnes omissurum arbitrabantur: quousq; seipsum monarcham totius romanorum statuisset principatus: omniaq; iudicio: & uoluntati suæ subiecisset. Et hæc profecto demonium quoddam in bello illis significasse uisum. Pauores nempe nulla ratione multos priuatim ac publice per uniuersam italiam inuaserant. Veterum porro uaticinia longe formidabiliora: mente repetebant. Plurima prodigia quotidie emergebant. Nam mulam peperisse: & mulierem pregnantem uiperam pro infante ædidisse ferunt. Terræ etiam motus concussit urbem: ac noua quædam in eam intulit. Et quod romanis in his existentibus omnino difficile apparuit: Capitolium: quod sub regibus per quatercentos & ultra annos conditum fuit: igne correptum: cuius causa uniuersos latuit. Quæ omnia interemptorum multitudinem: Italiæ uastitatem: romanæ urbis euersionem: denicq; rei publice interitum significare uidebantur. Principium uero eo tempore bellum uidetur assumpsisse: cum Sylla Brundusium applicuit. olympiade quarta: & septuagesima supra centesimam. Longitudo eius belli ad operum refertur magnitudinem: tanq; ad hostes ueros properantium: quod non adeo prolixum fuit: quantum ex operum claritate emicuit: cum uel maxime ad uindictam festinantibus in breui magna: & asperrima pati contigit. Per trienium deinde italia propagatum est bellum: quoad principatum Sylla attigit. In hiberia quidem: & cuĩ Sylla dilatatum est amplius. Cæterum prœlia: & arcium expugnationes: obsidioneq;. Bellorum quoque uniuersæ species in italia repentine: & uno impetu: nec non per partes a ducibus gestæ sunt: Quæ præclara omnia cum sint: clariora tamen: & memoratu digna a principio apposita huiusmodi fuisse constat. Primum circa Canusium a proconsulibus: aduersus Norbanum bellum gestum. in quo ad sex millia hominum'e Norbani exercitu deleta. Ex his uero qui circa Syllam fuerant: septuaginta duntaxat milites: multi uulnerati. Norbanus ad Capuam perfugit. Sylla & Metello circa Theanuĩ existentibus: Lucius Scipio cum alio exercitu abiecto admodum ad eos uenit pacem petiturus. Quod intelligentes hi: qui cum Silla fuerant de conuentione per legatos agitare cœperunt: non ut superabant uoto positi: cum milites ad seditionem uenturos ob deiectione eorum arbitrarentur. Cõtigit ãt ut una conuenirent. Scipio obsidibus conuentionis inter eos acceptis in cãpum descendit: tresq; ab utraq; parte conuenere. Qua ex re neq; inter eos dicta scire datum Visus est itaq; Scipio in Norbanum collegaĩ: quæ relata erant referẽdo: sertorium misisse: qui illa annunciaret. Cum interim exercitus utraq; ex parte silentium teneret: responsioneq; ab illis expectaret: sertorio deinde in transitu sueſſam quæsisse esse dicebatur intercipiente: silla præmisso nuncio apud scipionem quæstus est. Ille siue facti conscius: siue quid responderet ignarus ueluti in re a sertorio insueta atq; aliena obsides ad sillam misit: ac statim exercitus captionis huiuscæ per inducias facte non parum admiratus: obsidum a nullo petitorun missionem: culpam omnem in consules referens: clanculum ad sillam transire paciscitur: si propius accederet. Sic eo appropin

Magnę bellorũ calamitas

panici terrores

prodigia diras

mulę partus

mulier pgnãs uipera ędidit.

Capitolij ędificiũ

Syllę monarchia

bellũ ciuile Syllanũ q̃ diu duraũit.

Norbanus a Sylla magno prœlio victus.

descriptio bellorũ ciuilium.

Syllę querela ꝙ nũcii apud Scipionem:

L. Scipionis exercitus ad Syllã trãsit

belli propagatio ꝙ triẽnium in italia amplius

In hiberia

quante omnes ad illum transiere ut Scipionem consulẽ: unaque Lucium filium solos ex omni exercitu in tabernaculo relictos: & a Sylla deprehensos referant: Mihi quidẽ ne imperatore dignum uisum est: quæ ab omni exercitu in eum conflata fuerant ignorasse. Scipionem uero & filum nihil de ipsis conquestus Sylla: liberos abire iussit & ad Norbanum pro ineundis fœderibus Capuam emisit: siue quod uniuersæ italiæ ad consules una conspirantis ueretur impetum: siue in illum: quemadmodum in scipionem fraudes necteret. Nemine ne ad responsum quidem accedente. Norbanus nempe ut uidetur: ne simili calumnia premeretur ab exercitu in primis uerebatur. Sil la hostilem in modum propius accessit. Idem a Norbano diuersis itineribus effectus est. Carbo ad urbem profectus Metellum, cæterosq; qui a Senatu ad Syllam confugerant: hostes iudicari imperat: Hisdem diebus capitolium igne conflagrauit: quod opus non nulli Carbonis fuisse dicebant: alii consulum: aut sylla mittente patratum, ueritas tamen incerta est: nec ipse de ea re a quo confecta fuerit: satis habeo quæ dicam. lib.

Sertorius iam pridem hiberiæ prætor designatus: post Suessæ urbis detentionem in prouinciam aufugit: ac primis prætoribus admitti eum prohibentibus: multiplices eo in loco romanis intulit labores. Adaucto quotidie a consulibus exercitu e maiori italiæ parte: nec non a finitima circa Eridanum gallia: neutique Sylla ocio uacabat: uerum ad quæcunque italiæ loca suos præmittebat: Multos amicitia: aut timore: nec non pecuniarum spe in unum colligebat. Sic utrisque residuum æstatis in hunc modum absumptum est: Sequenti anno consules creati Papyrius Carbo iterum & marius illius clarioris Marii affinis: atque cognatus: septimum & uigesimum nundum egressus annum: Hyems deinde: & frigora in longum producta omnes ab inuicem separauere. Oriente uere circa Esinum fluuium per meridiem ingens prœlium coortum est. Metello: & Carrina ex Carbonis prætoribus ad inuicem pugnantibns: Carrina multis interfectis primus afugit. Hæc autem domestica omnia in Metellum a consulibus illata: Metellum deinde carbo affecutus obsidere pergit. Marium uero consulem alterum circa Prænestẽ deuictum cum audisset ad Ariminum castra ponit. Eius postremam exercitus partem inuadens Pompeius non mediocri clade affecit. Hæc igitur apud Prænestẽ fere in hunc modum gesta: Intercipiente commeatum Sylla: Marius propius castra metatus paulatim cessit. Cum ad sacriportum peruenisset: copias in prœlium educit: acriterque ab eodem pugnatur. Sinistra acie inclinante: quinque pedi tum cohortes: duæ equitum: non expectata aliorum conuersione arreptis signis ad Syl lam confugerunt: ac tum primum Mario origo cladis emersit. Interfectis quippe plurimis: reliqui Prænestẽ fuga contendere sylla citato cursu eum insequente: prænestini primos recepere. Apporopinquante deinde silla: oclusere portas urbis Mariumque per funem sustulere: reliquorum circa mœnia cædes ingens. Multi capti a silla intercipiuntur. Ex his sannites omnes iussit interfici tanquam Romanis assidue infensos. Hisdem quoque diebus reliquus Carbonis exercitus a Metello superatur: quinq; cohortibus interpugnandum ad Metellum delatis. Pompeius autem Martium circa senas debellauit: urbemque diripuit hostiliter sylla Mario intra Prænestẽ concluso: urbẽ fossa circundedit muris longo interuallo additis. Lucretium etiam Ofellam huic operi iussit præsidere: ueluti non ulterius Marium prœlio superaturus: sed fame. Marius desperatis rebus hostes proprios statuit occidere: ac Bruto prætori senatum urbis ueluti alia ex causa iubet conuocare: deinde publium Antistium: Papirium Carbonem alterum, Lucium item Domicium: & Mucium sceuolam Romanorum pontificẽ ma

Carbo cos. à Metello lib. fusus

ximum interficere. Et hi quidem ambo in Senatu interfecti: ut Marius edixerat. Nam cæde fieri occepta: Domicius effugiens circa exitum perfossus est: modicum uero ante senatum sceuola occisus. amborum corpora fluuio immersa. sic enim ante Marius instituit: ne corpora humarentur silla exercitum romam per partes aliis atque aliis itineribus emittit: & ut portas urbis intercipiant illis imperat: sin uero repellerentur ad hostia concedere admonet. Hos igitur progredientes magna trepidatione urbes receperant: & ingredi efflagitantibus portas aperuerant. Fame quippe maceratæ: ac præsentium malorum desperatione confectæ: potentiores ferre consueuerant. His perceptis silla ulterius progressus exercitum in campo marcio: ante portas urbis statuit. Ipse eam ingreditur: seditiosis quibuscunque arripientibus fugam eorum substantias in commune detulit aut publice uenundari mandauit. Populum præterea in concionem conuocans præsentium rerum statum deplorauisset iussitque omnes bono animo esse: quasi hæc in breui sedaturus esset: & republica meliorem in statum conuersa: quæcunque intulisset optime esset dispositurus. Deinde non nullis urbi præpositis ex suorum numero: Clusium profectus est. Eo in loco residua belli inerant. Interea equites quidam celtiberi a ducibus qui in hiberia fuerant emissi: ad consules uenere. Orta igitur equestri pugna iuxta Glanium fluuium: Sylla ad quingentos ex his occidit. ducenti uero: & septuaginta ad eum transfugere. Reliquos Carbo confecit: siue subitam gentium defectionem indignatus: siue per similem cladem & ipse uereretur. Eadem tempestate circa Saturniam residuas hostium copias Sylla deuicit: & Metellus Rauenā$ classe prouectus Vritanioruȝ regioneȝ pabulo: frumētoque abundanteȝ in ditionem redegit. Neapolim porro quidam ex Syllanis nocte per proditionem ingressi: omnes: qui in ea fuerant: paucis. fuga elapsis interemerunt: Triremes etiam urbis abstulerunt. Inter Carbonem deinde: ac Syllam difficili prœlio iuxta Clusium inclinante iam sole pugnatum est. Cunque inter utrosque æquo marte certaretur: nox pugnam diremit. In agro Spoletano Pompeius: & Crassus ambo Syllæ prætores ad tria millia ex carbonis militibus interficiunt: & Carrinam ex aduerso illis castrametantem obsidere perguntꝫ. Carbo alterum exercitum ad Carrinam destinat. Quod intelligens Sylla: insidiis appositis ad duo militum nulla: cum ad iter adhuc esset occidit. Carrina nocte imbribos. & tenebris obducta: ratus plures ex circunctantibus ob id custodiæ minus intendere fugam arripit. Carbo cum Marium colllegam fame laborare cognouisset: martium cum octo legionibus Prænestę ire iubet. Quibus Pompeius per insidias in angusto occurrens: ab itinere auertit: & multis interfectis: reliquos in colle quodam conclusos obsedit: cuius causa Martius nullo extincto igne clanculum aufugit. lb

Exercitus insidiarum causam in illum referens ad seditionem peruenit. Tandem arreptis uexillis nullo signo dato Ariminum rediit. Residuæ copiæ ad patrias eorum per partes reuertuntur sic ut septem duntaxat cohortes cum duce morarentur. Hæc igitur infœliciter operatus Martius ad Carbonem peruenit. Marcum autem Lamponium ex Lucania: pontium Telesinum ex Sannitibus: & Capineum Guttam septuaginta millia hominum adducentes: ut Marium ab obsidione liberarent: Sylla inter arcta quædam: per quæ unicus patebat aditus ad itinere excluſit. Quamobrem marius desperatis omnibus exterioribus subsidiis arcem campi in medio: qui late undique longeque patebat erigere cœpit: In qua machinas: & exercitum inducens Lucretium ui superare conabatur: Magna uero eius perfecta parte: cum uaria expertus esset: nihilque proficeret: in Prænestę denuo concluſit exercitum Per hos dies Carbo: &

M. Lamponius Pontius Telesinus Capim? Guita } Marianorū partiū duces.

Norbanus in Fauentiam agmen deducentes: inclinante iam Sole ad Metelli exercitus uenere. Dum unica lucis supereſſet hora: & unicæ intenſæ præpedirent aditus: parum prudenter: itaque commoti: milites in aciem educunt: rati ſubito aduentu eorum: Metllum pauore territum facile ſuperari poſſe. Victi deinde loci ac temporis incommoditate pugnantes: & inter uitium nodos præpediti: magno numero interficiuntur: ſic ut decem millia cecidiſſe: referantur: ſex millia ad hoſtes aufugiſſe: reliquum exercitus in fugam uerſum ſolos mille in ordine progreſſos ad Arrigium uenireſſe. Alia lucanorum legio duce Albinouano: clade exercitus audita: excandeſcente eo ad Metellum tranſiit quam cum ab impetu coibere non poſſet: ipſe ad Norbanum peruenit. Non multo poſt clanculum cum Sylla pepigit: ac uenia adepta ſi quid operepræcium egiſſet: Norbanum: unaque duces cum illo conſpirantes in conuiuium aduocat Caium Antipeſtrum: & Flauium Fimbriam fratrem eius: qui per Aſiam ſe ducem fatebatur: cæteroſque quicunque Carbonis prætores aderant. Hi cum in unum conueniſſent excepto Norbano ſolus enim non acceſſerat Albinouanus omnes in tabernaculo occidit deinde ad Syllam confugit. Norbanus ad Arimi num intellecta clade: plures ex propinquis exercitibus ad Syllam fugiſſe audiens: ſatisratus nullum ulterius ex amicis: ut in aduerſis mos eſt: in fide permanſurum priuatam nauiculam inſcendit: & in Rhodum propere euadit: quo in loco poſterius a Sylla repetitus: Rhodiis iam illi aſſentientibus ſeipſum in fori medio confecit. Carbo duas militum legiones Præneſte a Damaſippo deduci imperat: & Marium propere ab obſidione liberare. Sed nec hi per anguſtias locorum: quæ a Sylla tenebantur profiſci potuere. Galatæ quicunque ſub Norbano ſuperiora alpium incollebant confertoagmine ad Meteſſum tranſiere: Et Lucullus reliquus Carbonis exercitum circa Placentiam obſedit Quæ cum Carbo intellexiſſet: triginta militum milia ad Cluſium ad huc obtinens: duas Damaſippi legiones: alios quæ cum Carrina: & Sartio: Sannitibus inſuper magna manu promptiſſime inter anguſtias locorum cum illo laborantibus: deſperatis rebus: cum quibuſdam ex amicis æger ex italia in libyam euaſit: ſiſus libyam contra italos facile inſtante eo ſumpturam arma. Ex his uero: qui ad Cluſium relicti fuerant non nulli cum Pompeio in aciem progreſſi iuſta urbem: tandem ad uiginti hominum milia amiſere. Qua clade tam ingenti accepta reliqui per partes in patrias eorum rediere. Carinna autem: & Sartius: & Damaſippus cum omnibus copiis eorum ad anguſta loca conuenere: ut cum Sannitibus per uim iter aperirent: tranſitumque patefacerent: Quod cum aſſequi nequirent: romam ueluti uiris armiſq; deſtitutam uertere copias: ut una commeatum intercluderent: & per ſtadia centum urbi propinqui ad Albanum caſtrametantur. Eorum aduentu cum de urbe uereretur ſylla: equites ſumma celeritate præmittit: qui hoſtibus in itinere occurrent. Ipſe numeroſis copiis ſubinde prouectus: ad collinam portam circa meridiem caſtra locat non a Veneris templo. Iam igitur hoſtibus ad portas caſtrametantibus ingens pugna circa ſolis occaſum fieri cœpta. In dextro cornu ſylla ſuperior euaſit: ſiniſtrum ab hoſtibus diſiectum ad portas profugit urbis. Qui autem ſeniores aderant: cum hoſtes accurrentes cernerent: portas he machinis deponunt: quæ inter illos corruentes: non nullos militaris: quoſdam ſenatorii ordinis interfecere. Multi timore: ac neceſſitate in hoſtes conuertuntur: ibique per noctem depugnantes ſummam ædidere ſtragem. Cecidere eo in prælio ex prætoribus Teleſi-

Norban? et carbo a metello fracti.

Lucanor? legio ad Metellu:

Antipeſtr? Flauſ fimbria

Albinouani crudelitas.

Norbani fuga et Mors.

Galli deficiūt a marianis ad ſyllā

Carbonis exercitus a lucullo obſeſſus.

Damaſipp? Mariānꝰ pārtiū dux.

Carbonis fuga

Marianorū cædes.

Carinas Martius Damaſipp? } in urbē

iterata Sylle uirtus

porta collina

templū Veneris Erycine templū Rome

Init? pugna circa ſolis occaſū.

fuga ſiniſtri cornu Sylle ad urbis portas

Telesinj } Mors.
Albinj

nius:& Albinus:eorumque exercitus adepti sunt. Lamponius:& Lucanus Marcel/ Carbonianorū
lusque ac Catrina reliquique Carbonianæ seditionis duces qui in unum conuene/ fuga.
rant fugam capessunt. Ingens cædes hoc prælio ædita. Ad quinquaginta enim
millia utraque ex parte cecidisse narrantur:captiuorum octo millia:& plura redacta in
potestatem. Sylla q; Sannites maiori ex parte in his erant telis perfodit omnes. Somnites a Syl
Postridie Martius ad eum:& Carrina capti perducuntur: Quibus neutique indul/ cæsi.
gens:Romanorum more ambos interfecit. Capita Prænestæ ut mœnibus affige/ Martius
ret ad Lucretium allata mandato eius. Quibus inspectis prænestini q; omnes Car/ carnifex
bonis copias deletas audiuissent: Norbanum ex Italia aufugisse:reliquum uero italiæ
urbemque Romam ad Syllam concessisse ciuitatem Lucretio dedere: Mario aggerē pnestinor.
per cuniculos ingresso nec multo post interempto manu propria Lucretius ceruicem Marij cæs. mors.
abscidit:caputq; ad Syllam misit. Id fori in medio ante rostra cum appendisset Syl/
la:iuuenta consulis irrisa hæc effatus dicitur. Regimen prius esse oportere:quam ad Syllæ facinu
gubernacula admouere manus. Lucretius Prænestæ recepta Senatores omnes:qui risio in marū
cum mario ea in urbe gessissent bellum partim interfecit partim in uincula coniecit: Lucretij crudelitas
quos Sylla subinde aduenies neci tradidit:iussitque ex Prænestæ sine armis in campū pnestinor. cædes
prodire omnes qui in urbe moram duxissent. Ex his quoscunque sibi utiles: paucos a Sylla.
tamen e cæteris elegit:reliquos in tres partes ab inuicem distinctis: Romanos scilicet
Sannites:& Prænestinos. Cum diuisi forent Romanis per præconem in primis an
nunciat. Quoniam morte digna perpetrassent:ueniam illis elargiri: reliquos con/
fodi imperauit. Mulieribus eorumque filiis libere abire permisit: ac ciuitatem diri/
puit hostiliter opibus tunc quidem refertam maximis. In hunc igitur modum Præ
Norba ci neste capitur. Norba alia ciuitas strennue adhuc illi resistebat. Emilio demum Le Aemilius lepidus
uitas pp pido nocte per proditionem ingresso urbem desperatione ducti ciues ob proditionem: Syllanarū partiū
ditionē quidam semet interemerunt:alii se ad inuicem sponte trucidarunt non nulli laqueis fi/ dux.
capta. niere uitam:portas porro quidam obturarunt:alii incenderunt. Ventus nempe ar/ Desperatio ciuiū
due incumbēs adeo consumpsit omnia ut nihil spoliorum ex urbe percipi potuerit: Norbanor. ad egre
Sic illi egregie mortem obiere. Ingruentibus hunc in modum per italiam bellis igne giā mortē cos cōm
internetione hominum syllæ prætores ad urbes accedentes:quæ suspectiora uidebā/ pulit.
tur præsidiis muniebant. Pompeius interim in libyam contra Carbonem:& in Si- Pomp. In libyā cō
lb ciliam contra necessarios Carbonis & amicos proficiscitur. Sylla Romanis in con/ tra carbonem.
cionem conuocatis multa de seipso magnifice elocutus est. Alia quoque non minus
formidanda in deprehensionem eorum enarrauit. Ad hæc porro intulit. Quo/
niam populum meliorem in partem conuerteret:cum sibi paruisset nulli inimicorum
ad extremum usque supplicium parciturum prætores: quæstores. tribunos: & quos/
cunque alios qui cum hostibus simul quippiam egissent ea ex die:qua Scipio consul dicto
in his quæ pollicitus fuerat: non stetisset: summis pœnis affecturum esse. Quo Syllæ cædes exp
Senatores quadraginta:equites mille & sexcentos ad mortem condemnauit. Hic trib? et equitib?
enim Romanorum primus inuentus est: qui morte mulctaret: descripsit & præmia
interfectoribus. Iudicia his qui accusarent & supplicia occulentibus insuper ascri/
psit. Paulo post senatores alios primis addidit: ex quibus non nulli inopine de/
prehensi: eo in loco: quo capti fuerant interfecti sunt: aut in domibus: aut angi/ Syllæ crudelitas
portibus: aut sacris in locis. Quadam suspensi: & ad syllam delacti ante pedes eius
proiecti sunt. Alii trahebantur:uerberabanturq;:nemine intuentium uocem in tan/

lb Syllæ cōcio ad populū R.

tis calamitatibus ob pauorem emittere audente. Expulsiones etiam aliorum & aliis bonorum collationes factæ cum ab urbe fugientes quererent:& hinc inde cuncta flagellantes permearent:quoscunque etiam inuenissent neci traderent. Plurimæ insuper italorum cædes exilia & bonorum publicationes patrabantur in eos qui aut Carbonis aut Norbani aut Marii aut eorum prætorum mandatis paruissent: iudicia per Italiam omnem dire exercebantur. Accusationes prætoriatuum militiæque multiplices fiebant uel in pecuniarum exactionibus uel aliis ministeriis uel omnino consilii alicuius in Syllam perpetrati. In delictorum numero hospitalitates:& amicitiæ:& collationes uel dantis uel recipientis ponebantur:uel si quis promptitudinis alicuius: aut conturbenii in itinere deprehensus extitisset. Quæ omnia circa diuites asperius etiam exigebantur. Cum uero in singulos delationes defeciſſent ad ciuitates se Sylla couerterat easque uicissim puniebat: alia arces demoliri iubendo:quarundam mœnia solo æquando aut publicam mulctam illis imponendo:aut grauioribus tributis eas affligendo. Non nullas etiam plurimi ex his:qui sub eo militauerant in colonias distribuit:& ueluti arces quasdam per italiam habiturus:ciuium agros:domosque inter eos partitus est. Quæ res usque ad ultimum uitæ exitum eos beniuolos sibi reddidit: quasi nihil proprii aut certi sibi ipsis præponentes uisi saluo:& incolumi Sylla:ita ut deficiente eo adhuc pugnarent. Hæc igitur in Italia agitabantur Carbonem autem ex libya in Siciliam:& ab ea in Corsicam cum illustribus multis fugientem:Pompeius quibusdam præmissis intercepit. Cæterum ducentibus in mandatis datum ut priusquam ad conspectum eius accessissent:alios quidem interficerent. Carbonem uero ante pedes eius statuens ter consulem:catenisque deuictum morti condemnauit. Caput quoque ad Syllam misit. Ille cum omnia ad uotum contra inimicos eius statuissent:& nullus Sertorio excepto:qui longe aberat supereſſet hostis:Metellum ad eum oppugnandum in hiberiam misit. Quæcunque uero in urbe fuerant:ea sibi ad nuptum subdidit. Legis qui aut comiciorum:aut sortis delectus nullus habebatur:cunctis metu trepidantibus:aut occulentibus se:aut omnino silentibus:qui quæcunque Sylla statuisset:siue consul siue proconsul immobilia iuxtaque ex decreto firmauere. Imagines præterea eius ex auro æquestrem ante rostra collocarunt:inscripseruntque. Cornelio Syllæ imperatori fortunato. Si enim illum adulatores in hostes fœliciter pugnantem appellare consueuerant. Quæ adulatio stabilitæ tandem nomen obtinuit. Ergo quippe non nulla legisse nemini in quibus Sylla ex decreto uenustum se appellare uoluit. Quod nomen non inconuenniens mihi uisum est:ex quo Faustus cognominatus dicitur:non enim longe a fœlici:& Fausto uenusti nomen uidetur differre. Legitur etiam ubi ex oraculo futura perscrutanti hæc confirmata sunt his uerbis. Crede mihi a Venere Romanæ potentia creuit. Magna tibi æneæ stirpem: quæ curat: & almis Annua celicolis ne reddere uota recuses: Delphos dona feras quam primus ascendere pergens:per iuga candentis Tauri locus est: ubi cernes charum urbem ingentem:collitur quæ nomine diue. Vim summam accipies illic depone securim. Quæ utra uis romani ciues imagini eius ascripserint:uel cauillo uel adulatione uidentur usi. Misit autem diadema aureum ac securim hæc inscribens. Hæc tibi diua Venus deponit munera Sylla: Vt somno monitus martis conspexit in armis Pugnantes atq; acies armatos inter agentem Rem autem rex:ac tyrannus existens:nec electus ab ullo uerum potentia:& uiribus adauctus cum huiusmodi dissimulatione indigeret: ut electus uideret:hæc astute comentus dicitur. Romanis quippe ex uirtute iampridem re

ges præsidebant:& si quispiam eorum decessisset Senator alius & deinde alius post regem per quinque dies præsidebant:donec populus regem alium approbasset: Hunc igitur diebus quinque dies præsidentem Interregem solebant nominare. Erat interim is rex. Comicia uero consulu3 qui magistratum finiuisset proponere solebat. Quod si forte creatio consulis non succederet:hic interim rex:& tunc quidem consulari electione creabatur. Hunc morem igitur immitatus Sylla consule nemine existente ex quo Carbo in Sicilia Marius Preneste decesserant urbe egressus est. Senatus interregem interim creari iubet:ac Valerium Flacchum tunc quidem in primis creat:ratus eum comicia consulum subinde habiturum. At uero sylla Flacco seperatim per epistolam iniungit ut sententiam ad populum deferat utile sillæ uideri in præsenti esse in urbe principem:quem dictatorem nominant per quatercentos iam desuetum annos quemque elegissent suadere non ad tempus dictum:sed quousque ciuitatem & italiam principatumque omnem seditionibus belliſque fluctuantem stabilisset urbi præsidere. Quam rem ad sillam pertinere omnium bene intelligentium animi haud dubie cernebant silla uero neque seipsum neque epistolæ secreta cellauit ulli se:scilicet ciuitati hac in re permaxime fore utilem:sed hæc palam anunciauit. Romani cum ex lege nihil ulterius sancire possent:neque quippiam omnino hæc ad se pertinere crederent:in omni rerum indigentia dissimulationem creationis ueluti libertatis imaginem & specimen amplexi:sillam quoad uelit principem eorum statuere. Tyrannis fere quædam dictatorum olim fuit dignitas tempore uel breui diffinita. Tunc autem primum nullo adhibito fine tyrannidem expressit ultimam:Tantum ad nominis splendorem illi concessere:ut eum expositione legum eligerent dictatorem:quibus sub se approbaret:constitueretque rempublicam. In hunc modum Romani regibus supra centesimam olympiadem in primis usi:cum ab illis democratia:& annuis consulibus functi essent:aliis interiectis centum olympiadibus:iterum reges experti sunt olimpiade apud græcos quinta:& septuagesima supra centesimam:nullo in olympiis certamine præterquam stadii cursu ædito. Athletas nempe:& cætera spectacula Sylla Romam euocauit ueluti solamina quædam belli mithridatici aut itali excusati adhibita quasi populum a calore respirare:& refrigerati cuperet. Hic igitur ad specimen quoddam patrie reipublicæ consules ab illis eligi permisit. Fuereque tum primum Marcus Syllius:& Ortulius Dolobella creati consules. Ipse regum in morem supra eos dictator residebat. Secures quattuor:& uiginti tanquam dictatoriante eum ferebantur:ut priscis etiam regibus mos fuit. Custodes præterea corpori quam plures addidit:leges & alias dissoluit alias imposuit:neque aliquem prius prætore3 quam quæstoremesse uoluit:nec consulem ante quam prætorem:& eandem potestatem eunde3 uirum attingere prius quam decennium peregisset ex decreto uetuit. Tribunitiam uero potestatem adeo perfregit.ac debilitauit ut fere ad nihilum redegerit cum ex lege prohiberet qui tribunatum gessisset ulterius potestatem habere posse. Quamobrem omnes qui gloria aut genere pollebant: Tribunatum in futurum auersati sunt. neque clare possum eloqui:an silla ipsum:ut nunc est:a populo ad senatum transtulerit. Nam cum senatus ob dissensiones:bellorumque turbines fere exhaustus esset:tercentos ex optimis æquestris ordinis elegit uocemque singulis in comiciis attribuit. Populares autem seruos eorum:qui nuper cæsi fuerant:iuniores scilicet: ac robustiores usque ad decem millium numerum & plurium in libertatem uendicauit:ciuesque Romanos esse uoluit:Cornelium quoque seipsum ultro nominauit.

Interrex qui.

Valerius flac

a quo

fieri

Sylla perpetuus dictator.

electio cōsulū a Sylla Romanis ēmiss.

Cornelius

M. Syllius } coss.
Cor. dolabela }

honorū petitio qb⁹ gradib⁹ apud R.

Trib. potestatē Syl la contriuit

Sylla cornelij nomē sibi assūpsit

Ad mandata porro exequenda ex popularibus decem millibus usus est. Illud idem per
italiã meditatus legionibus tribus & uiginti sub ipso militãtibus multos in ciuitatibus
agros: ut a me præscriptum est attribuit: partim in diuisos adhuc: partim per uim ere/
ptos ob mulctam. Ad omnia denicq; tam formidabilis fuit & ad iram subitus: ut Q uin
tum Lucretium Ofellam: cuius opera Prænestæ urbem receperat: Marium consulem
obsederat: uictoriæ finem tandem adeptus fuerat consulatum inire deprecantem: cum
in equestri ordine adhuc esset priusquam prætor: & quæstor extitisset: rogantibus insu
per ciuibus priscorum more permittente ob captiuorum multitudinem: cum abnuen
do deterrere non posset: fori in medio ense confoderit. Deinde accitis ad concionem
ciuibus in hunc modum elocutus sit. Sitis uiri: & a me audistis quoniam Lucretium
minus mihi obsequentem ipse occiderim. Rationem deinde addidit. Pediculi rusti/
cum arantem forte momorderant. Ille bis aratrum deponens uestem perpurgauit.
Cum autem denuo morderent: ne sæpius ab opere cessaret: uestem igni imposuit. Sic
ego utilis persuadeo: ne tertio ignem experiantur. Sylla igitur huiusmodi ex causis pa
uefactis omnibus principatu ad libidinem abusus est. Triumphum quoq; ex Mithri/
datico bello egit. Et quidam eius dictaturam inficiatum regnum per iocum dictabant:
q; regium duntaxat celaret nomen: alii ex aduerso ad opus transferentes tyrannidem
professam appellabant. Tantum Romanis atque italis omnibus cladis bellum intulit:
aliisque supra illos nationibus: quæ nuperrime Sylla & Mithridate depugnantibus la/
trociniis uexatæ: nuperrime quæstore carentes ob dissensiones tributis afflictæ fuere.
Q uæcunque enim nationes & regna: quicunque socii aut urbes non solum uectiga/
les: uerum quæ semet fœderibus iureiurando Romanis credidissent: uel ob belli socie/
tatem: aliamque uirtutem: ac præstantiam suis legibus degentes immunes extitissent:
tunc omnes tributa conferre: & illi parere cogebantur. Non nullis portus prouin/
ciæq; ex fœdere concessæ denuo ablatæ sunt. Cum Sylla Alexandrum Alexandri
ægyptiorum regis filium in Coo enutritum & a Cois Mithridati traditum: postremo
ab illo ad se fugientem in amiciciam recepisset ex decreto Alexandrinis præesse uoluit:
nam regnum uirili stirpe defecerat: mulieribus quæ ex regio genere aderant uiro ex ea
dem stirpe carentibus: ratus ex regno auri oppulentissimo magnam pecuniarum uim
auferre posse. Cæterum cum per nouem: & decem dies illis præfuisset: absurdum
existimantes quæ Sylla superauisset regem ab ipsis poscere: in gymnasium ex regia de/
latum interemere. Sic magnitudine potentiæ suæ confisi Alexandrini ex terrarum
cladium in experientia: cæteros minus timuere: Sequenti anno Sylla quanquam di/
ctatura fungeretur: sub dissimulatione tamen specimen quoddam democraticæ tenuit
politiæ: ac denuo cum Metello: qui pius cognominabatur consulatum iniit. Hoc igi/
tur fortasse exemplo: qui nunc Romanorum regno præsident consules declarantes:
non nunquam consulatum & ipsi assumpsere non indecorum existimantes cum ma/
iore dignitate una consularum gerere. Sequenti deinde anno populus quo Sillæ ob/
sequeretur: consulatum eundem ut gereret deprecatus est. Cui aduersatus Silla Cor
nelium Isauricum. & Claudium pulchrum consules designat. Ipse nemine cogente
dictaturam præstantissimam dignitatum omniũ sponte deposuit. Et profecto miruꝫ
mihi uidetur. primariuꝫ uirum: ac soluꝫ tum quidem omnes tam illustrem impellente
nullo reliquisse dignitatem: non filiis: ut Ptolemus in ægypto: & Ariobarzanes in Cap
padocia: & Seleuchus in syria: sed his: qui tyrannidem eius pertulere. Irrationa/
bile id enim: qui per uim tot periculis se obiiciens dictaturam assumpsisset eam spon/

lucretius offella Sylla interept.

pediculi exapio ci/ mius.

Sylla de mithrida & triũphauit.

Tributa omnib? a Sylla imperata.

Alexãder ęgyptiorũ Regis filius a cois Mithridati tradit?

alexander ab alexandrinis in gymnasio interimit.

Sylla q̃uis dictator cõsulatũ iniit exẽplo q? post illa tpa imperatores.

Cornelius isauric? Claud? pulcher Cõss.

Sylla dictatura sponte deposuit.

Cornelius et seruilius exorsio

Ptolemꝫ? Seleuc? Ariobarzanes } filijs regno cess? serunt.

imperatores Romanor cur et quo? exẽplo cõsulatũ inibãt?

te posuisse: & præter cunctorum opinionem nihil noui ab ullo ueritum fuisse: qui centum & plura hominum millia bello confeciſſet tot domesticos hostes occidisset: senatores nonaginta consules quinque supra decem. Equestris ordinis ad duo millia & sexcentos alios deinde expulisset quorum non nullis facultates ademerat: quosdam in sepultos proiecerat: eundem neque qui domi neque qui foris essent timuisse: ac urbibus quarum plerisque arces: mœnia diſiecerat agros pecunias tributa ademerat: se priuatum obtulisse. Tantum huic uiro animi & fœlicitatis affuit ut fori medio dicere auderet. Ideo dictaturam se deponere: ut eorum: quæ feciſſet rationem subire posset: si quis exigeret. Virgas præterea & secures perfregerit & custodes a corpore amouerit soluſque cum amicis uulgi in medio progreſſus sit inſpectante multitudine ac stupente rei nouitate. Actum semel ad domum diuertente: adolescens quiddam contumeliis affecutus est: nemine illum deterrente: ut ad domum usque cõuiciis illumineſ ferret adhortatus dicitur. Ita: qui inter maximos uiros primus omnium ire excandescere solebat adolescentem patienter tulit. Hoc solum domum ingrediens siue ab ingenio: siue adiuratione quadam futurorum dixisse fertur. Non sinet adolescens iste alterum aliquando uirum dignitatem huiusmodi habentem deponere. Quod Romanis paulopost contigit Caio Cæsare poteſtatem minime exeunte. Omnino mihi Sylla uidetur cum uehemens simul & potens extitisset ex priuato tyrannus fieri cupiuisse ex tyranno priuatus: & ob id ad sollitudinem quandam agreſtitatemque declinaſſe. Profectus est enim cumas italiæ urbem ad agros proprios: quo in loco marittima solitudine oblectatus non nunquam uenationi impendit operam uitam in urbe neutique priuatam agens: neque debilis iterum ad quæcunque concupisset: cum robusta illi adesset ætas: corpusque a natura ualidum. Circa Italiam uero centum: & uiginti millia hominum tenuit recens sub eo militantium: quibus ingentia munera: agros pluriſmos contulit. Parati quoque in urbe Cornelii decem mille aderant: & alter eiusdem factionis seditiosus globus beniuolus illi: cæteris tremendus: atque formidabilis. His fiduciam eorum: quæ egisset in Sylla statuentes salutem etiam propriam in eo collocarant. Cæterum mihi uidetur Sylla bellorum principatus ac ciuitatis sacietatem nactus: uacationem duntaxat: & feritatem appetisse. Quo deficiente Romani subito a tyrannide cædeq; liberati paulatim ad seditiones nouas defluxere. ~~Nam cum consule~~ Emilium aduersarum ad inuicem hostes: & qui subito inter se contenderent certum erat malum aliud a primo sumpturum ortum. Ferunt Syllam cum in agris esset dæmonem quendam per somnium aspexisse: seque ab illo uocari existimauisset. Quod somnium cum amicis mane retuliſſet: summa celeritate testamentum conscripsisse: in sequentique nocte obsiggato eo cum febris acceſſisset: sexagesimo exactoque anno e uita decesſisse. Fuit autem ad omnia fœliciſſimus usque in finem & quemadmodum cognominatus est sic fœlix habitus tantum prosperitatis quantum concupiſſerat affecutus. Et statim post eum seditio in urbe emicuit: cum non nulli corpus eius per Italiam pompæ in modum ferendum dicerent: deinde urbi illatum fori in medio publicæ humandum Lepidus uero: & qui circa illum erant: aduersarentur. Vicere demum Catullus & cæteri Syllanæ factionis comites corpusque per italiam in urbem lectica aurea regium in morem illatum est. Tibienum copia equitumque ac cæterorum multitudo progrediebatur. Post hos milites omni ex parte: & ad Pompam instructi armis occurrebãt: & ut quisq; acceſſerat, ptinus in ordinem referebatur. Verum multitudo tam ingens qualis nullo unquam in opere uisa fuerat acceſſit, Præ/

Sylla quas ædes ediderit.

Mirabilis ex[illegible] Sylla

In Sylla cohortatio adolescẽtem.

Sylle panca de posita dictatura.

Sylla post depositã dictaturã cumas secedere cepit.

origo nouarũ seditionũ.

C. catul⁹ } cõss.
Emili⁹ lepid⁹ }

Sylle Mors.

Sylla adoĩa felicissim⁹

Seditio post obitũ Sylle.

Sylle Magnificũ funus.

a divinatione exeunte

Nam cũ cõsules creauissent C. catulũ Syllanarũ partiũ: lepidũ vero.

cedebant signa: secuteſq; quibus dictator cum esset utebatur. Hunc in modum insigni pompa: magno apparatu in urbem defertur. Coronæ ex auro ad duum milium numerum: pluresq; summa cura fabricatæ. Vrbium dona: ac legionum sub eo militantium ab amicis sigillatim ferebantur: aliaq; ad sepulchri decus addita: quoq; splendorem eloqui nemo posset. Corpus deniq; accurrente exercitu sacerdotes: sacræq; uirgines per uices detulere. Senatus item reliqui quæ magistratus cum uexillis eorum sequebantur. Alio deinde ornatu equitum turba exercitusque omnis per partes diuisus: qui sub ipso fuerat: Magno demum studio unusquisq; ad ferendum accurrit uexilla aurea argenteis præferentes armis quibus ad pompas nunc etiam utuntur. Tubarum infinitus fuit numerus quarū multitudo per partes grauiorem tristemq; emittebat somnum. Vox laudantium prima senatus erat: deinde equitum: postremo exercitus: populiq; uniuersi: ex quibus non nulli Syllam exoptantes: quidam formidantes: tunc autem exercitū: extinctiq; corpus circunsteterant. Cum enim ad magnitudinem gestarum rerum: defunctiq; memoriam flexissent animum: quæ uir illæ peregisset obstupebāt eundē omnibus hostibus suis longe feliciorē defunctum quoq; illis formidabiliorē extitisse. Verum cum ad tribunal: ubi concionari mos fuit in foro delatum esset: funebrem orationem in primis ædidit: qui ea tempestate fuit eloquentissimus: cum Faustus Syllæ filius adolescens adhuc esset. Lecticam subiere potentiores ex senatu omni: iidemq; campo martio intulere: quo in loco reges duntaxat humari consueuerant. Equites uniuersusq; exercitus circum pyram exercuit: Et hic Syllæ finis. A funere redeuntes consules uerbis statim inter se: calumniisq; dissidere: quæq; ad urbem pertinebant inuicem partiri cœperunt. Lepidus quidem italis sublandiens agros: quos illis ademisset Sylla reddi deposcebat. Amborum odia ueritus senatus iureiurando eos astrinxit ne armis inuicē contenderet. Lepidus Galliam sortitus: quæ supra alpes sita est: ad comicia minime descendit: utpote qui bellum in sequenti anno: nullo iusiurandi timore habito in syllanos esset gesturus. Videbantur. n. intra magistratus sui annum fidem præstitisse. Cum quæ cogitasset minime laterent: a senatu accersitus est: nec ille quamobrem uocaretur ignarus: uniuerso cum exercitu profectus quasi cū eo urbem ingressurus: prohibitus subinde ad armā præconem omnes conuocant. Ex aduerso Catullus bellum uicissim præconis uoce denunciat. Post modicum prælio ante campum martiū inito ab utrisq; superatus est Lepidus nec multum illi aduersatus in Sardiniam enauigauit: quo in loco distillatiōis morbo correptus: cessit e uita. Prætor eius paulatim cæteris insaltans per partes destituitur. Quicquid residui roboris ex optimis fuerat Perpenna ad Sertorium i hiberiam deduxit. Residuum quippe Syllanorum operum: Sertorii bellum fuit per octo: nec facile gestum annos: neque insimul Romanis non tanquam in hiberos sed ad inuicem pugnantibus contra sertorium: qui hiberiæ ut præmissum est imperitabat. Nam cum Carboni depugnaret sylla: Sertorius sueſſam urbem per inducias recepit. Fugiens deinde ad præturam profectus est: exercitumq; ab italia deducens alterumq; ex hiberis in unum congregans: prætoribus qui ante illum fuerāt prouinciam inhire prohibentibus. quo syllæ obsequerentur ex hiberia eos expulit: ac in Metellum qui a sylla missus fuerat egregie bellum. Promptus quippe ad audenda omnia sertori senatum ex amicis: qui una aderant usq; ad tercentum elegit numerum: quem uere romanorum in alterius ludibrium assueuerabat Sylla defuncto: ac lepido: deinde post syllā exercitum alterum italorum agens sertorius: quem Perpenna Lepidi prætor ad illum duxerat opinionem facile præstitit: quasi in italiam bellum esset tradicturus nisi q; id ue

pompeius In hiberiã

ritus Senatus exercitum: ducemq; alium post primum in hiberniam Pompeium mi
sit: qui illi obsisteret adolescẽtem adhuc: uerum fama illustrem ob ea quæ in lybia: & in
ipsa italia sub Sylla gesserat. Is igitur ad alpes penetrandas magno animo profectus: nõ
per Hannibalis illud memoratum iter: uerum haud longe a Rhodani: atq; Eridani fõ
tibus iter cœpit: quæ ambo flumina paruo iter se spacio caput exerunt. Ex his alter per
celtas: qui super alpes incolunt in tyrrhenum mare diffunditur: alter uero intra alpes su
pra Ionium sinum elapsos pro Eridano Padi nomen assumit Accedente in hiberiã Põ
peo Sertorius exercitum omnẽ pabulatum educens impedimenta eius: ac seruos eua
sit: & ad Laurum urbem ingruentez Pompeo urbem diripuit: fũditusq; disiecit: Ex ob
sidione interim muliere deprehensa: cum miles digitis per obscena adhibitis in illam cõ
uiciaretur: oculos sibi eruit. Q ua re percepta Sertorius passionem eius miseratus co
hortem omnem ad similia infamem: atq; arrogantem q̃q̃ ex romanis constaret interfe
cit. Ac tunc quidem insurgente hyeme inter se diuisi sunt. Cum autem uer instaret: ad
inuicem cõgredi cœperunt: Metellus scilicet ac Pompeius ex pyreneis montibus: inter
quos hiberna egerant. Sertorius & Perpenna ex lusitania: ac simul iuxta urbem: quæ
Surum appellatur congressi: tonitru horrendo concutiente aera fulguribus in immen
sum corruscantib9: qui armis experti erant nullo timore perfecere bellum plurimamq;
cædem ædidere: quoad Metellus Perpennam repulit: exercitumq; eius diripuit. Eo in
prœlio Sertorius Pompeium uicit Pompeius non sine periculo femur telo saucius eua
sit. Hic finis pugnæ inter utrosq; fuit. Ceruam habuit sertorius candidam admodum:
atq; mansueta quam cum forte amisisset fœlicitatis signum arbitratus permaxime ange
batur animo: nec in aciem prodibant: ceruam ab hostibus interceptam auttumãs: qua
eos illudere solebat. Cum deinde inopine apparuisset: curiuscq; ad eum contendisset su
bito in hostes quasi ab ea excitus defertur: prœliisq; leuibus usus est: Non multo dein
de post pugnam ingentem circa saguntum a meridie in noctem protulit in qua equestri præ
lio Pompei superauit. hostium ad sex milia interfecit: media eorum parte deleta. Metel
lus ex Perpennæ exercitum ad quinq; milia neci dedit. Sertorius postridie ab ea pugna
ingenti barbarorum collecta manu: inopine Metelli exercitum aggreditur cum iam sol
ad occasum uergeret: ueluti castra aduersus eum magno animo esset positurus Accur
rente deinde Pompeio ad incepto destitit. His ætatis temporibus ab utrisq; gestis ad hi
berna diuertere iterum. In sequenti anno sexta: & septuagesima supra centesimaz olym
piade: duæ ex fœderibus natones romanis accessere: Bithynia Nicomede eam relinquẽ
te & Cyrene Ptolemæo lagi qui Appion dicebat: testamẽto uicissim eã tradente roma
nis. Ecõuerso hostes insurrexere romanis p̃potentes. Sertorius circa hiberiã: & Mithri
dates ad orientẽ: piratis maria omnia infestantibus: & circa Cretem bellum aliud a cre
tensibus gladiatoriis etiam p̃liis per italiam uehementer: subitoq; emergentibus. Diui
si igitur inter tam ingentes res: alias in hiberiam duas emisere legiones: cum quibus cæ
teris adiunctis Metellus iterum: ac pompeius ab pyreneis montibus in hiberiam uene
re. His Setorius ac Perpenna a lusitanis occurrunt: & tunc quidem multi a Sertorio
ad Metellum transfugere: quorum causa turbatus sertorio crudeliter: barbareq; in ple
roscq; debacchatus odio haberi cœpit. Huius rei præcipua exercitus causa fuit: q; is cu
stodes a celtiberis undiq; acciuerat: & romanis a corpore ammotis eorum loco exteris
se crediderat. Non enim milites æquo animo perferre poterant: se infidelitatis ab eo ar
gui q̃q̃ sub romanorum hoste militarent: quinimmo id eos uehementius angebat cuz
infidi erga patriam ob illum haberentur nunc suspectos ab eo haberi nec qui in fide per

Pompeij Laus.

Rhodan⁹ eridan⁹ padus.

Lauriũ opp.

Surũ. opp. uide ne Sucro.

Metellus perpenna repulit

pomp: a Sertorio superat⁹.

Cerua Sertorij cãdida

Pompeius

Pom: a sertorio de nuo fũditur.

Metellus aduersus ꝑpennã vẽ ꝑsꝑe agit.

ptolemeꝰ appion

bellũ pi raticum.

bithynia Cyrene

opp: R: & testamẽto

bellũ Sertorianũ.

bellũ mithridaticũ.

bellũ cretense.

bellũ gladiatoriũ.

Sertorij cur suis exercitus.

mãsissent a transfugis dignosci posse. Multa pterea celtiberi in eos in surgẽtes: cõtumelioseut inuidis obiectabãt. Verũtamẽ hi Sertorium nõ omnino simul oẽs reliquere ob eius utilitatẽ: atq; pstantiã. Nõ eniz fuit alter uiro illo bellicosior: atq; fortunatior. Q ua ex causa celtiberi illuz ob agendoꝝ promptudinem Hãnibalem solebant appellare: quẽ audacissimum: & astutissimũ ducem apud eos fuisse nouerant. In hunc igitur modum exercitus erga Sertoriuz sese habuit. Vrbes interim plurimas eius q una cum Metello uersebant: assidue infestabant: ciuesq; ad deditionez ipellebant. Cum Põpeius palantiã obsideret urbẽ: ac mœnia lignoruz truncis undiq; appẽdisset: aggressus eũ sertorius ab obsidione repulit. Veꝝ præueniẽs Põpeius mœnia succẽdit igne: deinde ad metelluz rediit. Sertorius restitutisq; quæ corruerant mœnibus ad eos: q circa calagyrũ castra habebãt delatus: ad tria milia interfecit. Hæc sunt: q̃ eo anno in hiberia dicunt gesta. Sequẽti anno imperatores romanoꝝ sũma ui magis solito cõfisi ciuitates q̃a Sertorio tenebantur inuadunt: & pleraq; ex illis sibi uendicarunt. Cæteras ẽt aggredi cœperunt: dolo cõfisi: & insidiis: Nõ enim totis uiribus inuicẽ cõuenerant. uerum iteꝝ usq; ad in sequentẽ annum ipsi denuo urbes maiori aio inuaserant. Sertorius aduersante ia fortuna bellicarũ rerum laborẽ ultro deposuerat: plurimũq; inter delicias: mulieres: cõuiuia: potusq; uersabat. Q ua ex re assidue eum uinci cõtigit: & ob id ad summam delatus iracundiã ob suspitiões uarias: acerbitatesq; puniendi ad uniuersa dubitabat adeo: ut Perpẽna: qui ex Emiliana seditione sponte ad eũ magnis cum copiis accesserat timore ductus decẽ duntaxat frætus comitatu insidias i eũ strueret: ex qbus nõnulli indicio deprehensi: supplicio affecti sunt: qdam fuga sibi consuluere. Perpenna pter opinionem delitescens magis ad huc facinus accelerare satagebat: & sertorium custodes a se nusq̃ dimittẽtem in conuiuium secum uocat. Eo in loco cũ astantiũ turba uino grauis minus custodiæ intenta esset: Sertorium obtruncat. Exercitus quidẽ in Perpẽnam statim insurrexit ira concitus: ac tumultu: beniuolentiam quoq; pro odio in ducẽ cõmutauit: ut oẽs furore quodaz in eos cõmoti sint: q illum occidissent: Cũ enim is cuius cã nõnunq̃ tristabant e medio cessisset ad uirtutis ppriæ memoriã cũ misericordia: pietateq; reuertebant. Ac tunc quidez quæ pstentia illis aderant mene cogitantes: Perpẽnam ueluti priuatum quendã cõtemnebãt. Porro Sertorii uirtutem unicaz eorum salutez fuisse rati: haud facile in perpẽnã coniiciebant oculos. Nec ipsi duntaxat: ueꝝ barbari fere oẽs: lusitaniq; : quorum opera Sertorius præcipue in bello usus fuerat: Cum uero testamẽti reseratis tabulis Perpenna a Sertorio hæres institutus perlectus est: amplius cunctorum odia in eum exarsere: q̃si nõ in ducez duntaxat: aut ptorez: uerũ in amicum: ac benefactorez ab eo seuitũ eẽt. Nec a uindicta cohibuissent manꝰ: nisi q̃ ad eos cõfugiens perpẽna: nõnullos donis: alios pollicitationibus sibi asciscebat: plærosq; etiam metu cohibebat. Erant quos ad terrorem alioꝝ sibi adiungere. In hunc modum igit turbæ se subiiciens adulatione in omnes utebatur. Naz eorum captiuos: quos Sertorius carceri addixerat liberari iussit Hyberis præterea obsides restituit: quibus inducti: illi ut imperatori obsequebãtur: parebãtq;. Hic enĩ illi post Sertoriũ honos habitus q tamẽ non sine odio: & inimicicia demũ cõtingit. Nã cum suppliciis oblectaretur: crudelis tandem haberi cœpit. Tres quippe ex illustribus romanos ad eũ fugiẽtes: fratrisq; filiũ interemit. Iaz igit Metellus ad alterã hiberiæ partẽ secesserat. Nõ eniz illi difficile admodũ uisum ẽ perpenna a põpeio solo posse debellari. Per nõnullos interi dies leuibus inter se pliis Põpeius: Perpẽnaq; eoꝝ uires experti sunt: Decima tandem die oĩbus copiis in unũ conuenerunt: ueluti de tota belli mole discrimẽ subituri: quo in plio Põpeius Perpẽnæ disciplinã facile cõtẽpsit. Nã cum

Sertorius bellicosus et fortunat?

Sertorius hãnibal hiberis appellat?

Sertorius ab mpatorijs artibus ad ignauiã lapsus.

ꝑpenn? Insidiꝫ in Sertorium.

Sertorius a ꝑpenna interuina obtrũcatus.

perpenna hæres a Sertorio ĩstitut?

odia Militũ In perpennã.

ꝑpenna Imperator ele?

perpenn? crudelis

Metelli cõsilũ

bellũ Inter perpennã et pompeiũ.

is de exercitus sui fide: haud parum dubitaret: ab omni apparatu statim excidit Subito itaq; Pompeius in eum inuectus: nec duce pferente: nec repugnante exercitu illum superauit. Fuga nempe ab oibus simul facta: Perpẽna sub cespite quoda3 latuit: domesticos magis: q̃ externos reformidans hostes Intercipientes itaq; illum quidam ex equitibus ad Põpeium attrahebant: calũniis suoꝝ agitatum: ueluti Sertoriũ dominum acclamantem quoq; multa se Põpeio dicturum fore ex his: quæ a seditiosis romæ gerebantur. Id ãt seu uere diceret: siue ut saluus duceretur adeũ fingeret: priusq̃ ad conspectum eius accessisset Põpeii iussu interẽptus ẽ: ueriti fortasse ne quid inexpectatum æderet: alteriusq; mali principiũ gigneret in urbe: quod psapienter Põpeius uisus est eg sse: sum mamq; illi postremo laudẽ: & gloriam attulit. Hic igitur hiberici belli finis: & Sertorii: uitæ simul fuit: quod nec tam subito: aut facile Sertorio adhuc uiuẽte gestum esset. Eadem tẽpestate circa Italiam gladiator quidam ex his: q in Caspiis ad spectacula aluntur Spartacus nomine natione Thrax: q aliquando cu3 romanis meruerat: & in custodia: ac gladiatoriis spectaculis asseruabatur: tantum animi assumpsisse uisus est ut septuagĩta uiris comitatu: pro libertate potius illos certare psuaserit: q̃ in spectaculis pericula subire. Itaq; p uim repulsis his: qui custodiæ præerãt abiit: ac plerisq; ex uiatoribus lignis: ensibusq; munitis ĩ Vesubiũ mõtem ascẽdit. Eo in loco multos ex fugitiuis seruos: quosdam etiam ex agris liberos in unum cõgregans: q̃ propinquiora aderãt depopulabat loca: supprætores habẽs Enomaum: ac Crissum gladiatores. Itaq; cũ prædas ex æquo partiretur: magna cõfestim multitudo ad eũ confluxerat. Ad quẽ oppugnandum primus Varinius Glabrus missus est. Post illum publius Valerius nõ legittimum adducens exercitum: uerum exceleritate: & itinere collectum. Nõ enim deinceps romani belli alterius motum: nec a pdatoribus simile futurum expectabant. Cum ad pugnam uentum esset romani superantur. Spartacus Varinii equum ense confodit: parumq; abfuit romanorum ducem a gladiatore in captiuum duci. Post hoc prælium longe maiores copiæ ad Spartacum undiq; aduenere. Et iam ad septuaginta uirorum milia in exercitu habebat: & arma dietim fabricabat: & apparatus deligebat. Q ui autẽ romæ aderant: consules cum duabus legionibus emisere Q uibus se obiiciens Crissus triginta milib9 stipatus circa Gargarũ montem ab utroq; superatur: ac duobus exercitus partib9 amissis una & ipse concidit Spartacum per Apeninum montem ad alpes: & deinde ad Celtas properantem alter consulum adeptus a fuga prohibuit. Altero deinde insequente cum ad utrosq; se cõuerteret: per partes uictor euasit: ac illi quidem cum tumultu ab eo discessere. Spartacus tercentos ex romanis captiuos Crisso immolauit: ac centum uigĩti millibus peditum romanorum circunspectus ad urbem properabat: quæ inutilia armorum supererant igne conburens: & captiuos uniuersos neci dedens: ac super eos curuum iumenta conficiens quo leuius incederet. Transfugis plurimis ad eum uenientibus neminem admisit. Consulibus iterum circa Picenum illi occurrẽtibus: alia insignis pugna æditur: & tunc quoq; ingens peracta romanorum cædes. At ille recta ad urbem pergere non ausus: cum nec æqualem se ciuibus in bello crederet: nec exercitum omnem militaribus instructum armis duceret nulla quippe ciuitas cum illo conspirauerat: se serui duntaxat: & fugitiui & confusa turba illum sequeretur uersus Thurium ad mõtes se conuertit: Thuriumq; receepit. Aurum porro & argentum negociatores inferre prohibuit aut illud possidere. Aes solum ac ferrum nõ mediocri præcio emebant & importantes humane pertractabant. Q ua ex re materiam abunde nacti egregia arma cõfecerant: & plæruncq; ad prædas discurrebant. Romanis iterum ad manus uenientibus

Spartacus prælio fundit horrendū bellū

uictores tunc quidem euasere: ac multum præde consecuti retro abiere: Tertius iam annus elapsus erat: & romanis horrendum iam adhuc erat bellum quod a principio ueluti gladiatorum contempserant. Proposita nouorum consulum electione stupor omnes

Licinius crassus cos in spartacū.

detinebat: nec quisq; ad petendū de descendebat: quoad Lucinius Crassus genere: atq; opibus longe pollens inter romanos imperium suscepit: & sex aliis legionibus ad Spartacum contendit. Cum applicuisset quæ consulum duorum fuere: copias recepit: ex quibus iacta sorte ueluti de sæpe uictis partem decimauit: Quidam non ita existimant. Sed cum imperatori iterum insurrexisset ex omnibus uictis decimum quemque ex sorte deligisse: & ad quatuor milia interemisse cum ob multitudinem haud multum indigeret. Vtrum istorum factum sit: terribilis certe ipsis ob hostium uictoriam apparuit. Nam confestim ad decem milia: qui cum Spartaco una militabant euicit: & duas eorum partes interficiens ad Spartacum propius magno animo accessit: quem tandem illustri pugna superatum: fugientemq; ad mare persecutus est: cum in Sicilam per naues transire properaret Illum igitur adeptus fossa circunsepsit: & mœnibus uallo q; continuit. Cum per uim ad Sannites excurrere temptaret: Crassus ad sex milia circam solis ortu interemit: totidemq; alios circa occasum: tribus ex romano exercitu duntaxat interfectis: septem uulneratis. Tanta subito ob supplicium ad uictoriam incilnatio facta est. Spartacus equitibus ad eum aliunde confluentibus adhuc perstans nō amplius: ad pugnam omnibus cum copiis prodibat. Multum autem sibi circunsidentes infestabat p partes continue subitoq; incūbens: faces etiam igne correpta in fossam demittens uallum incendebat: & laborem illis multo difficiliorem afferebat. Captiuum præterea ex romanis campi in medio suspendit: propriis militibus aspectum anteponens: quem uicti essent passuri. Romani interim: qui in urbe morabantur obsidionem intelligentes: cum turpe ducerent gladiatorium bellum in tam longum differri: tempus: difficultate eius cognita Pompeium ex hiberia nuper redeuntē. ad curam ei? rei delegere. Ob hāc electionem ueritus Crassus ne gloriam huius belli Pompeius sibi asciscere: summa festinatione in spartacum deducit: Spartacus Pompeium præuenire studens Crassum cū eo ad fœdus inuocat. Verum ab illo repulsus periculum subire statuit. Assidentibus igitur equitibus magno conatu cum omnibus copiis uallum exuperat: ac Brūdisium uersus celeri fuga sese proripit: Crasso continue uestigia eius insequente. Cum uero relatum esset Luculum ex mithridatica uictoria reuersum Brundusium ueniisse: desperatis omnibus: magnis copiis cum Crasso congreditur. Exorta pugna longa quidem ac difficili ueluti in desperatione tot millium in unum coeuntium Spartaco femur telo transfigitur: quo uulnere prolapsus in genu cōcidit: obiectoq; clypeo insurgentes repellebat: depugnabatq;: donec ipse cæteraq; multitudo in circuitu eius oppressa est. Reliquum exercitus nullo ordine: ut in turba concissum: sic ut cædes sine numero æderetur. Ex Romanis mille desiderati: Spartacus ipse defunctus: nusq; inuentus. Multitudo ex his ingens extra prœlium in montibus secesserat: ad quos Crassus profectus est Illi i quadraginta acies diuisi depugnabant donec omnes interfecti cum cæteris occubuere sex milibus exceptis: qui capti in crucibus sublati sunt per iter quo a Capua romā usq; protenditur. Hæc Crassus sex mensibus operatus particeps potissimum omni ex parte Pompeianæ uisus est gloriæ: neq; exercitum deponere uoluit: quia nec idem Pompeius uideretur facturus: amboque ad consulatum petendum descenderunt. Hic quidem iam prætura functus iuxta Syllæ legem: Pompeius uero neque præturam: neque quæsturam uspiam adeptus anno ætatis quarto & trigesimo multa tribunis secundum ue-

Spartacus prælio fundit horrendū bellū

Licinius crassus cos in spartacū.

Spartacus a crasso superat et in fugā conuersus.

Ingens cædes ac misso edicta

Romanorū cōsiliū ob dilationē belli gladiatorij

Pompeio spartacū bellū decernit.

Spartacū crassus fugiēnē insequitur.

pugna difficilis:

Crassi victoria de spartaco.

Spartaci Mors.

Sex milia crucibus sublata.

origo pyratarum

Syllæ lex.

Spartacus brūdusiū versus exercitū ducat

Lucullus ex bello mithridatico victor Redijt

terem morem uelle concedere est pollicitus. Consules itaque electi nec exercitus urbi propinquos demisere: occasionem sibi quisque uendicantes. Pompeius quidem adhibericum triumphum Metellum redeuntem opperiri se aiebat. Crassus Pompeium prius dissoluere oportere dicebat. Populus igitur dissensionem iam inde emergentem intuens: ac duos exercitus sibi assidentes reformidans: consulem in foro sedentem orare cœpit: ut ambos inter se conciliaret. Quod primum uterque eorum renuit. Ariolis deinde quibusdam multa: ac dira comminantibus: ni inter se conuenirent: populus iterum cum gemitu utrosque deprecatus est: denuo Syllæ: ac Marii erumnas afferentes. Quibus ex rebus commotus Crassus prior e solio descendit: & ad Pompeium profectus manum illi: ut una conciliaretur exhibuit. Is autem subito assurgens ad illum accurrit: seque inuicem complexi sunt. Laudes itaq; multiplices illis redditæ: neq; populus prius e concione discessit: quam consules exercitus deponere uelle scripsere.

Sic contentio quæ in maius excrescere cunctorum opinione putabatur: fœliciter dissoluta est annum circa sexagesimum ciuilium bellorum: maxime a Tyberii Gracchi interitu.

P. Candidi de ciuilibus Romanorum Bellis ex Appiano Alexandrino in latinum traductis Liber Primus explicit. Incipit eiusdem Secundus.

POST Syllæ monarchiam: & quæcunq; a Sertorio ac Perpenna in hiberia gesta sunt: alia denuo ciuilia Romanis insurrexere bella: quoúsque Caius Cæsar Pompeiusque magnus ad inuicem armis usi: Pompeiusque a Cæsare superatus est Cæsarem uero in Senatus non nulli regno aspirantem interemere. Hæc igitur quemadmodum acta sint: & Pompeius ac Cæsar demum interierint: hoc secundo ciuilium bellorum libro describemus. Pompeius de purgato prius a piratis: mare qui undiq; omnia deprædabantur: Mithridatem ponti regem debellauit: regnum quoq; eius: ac reliquas illi parentes nationes ad orientem usq; sibi subdit. Erat autem adolescens adhuc Cæsar: uerum dicendi: & agendi prõptitudine longe clarus: & qui uniuersa auderet: atq; speraret ad ambitionem supra modum profusus: & ardens: utpote qui ædilitatem: & præturam ære alieno meruisset: fœlicitate etiam quadam gratus multitudini: quæ ut plurimum liberales colit: ac diligit. Lucius autez Catilina gloriæ: & generis splendore p̃cellens temeritate nouissimus adolescẽtẽ filiũ ob Aureliæ Orestiliæ amorẽ interfeciſſe dicit: cũ mulier̃ supstite filio nuptias eius recusaret. Is Syllæ familiaris olí & amicus: seditiõe plenus: tyrãnidis illius imitator fuit: ex ambitiõe pariter ad inopiã redactus cũ a potẽtibus qbusdam uiris mulieribusq; obseruaret ad cõsulatum petẽduz accesserat: q̃si sub illo ad tyrãnidem paraturus aditum Sed cuz eligi se cito sperauisset ob huiusmodi suspitionez repulsus ẽ: & Ciceroni consulatus eius loco delegatur: uiro p̃cipua eloquentia: & oratoriis artibus ornato. Ob id Catilina eos improbans: a qbus cõsul esset designatus in ignobilitatẽ Ciceronis inuectus: nouum hoiem Ciceronẽ appellat. Sic enim eos: q a seipsis nulla maioꝛ dignitate claruere romani solẽt nominare: Hospitalitatem p̃terea urbis irridẽs Inqlinum eũ noiat: quo uerbo dicunt̃ hi q alienas ædes incolũt: Ipse uero ac ex cã rẽpu. fere oẽm penitus euertit: ita ut minime ad monarchiã: aut magnum aliqd̃ emergeret uerum litibus repleret̃ & inuidia. Pecunias quippe a pleriſq; mulieribus undiq; conqrens quæ uiros ipso in tumul-

tu occisum iri putauerant: cum nonnullis Senatorii ordinis: eqtibusq; iureiurando coue-
nit. Induxit & populares quosdam & hospites & seruos Q uoru3 primores fuere Cor
nelius Lentulus & Cethegus erant.n. hi ea tempestate prætores in urbe Per italiam ue
ro quosdam ex Syllanis demisit qui commoda per uim parta consumpsissent similia au
tem exoptarent ex Fesulis scilicet tyrrheniis. C. Manlium Ex picenis & Apulia alios
qui exercitum secrete comperarent. Q uæ omnia cum occulta adhuc essent: & inco-
gnita Fuluia parum pudica mulier ciceroni indicat. Huius amator Q uintus Curius
fuit uir obprobum consulatu amotus. & ob id consiliorum Catilinæ particeps leuis
admodum & ambitiosus ad mulierem omnia detulerat & ueluti potentiam statim ha-
biturus eorum quæ in italia agitabantur mentionem fecerat. His perceptis Cicero ci-
uitatem per interualla præsidiis munit & ex illustribus plures emittit qui ad suspectio
ra quæq; intenti presiderent. Catilina nemine eum suscipere audente ob diligentem un
diq; cautelam suspitione exterritus & in celeritate spem apponēs pecunias Fesulas mit
tit. Apposito insuper eum coniuratis ordine ut Ciceronem interficerent urbem per i
terualla nocte incederent ad Caium Manlium q̄si alium paraturus exercitum sese pro
ripit ut sequentem urbis incendio promptus accurreret. Eo in loco fasces & secures ue
luti proconsul leuiter admodum præ se tulit & ad Manlium profectus delectus habere
cœpit. Lentulo & coniuratis tempus patrandæ rei adesse uisum cum Catelina ad Man
lium uenisset. Lētulum igitur ipsum: ac Cethegum circa auroram ad Ciceronis domū
ensibus ueste cōtectis insidias struere iubent. Ingressos deinde ob dignitatem sermone
in longu3 deducto: interambulādum ad Ciceronem a cæteris semotū interficere. Luci
um uero Sextium Tribunum plebis concionem subinde aduocare: palamq; de Cicero
ne conqueri: qui assidue bellum quereret: urbem nulla ex causa in discrimen poneret.
Post Sextii orationem nocte insequenti reliquos ex coniuratis duodecim in locis ur-
bem incendere: prædari omnia: optimos quosque interimere. Sic enim Lentulo: Ce
thego: Statilio: & Sextio: cæteriscque coniurationis primoribus agendum uidebatur:
tempusq; ad ea operiebantur. Legati Allobrogum eorum prætores apud Senatum ac
cusaturi romam uenerant: Galliam quoq; ad bellum concitare cum Lentulo: cæteriscq;
una consenserant. Hos Lentulus ad Catilinam ire jubet: & cum his Vulturcium Coro
niatem emittit: q litteras sine nomine ad eum deferat. Legati ob id ipsum ambigentes
rem Fabio Sāge annunciāt. Erat autem is allobrogum patronus in urbe: ut cæteris po
pulis olim romæ adesse mos fuit. Ab hoc Cicero certior factus legatos urbe3 disceden-
tes: & cum his Vultriciu3 intercepit: eosq; in Senatu3 subito īducit. Hi q̄ a Lētulo audi-
erāt Senatui referūt: Inducti porro addidere Lētulum sæpenumero illis affirmasse: tres
e Corneliorum familia romāis futuros principes. Ex his Cinnam & Sylla3 prius exti-
tisse: Se tertiu3 Sibyllinis libris declarari. Q uibus cognitis Senatus Lētulum dignita-
te spoliauit. Cicero unūquemq; seperatim in prætorum custodia deponit. Ipse in Sena
tum reuersus: sententiam de oibus exq̄rit: ac statim in senatu tumultus oritur: nec eni3
eorum quæ fatebantur manifeste adhuc patebat timor. Lentuli præterea: ac Cethegi
serui: libertiq; magna opificum manu in unum comparata prætorum domos diuerso
itinere inuaserant: eorumq; dominos p uim liberare conabant. Q ua re percepta Cice-
ro e Senatu egredit: & opportunis p̄sidiis ubiq; appositis iterum in senatum: ut sn̄iam
exquireret accurrit. Syllanis consul designatus primus ut sententiam efferre a consule
rogari cœperat. Q uippe romanis consul p̄futurus merito in primis dicturus uideba-
tur: & ut puto multa ex his: q̄ decreta essent executiōi mandaturus: & ob id maturius:

liberiusq; singula animaduersurus. Consulente itaq; eo coniuratos ultimo supplicio afficiendos esse: multi assensi sunt: ad Neronez quousq; deleta sententia Nero interim eos custodiri: donec Catilinam bello superassent: & rem diligentius certiusq; animaduertissent: æquius censebat esse. Caius autem Cæsar cum suspitionem minime purgaret: ne coniurationis particeps uideretur esse: Cicerone neutiq; fidente si ad hunc in primis populatem: seditiosumq; sententiam afferrent: hos uiros per municipia: quæ Cicero elegisset distribuēdos esse censuit: donec superato catilina in iudicium acersirentur: neque quid dirum intolerabile in primores uiros præter ius equumq; esse statuendum. Eius sententia cū iusta apparuisset: & a plerisq; admitteretur multi: haud prudenter in eā inclinarunt. Cato suspitionem quæ in Cæsare latebat graui luculentaq; oratione pronunciat. Veritus itaq; Cicero ne instante nocte aliqua coniuratorum manus in foro exurgeret ac pro illis pariter & seipso sollicitus ne quid dirum: aut fœduz mollirentur utilius esse ratus cum Senatus in curia adhuc esset celeriter nullo iudcio rem conficere: unum quenq; ex coniuratis in carcerem deduci imperat: Ibidemq; multitudine insscia supplicio affecit post hæc in forum delatus palam eos interiisse significauit. Cæteri metu territi ac sibi ipsis precauentes hic inde dilabuntur: Eoq; modo ciuitas a trepidatione quæ cunctis amet die potissimum institerat paulisper respirauit. Catilinam deinde ad uiginti hominum millia in unum adducētem: quorum quarta fere pars armis instructa fuerat & in Galliam quo delectus nouos appararet properantem Antonius cōsul alter sub ipsis alpium radicibus: nullo fere negocio nactus superauit: Viruz temerarium tam crudele opus mente cogitantem: & ad rei experimentum multo temerarius apparatu fere nullo prodeuntem: quanq̄ nec ipse Catilina: aut quispiam ex his qui illustriores affuere: fuga saluti suæ consuluerint: sed in hostes ꝓuentus pariter in pugna confossi sint. Catilinæ itaq; seditio cuius causa parum abfuit: uniuersam fere urbem ad extremuz deduci exitium: Ciceronis consilio in hunc modum dissoluta est. Cicero quanq̄ dicendi
ob potestate clarus haberetur: tum uel maxime ob insigne facinus omnium fere uersabatur in ore & saluator tūc quidem pereuntis patriæ uisus est extitisse. Gratiæ itaque immensæ ab omnibus illi habitæ: uariæque laudationes. Nam Cato patrem patriæ illum appellauit: quod decus nominis subinde a populo cōfirmatum est. Ea ex causa a non nullis creditum est huiusmodi appellationem a Cicerone sumpsisse initium: ac subinde ad imperatores: qui digne habebantur paulatim defluxisse. Nec enim omnibus q̄q̄ regno præsidentibus a principio statim cum cæteris appellationibus id nomen inditum: uerū ꝓcedente tempore: uix maximis adhuc in testimonium uirtutis accessit. Cæsar deinde in hiberiam delectus prætor: cum in his quæ utilia uisa fuerant Romæ sperneretur: magnamque facultatum partem ob ambitum ære alieno deuixisset: huiusmodi uerbis usus dicitur. Bis millies & quingenties centena milia sibi adesse oportere ut nihil haberet. Compositis igitur his: a quibus petebatur: ut melius licuit: in hiberiam delatus: neque in ciuitatibus ius dicere: diem ue adhibere ad causas: aut similia agere sustinuit: ueluti qui nihil opere precium ī huiusmodi rebus esse crederet: uerum exercitu in unum comparato: cæteros hiberorum populos per partes aggressus: regionem omnem ex tributo Romanis obnoxiaz parere uoluit: magnam quoq; pecuniaz uim per Q uintuz questorē Roma misit. Cuius rei cā cuz triūphus a Senatu decretus esset: pōpæ apparatum q̄ splēdidissimuz in suburbanis rome iubet instrui. Hisdez forte diebꝰ creādoꝝ comicia romæ parabant: necesseq; erat petitorē una adesse. Ingredieti uero neutiq; ad triūphū licebat redire. Cæsar ad cōsulatuz potissimū aspirās: nundū triumphi apparatu edi-

Iiberij neronis de coiuratis sntia

Cęs: snīa

Ciceronis dicta ob coniurati condemnati.

Catilina abant. cos. superat.

Catilinę coiuratio ciceronis cōsilio dissoluta.

pr̄ prię Cicero prim appellat?

C. Cęs. Iniberiā prętor.

Cęsaris uerba.

Magnā pecuniarū copiā Cęsar romā ex iberia misit.

Cæsar iberiã triũphũ cõsulatui posthabuit.

eo ad Senatum destinat. rogat ut absenti per amicos consulatum petere liceat. Eius rei licentia præter legẽ aliis non nunq̃ concessa fuerat. Contradicente autẽ Catone & diẽ ad petendũ destinatã uerbis deducẽte: Cæsar spreto triumpho: ad comicia dẽscendit & creationẽ eius dignitatis operiri cœpit. Interea Põpeius ob Mithridaticũ bellũ ad summum gloriæ: & dignitatis euectus: Senatus rogare pergit ut multa qui regibus: dynastis: ac ciuitatibus idem concessissẽt: Senatus ex decreto confirmare uellet. E cõtra plurimi inuidia accensi in illus repugnabant. Inter hos uel in primis Lucius Lucullus fuit qui ante Pompeiũ ad id bellũ delegatus: debiliorẽ ad resistendũ Pompeio Mithridatẽ reliquisse se aiebat: eius belli gloriã sibi soli spectare prædicabat. Lucullo Crassus pari modo adsistebat. Indignatus itaq̃ Põpeius affinitatem cũ Cæsare inire studuit: seq̃ in petitione consulatus illi affuturum iureiurando pollicetur. Is Crassum pompeio subinde conciliauit. Sũma igitur potestate inter se functi: cõmoditates ad inuicẽ partiri cæperant. Horum igitur consensum uno libro reprehendens quidam Tricipitiũ eos nuncupauit. Senatus cum de illis suspicaret: Luciꝰ Bibulus Cæsari aduersum cum eo cõsulatum administrare iubet: Ac subito contentiones inter illos: & armoꝝ priuatim apparatus extitere. Cæsar ad dissimulandus põptissimus uerba in senatu habuit quasi cũ bibulo conciliari cuperet quantum eorum dissensio reipublicæ molesta sit edisserit. Cũ ex animo locutum omnes putarent: ac Bibulus nullo apparatu, aut custodia in euꝰ uteretur. magnaꝰ uirorum manum clanculum in unum comparat. Legem deinde tenuiorum in senatum defert: Agros in commune partiri admonet: præcipue qui circa Capuam cæteris cultiores & uberiores habebantur: partibus diuidendos esse: quibus trium liberorum ius adesset: mercedem popularis beniuolentiæ iam inde meditatus. Quippe ad uiginti hominum milia his perceptis in unum uenerant: trium liberorum alimoniam ultro deposcebant. Cum multi sententiæ eius aduersarentur: dissimulata indignatione: quasi quæ iusta & æqua essent ab illis spernerentur: Senatu egreditur: ac per annum integrum Senatus ulterius conuocari uetuit. Cuꝰ demum in rostris concionem habuisset: Põpeiuꝰ Crassumq̃ subinde de lege interrogat. Cui illi uicissim assensi sunt. Populus contectis armis ad legis latione progressus est. Senatus cum nemo illuꝰ conuocasset: non enim alteri ex cõsulibus id agere licebat: ad Bibuli progressus domũ nihil Cæsaris potentiæ & apparatui aduersuꝰ moliri audebat. Bibulus dũtaxat huiusmodi legibus sese opponere adhortabatur neq̃ desidiæ uerum alacritatis opinionẽ cæteris afferre. Ab hoc persuasus Bibulus Cæsare adhuc concionante in forum prosilit Seditiõe igitur ac tumultu inuicẽ coortis: tandem ad uulnera peruentuꝰ est. Quidã itaq̃ exertis ensibus: fasces reliquaq̃ Bibuli magistratus insignia dilacerant. Tribunuꝰ præterea & qui illuꝰ circunsteterãt plagis aggrediuntur. Bibulus nihil territus iugulũ ultro nudatum offerebat: amicosq̃ Cæsaris magno clamore ad id opus hortabatur. Si enim quæ iusta: & æqua sunt Cæsari aiebat suadere non possum: scelus omne hoc: & odium moriens ipse in euꝰ reiicio. Cæteꝝ eundem reluctantẽ: amici in proximum Iouis possessorie templuꝰ deferunt. Cato subinde ad eos missus iuuenili more inter medios progressus est: cõcionariq̃ inter illos cœpit: quoad Cæsaris mãdato e loco sublatꝰ; Senatu educit. Non multo post aliis itineribus elapsus ad tribunal iterũ accessit: nec ullis minis ab incepto deterreri potuit. In Cæsareꝰ poro per acerbe inuectus est: donec e tribunali sublatus efferẽ: & leges Cæsaris mandato sanciunẽ. Cæsar p̃terea populũ q̃optimas eas existimare: iureiurãdo adegit: Senatũq̃ pariter iurare deposcit. Annuẽtibus multis cuꝰ Cato silens: quietusq̃ persisteret. Cæsar illi iusiurandũ recusasset: mortẽ est commina-

Tricipitiũ.

Cæsar bibul ꝯ cõss.

lex agraria a cæsare Relata:

Ius triũ liberoꝝ

viginti hominũ milia munũ cur.

Populi fauor in cæs:

Senat adhortationes in bibulũ.

bibuli audentia.

Catoni mors intẽtata à cæsare.

Cęsari Pompeio } Summiss⁹ percussor Vectius Icarius In carcere necatus.

Cato mortis metu In legē cęsaris Iurauit

tus quod a populo pari modo confirmatum est. Iurauere itaq; hi; ac non nulli trepidantes: Tribuniq;. non enim ulterius illi obsistere tutum uidebatur. Cum ceteri legem approbassent: Vectiꝯus uir popularis: in medium ense nudato progreditur Se a Bibulo: Ciceroneq;: ac Catone missum profitetur: quo Cæsarem. Pompeiumq; interficeret ensem sibi a Postumio Bibuli lictore esse datum. Causa in utranq; partem dubia: Cæsar multitudinem accelerare iubet. In sequentem diem Vectii disquisitionem referendam censet. Vectius interim carceri inclusus: ea quæ secuta est nocte neci traditur. Cum uarie de rei euentu suspicatum esset: Cæsar nec id se fecisse renuit: asserens eos qui de se formidarent: quoad populus sibi faueret: conspirantibus in eum præbituros opem. Bibulus omnibus e manu eiectis. ueluti priuatus quidā reliquo consulatus tempore neutiq; domo pedem extulit. Cæsar ad Vectii causam inquirendam: cum rei publicæ potentiā solus obtineret: leges quasdam protulit: quæ in primis populo: & multitudini gratæ uidebantur. Alias porro addidit: quæ a Pompeio gesta: ut pollicitus fuerat: illi comprobarent Interea equites: qui mediam inter populum: Senatumq; tenēt dignitatem: ad omnia potentiores ob facultates: uectigaliumq; & onerum cæterorꝫ mercedem: quæ a populis penduntur capientes: multitudine insuper seruorum habundantes: iampridem apud Senatum insteterant quo tributorum onera aliqua ex parte leuarentur. Ad quæ cum Senatus differre uideretur. Cæsar nihil Senatu indigens: uerum solo populo confusus: tertiam tributorum partem remittendam esse censuit. Illi ad eorꝫ dignitatem insperate caritatis munus accessisse gloriantes: Cæsarem ad conuiuia inuitāt. Sic globus alius longe potentior Cæsari: populoq; accessit: hiuusmodi ciuilitate addita. Ipse spectacula: & ferarum uenationes edidit: ultra posse in omnes largus: & exubernas: priorum quoq; supergressus est munificentiam apparatu: choreis ac munerū liberalitate usus. Quibus ex rebus eundem ad galiæ omnis principatuꝫ: quæ intra alpes sita est in quinquenium prætorem statuunt: exercitumq; pro dignitate legionum quattuor illi tribuunt. Temporis igitur spacium quo abscens futurus erat mente contemplatus: neq; minus inuidiam: quæ quo maiora possidentur in maius adaugescit: Pompeio filiam connubio adiunxit: Scipione adhuc existente: ueritus ne quanq̄ amicus sibi foret: magnitudini tamen fœlicitatis eius inuideret. Audaciſſimum porro ex seditiosis omnibus ad magistratum sequentis anni: ac consulem Aulum Gabinium statuit: amiciſſimū sibi. Lucii autem Pisonis filiam: qui una consulatum gesturus uidebatur: Calfurniaꝫ duxit uxorē exclamante Catone rempublicam nuptiarum lenocinio corrumpi. Tribunos uero declarauit Vatinium: ac Clodium cognomine Pulchrum quem turpem quandam infamiæ notam in mulierū celebritate subiisse notum erat Calfurniæ Cæsaris uxoris causa: qua de re nihil a Cæsare in eum animaduersum fuit cum populo acceptum esse cognouisset q̄q̄ mulierem a se ablegauerit. Reliqui ob religionem ad impietatem usq; illū persecuti sunt. Fuitq; inter accusatores orator electus Cicero nec Cæsar in testimoniū uocatus quicq̄ protulit uerum Tribunuꝫ tunc quidem ad Ciceronis insidias paruit: cum ille triumuiroruꝫ consensum ad monarchiaꝫ aspirantū propalaꝫ improbaret: Sic mœrore pariter ob utilitatem frui eos contigit cum inimico benefacere ad alterius præsidia coacti sint. Videtur autē Clodius gratias uel in primis exhibuisse Cæsari in obtinēda Galliæ puincia. Hæc igitur tam ingentia a Cæsare adhuc cōsule peracta sunt. qui priori dignitate deposita subito ad alterā cōuertit oculos. Interiꝫ Clodius Ciceronē in iudiciū uocauit: q; ante sententiā a senatu latā lentuluꝫ: Cethegūq; supplicio affeciſſet. At ille q ad taꝫ illustre facinus summo ingenio uisus ē utiauilior tamen ī iudicio apparuit nā sor-

Cicero cęsari om peio

Leges cę saris:

equestris ordo inter pl̄s et plebē. eques R. uectigalia exigebant.

Cęsar publicanos sibi adiunxit.

Cęsar Spectaculū populo exhibuit.

cęsari gallia p quinquenniū decreta.

Cęsar Iuliā pompeio despondit.

piso cos. designat.

A. gabinio adnitente cęsare consule.

Cęs. calfurniā pisonis filiā duxit vxorē.

Clodius bonę dę Sacra pollu.

Cicero clodiū accusauit

Cicero crassi cęs. et pompeię cōiurationē damnabat.

nimiū am bitiosus cęsar.

Ciceronis dicta a clodio dicta

lb Vatinius et Clodius pulcher } Tribuni plēb.

Demosthenes eloquentiā quā cęteris uēdubat In sua cā desiderauit

Clodius ciceronis domū euertit

Ciceronis abiect⁹ animus.

didaz indutus uest:flens squalore & sorde obsitus:adq; quosq; obuios per angiportus se prosternēs sibi ignotos deprecare nō erubuit:ut tā insigne ipsius opus ob indecentiā ad risum a misericordia deflexerit:ad tantuz timiditatis ob unicā domesticaz lapsus est accusationē:cuius uita in alienis casibus semper enituit. Q uemadmodū & Demosthe
ni ferunt contigisse:cū causaz apud athenienses pro se esset oraturus:prius aufugisse q̄ in iudiciū descenderet. Clodio uero Ciceronis suasiones per angiportus cuz contume/lia explodentę:Cicero desperatis rebus sponte ꝓfugit:cū quo amicoꝝ multitudo ex ur be exceſſit. Ç Senatus quoq; eū uiruz ciuitatibus:regibus dynastisq; cōmēdauit. Clodi⁹ interim domuz eius euertit. In agris autem:ouilia stabulaq; disiecit. Ob quæ subinde elatus:etiaz Pompeio se aduersum præstitit:qui summaz ea tempestate obtinebat po/testatez. Pompeius Milonez qui cum Clodio consulatuz postulabat:uirum audacissi/mum ad consulatus spē eius loco statim concitat. & in Clodiuz fauores illi pollicet. Re/ditum quoq; Ciceroni ex decreto iubet decernere:sperans cū rediisset Cicero:non ulte/rius in præsentē politiaz oblocutuꝝ esse:cū quæ passus esset mente cogitaret:Iudicia āt & negocia facilius Clodio persuasum iri posse. Sic Cicero ob Pompeiū urbe eiectus ab eodem demū restitutus est:& decimo post expulsionez exacto mense. Domus illi:ac cæ tera publicis impensis instaurata sunt. Admissus est igitur summa gloria:oībus splen/dide illum recipientibus ad portas urbis. Ferunt quippe dum uiꝝ complectunt:& illi gratulantur diez ferme integraz fuisse consumptam:ut Demostheni athenas redeunti olim cōtigit. Cæsar interea inter Celtas:Britānos multa rei militaris opera strenue exe/cutus:quemadmodū a nobis in Celticis perscriptum est bellis:opibus & diuitiis abun/dans:ad proximā Italiæ Galliā circa Eridanum fluuium ꝓgressus est exercituz assiduis fatigatum prælliis paulatim recreans. Q uo ex loco cum pecunias multis romæ præmi sisset:annui magistratus per partes obuiaz illi ꝓdeunt:& quicunq; illustres gentium:& exercituuz duces aderant uicissim exierunt:ut cētum & uiginti fasces circa ipsum affuis/se fama sit Senatorii ordinis ducentos:non nulla ut uicem meritoꝝ redderent:quæ ab illo susceperant:alios pecuniis acceptis illi obsequentes:alios quosdam diuerso alio mo/do obnoxios:ac patentes. Omnia enim hunc in modum sibi asciuerat ob exercitus ma gnitudinē:potentiāq; pecuniaꝝ:neq; minus ob studium eximie in quoscunq; humani tatis. Venit & ad eū Pōpeius Crassusq; eiusdez potestatis participes cuz eo:cōmuniq; cō silio uisuz est Pompeiū:ac Crassuz consulatuz inire denuo. Cæsarē uero nationū earum imperio:q; pridē tenuisset:per quinquenniū adhuc præfici Sic mutuo consensu rēpu/blicam inter se partiti sunt:Pompeio ad consulatus peticionez Domicius Eneobarbus aduersabatur:& ad diem statutam ambo ad petendum descenderant:nec quanq̄ no/cte ingruente e Marcio campo discedebant. Iam enim lites inter eos cœptæ donec Do micii seruum lumen afferentem interemere. Insecuta deinde omniā fr̄ga: Domicius uix in domo propria saluatus est. Pompeii uestis cruore sordida a non nullis ad suos de/lata:Adeo parum uterque a periculo abfuit. Consules igitur. designati ambo Crassus ac Pompeius Cæsari:ut instituerant Galliæ imperium in aliud quinquennium proro/gant. Prouincias ipsi inter se exercitusq; partiuntur. Pompeius hiberiam sortitus ac ly/biam:amicis ad eas emissis Romæ perstitit. Crassus Syriam ac Syriæ proxima cuz ad parthicum anhelaret bellum & ad lucrum gloriamque accommoda existimaret si/bi assumpsit. Veruz illi urbe egredienti multa quidez:ac dira tribuni annunciauere:& ne Parthis huius mali prorsus indignis inferret bellum monuere. Cui minime paren/ti publicas execrationes extulerunt. Q uibus spretis Crassus demum in Parthia pro/

Cicero ob pompeiū urbe eiect⁹ a eodem demū restitut⁹.

Glorios⁹ cⁱ. redit⁹.

Cęsar e trāsalpina gallia in togatam.

Honores in cęsarē.

Pom: et crass⁹ in gallia togata cęsarē conueniūt.

Domit⁹ eneobarb⁹ pompeij competitor in cōsulatū.

Seditio in comicijs

Crass⁹ Pompei⁹ } Coss.

Pom. iberiā sortit⁹ ac lybiā palios ad/ministrat.

fligatus est cum filio eiusdem nominis uniuersoq; exercitu. Nam ex centum militum millibus uix decem millia in Syriam e fuga euasisse referuntur: Veruz hanc Crassi infelicitatem eo libro abunde diximus qui parthicus inscribitur. Romani assidua fame diutius uexati Pompeium annonæ omnis præfectum & prouisorem elegere: eidemq; ut piratico olim bello uiginti senatorii ordinis uiros addidere quos ille uicissim per prouincias partitus est. Ipse nationes undiq; percurrens urbem frumento: cæterisq; ad uictū necessariisq; ~~ad uictuz necessariis~~ impleuit: qua ex causa ad ampliorez adhuc gloriaz potestatemiq; peruenit. Ea tempestate Iulia Cæsaris filia cuz ex pompeo prægnans adhuc esset cessit e uita. Ob id timor uniuersos ciues subito inuasit ueritos ne ex huius mulieris interitu magnis inter se exercitibus continuo concurrerēt Cæsar & Pompeius turbata potissimum: & difficulter se habente republica. Nam magistratus per seditionez. & auaritiaz turpi studio lapidibus ensibusq; inter se contendebāt: Deculpato res & ambitiosi nullo rubore ad lucra confluebant. Populus non nisi mercede accepta ad suffragia pdibat. Ferūt octingentoz talentoz summā magistratus nomine ex sequestro fuisse deprehensā: ita: ut neq; consulibus p singulos ānos exercitus ducere: aut bellū gerere fas eēt: hac uel in primis, Triū uiroz potentia phibiti quicq; agere. Qui āt his scelestiores aderant: aut exercituū loca cōmunia urbis cōmoda ad se transtulerant: ac successorum suoz creationes in utilitatez propriam conuerterāt: Boni uero a dignitatibus omnino excludebantur. ut ex huiusmodi inordinatione per octo fere menses urbem magistratibus caruisse notum sit: Pompeio uniuersa consulto negligēte ut dictatoris opportunitas aliquando occurreret. Et hæc quidem multi inter se referebāt: unicum præsentibus malis adesse remedium: si uni duntaxat potestas traderetur necesse autem: & mitem simul & potestate pditum eligere: his uerbis Pompeium haud indubie significātes exercitus præpotentis ducem: populiq; amatorem habitum: & Senatum ob eius dignitatem quo uellet inducentem uitæ continentia & sobrietate: ad salutationes porro facilem admoduz uel apparentez: uel existentem. Is uero hanc de se expectationez uerbo quidem detestari uidebatur: opere autem licet clanculum ad eam aspirabat & ob id reipublicæ confusionem: in dignitatemq; despiciebat. Milonem quippe in Clodium sibi famulantem: & populo pergratum ob Ciceronis reditum: & consulatum ueluti in tempore ultro deposcentem a creatione continuit iniecta mora: quoad animo grauatus Milo: cum Pompeium erga se infidum deprehendisset: Lauinium in patriaz profectus est. Quo in loco Diomedem ex Ilio aduectum in Italiam urbem primam condidisse scriptores memorant: Distatq; id oppidum a Roma per stadia centum & quinquaginta. Clodio ex propriis agris in equo reuertenti. Milo circa Bouilas occurrit: & qq; inimici inter se forent inuicem tamen sibi cessere: ad iter inceptum unusquisq; progressus est. Interim seruus Milonis Clodio insurgens: siue ex mandato eius: siue quod hostez heri sui interimere optaret: ceruicem ense perculit. Hunc igitur sanguine madentem Aquilio quidaz in propinquuz diuersoriuz detulit. Milo cum cæteris seruis ad eū respirātem adhuc nec dum uita functum ppere accedit: dissimulāsq; professus est neq; se mortem eius appetisse: nec alteri ut inferret mandauisse: uez cum pereuntez intueretur imperfecto opere discessit. Quod cum Romæ nunciatuz esset populus timore pcitus in foro pernoctauit. Orta luce Clodii corpus a nonnullis in rostra defertq; ad Tribunis quibusdā: & amicis eius senatui illatū est: siue honoris causa id agerent: q ex senatorio esset genere: siue ut Senatui hæc ipsa negligenti exprobarēt. Ex his non nulli temerita te notiores sedilia: thronosq; Senatoz ut pyram illi erigerent, unanimi consensu esse-

Crass⁹ pr̄ et filius a parthis deletus.

pom: am

Ambitus in campo maxim⁹.

Quocto meses urbē magistratibus caruisse.

Gagnz pompei?

Pompeij mores.

pom: astutia

Milo desert⁹ a pompeio Lauinii se recepit.

Aeneam

Lauinij conditor bouillę.

Clodij cędes.

Clodij corpus In rostra.

lib Lauinū milonis pria

Curia cōflagrauit Miloni audacia

runt ignemq; propere immittunt. Q ua ex causa Senatus pluresq; finitimæ circum domus incenditur. Miloni uero tantū audaciæ affuisse referunt: ut nihil minus q̄ mortez eius extimesceret: de sepulchri quoq; honore quæreretur seruoꝝ igitur & agricolaꝝ multitudine in unum comparata: præmissis ad populum pecuniis Marcum Cecilium Tribunum precio ad se asciscens: in urbem audacissime reuertitur: ac confestim ipsum ingressum Cecilius in forum: & ad eos: quibus munera præmiserat ueluti in concionez atthrait: simulans se ira percitum: nullu3 iudicii momenti se illi concessuru3: fisus si præsentes annuissent: causam eius ut uerissimam absoluere. Cæterum Milo id opus minime consuluisse dicens non enim cum uxore & apparatu processisse: reliquum temporis cum Clodio a se gestum retulit: uiro audacissimo: & audacissimis amicis circunsepto qui senatus domum supra illum succendissent. Loquente adhuc eo reliqui Tribuni: populusq; armis præmuniti: in forum prouolant. Cecilius & milo seruorum uestes propere inducti fugam capescunt: Alioru3 cædes immensa oritur nullis amicos Milonis perscrutantibus: uerum obuios quosq; cedentibus: siue exteros siue ciues & præcipue eos quos uestibus aut anulis aureis a cæteris dissimiles adesse offenderat. Sic in reipublice perturbatione cum ira: & occisione tumultu simul incidente: cum maior pars eoru3 seruì essent: armati cum inermibus ad prædas uertebantur nihil operis illis deficiente ad agendum. Nam ad domos delati: quæ in illis erant scrutabantur re quidem ad se cuncta uendicantes: uerbo Milonis inquirebant. Hæc occasio per plures dies illis affuit: & ad ignem: lapidesque ac omni exequendæ rei causam Milo præstitit. Senatus timore percitus in Pompeium ueluti ipsis futurum dictatorem coniecit oculos. Sic enim præsentia hæc commoditate indigere uidebantur. Catone deinde senatum admonente consulem sine collega eum elegere: ut solus existens dictatoris potestatem obtineret: consulis haberet nomen. Ita primus & unicus consulatu3 gerens prouinciis duabus sibi desumptis: exercitibus: pecuniisq; suffultus: monarchiam insuper adeptus est urbis: Q ui ne a Catone præsente uexaretur: Cyprum ut Ptolemeo adimeret ex decreto illi contulit: quod a Clodio per prius sancitum ex lege fuerat: q̄ alias a piratis capto: Ptolemæus redemptionis causa: ob pusillanimitatem duo duntaxat talenta miserat. Cato igitur Cypricas res composuit: Ptolemeo pecunias mari iniiciente: secq; una cum decretu3 audiuisset immergente. Interea Pompeius pœnas delictoꝝ: & potissimum ambitus deculpatorūq; proposuit. Visum est eni3 ut ab his principium reipublicæ ægrotationis emanasset: his etia3 celerem medelam esse adhibendam. Principium autem legis sumpsit a primo eius consulatu: usq; in secundu3: Q uæ lex annoꝝ fere uigenti complectabatur spacium in quibus & Cæsar consulatum gesserat. Amicis igitur Cæsaris id ad eius contumelia3 fieri arbitrantibus: si tantu3 temporis antecederet: rogantibusq; ut præsentia potius dirigere uellet: q̄ præterita inquirere maxime in homines: qui & dignitate & uirtute noti essent. Pompeius ad Cæsaris nomen maxime indignatus quasi uiri insontis & immaculati feciss̄ent mentionem cum secundum eius consulatum tempore anteceſſiſſet plura se sustuliſſe ait ad diligentem iam deprauatæ ex longo reipublicæ directionē. Hisq; prolatis lege tulit: Q ua lata statim causarum multiplicium copia affuit. Et ne iudices ob alicuius præsentia3 deterrerentur ipse astante exercitu cuncta intuebatur Ac primū quidem absentes rei delati sunt Milo uidelicet ob Clodii necem & Gabinius præter legem simul & religionem accusatus: absq; Senatus decreto cum exercitu in ægyptū pertransisse aduersantibus Sibyllinis monitis. Ipseus p̄terea: & Memius: Sextusq; & alii q̄ plures ob ambitus & deculpationis infamiā. Scaurus deprecante multitudine a Pom-

Pompeius cos. creat absq; collega.
Cato cur in cyprū.
Cyprus cur adempta ptolemæo.
Ptolemæi mors.
Ambit' pompeia lege coherciti.
Lex pompeia
Pompeius inq̄sa vis offensa quādo primū.
Milonis iudiciū
Reor' accusatio ob legē
Gabinius cām dicit
Ipseus
Memius
Sextus
Scaurus
ambit' Rei

peio præconis uoce iudicium ſubire compellitur. deinde populo denuo accuſatoribus eius aduerſante: carnifex qdam a Pompeii præcurſoribus præſto affuit. Q uo uiſo omnes conticuere. Sic Scaurus capitur: & de omnibus fuga ſubinde recitatur. Gabini bona ad fugam publicata. Q uæ omnia cum a ſenatu ſumma laude extollerentur: duas denuo legiones: & tempus ad aliarum gentium imperium Pompeio attribuit. Memius ex decuplatione condemnatus concedente Pompeio: ut qui alium accuſaſſet pœna ſoluereture: Lucium ſcipionem Pompeii ſocerum ad ſimilem diſquiſitionem euocauit. Ob hoc Pompeio reorum ueſtem induente: plures etiam iudicum eam aſſumpſerunt. Deteſtatus itaq; reipublicæ conditionem Memius accuſationem dereliquit. Pompeius ut quæ monarchia indigeret uidebantur in melius corrigere: Scipionez reſiduo anni tempore collegam ſibi aſſumpſit: Poſt quem alium ad conſulatum eligens nihil minus omnia intuebatur & rempublicam ad nutum miniſtrabat. Erat enim tunc omnium primarius in urbe Pompeius. Nam ſenatus beniuolentia ut plurimum in illum inclinabat: zelo Cæſaris: qui ad nullam eius utilitatem proprio utebatur conſulatu quodque ægrotantem quodammodo rempublicã Pompeius ſubito ad ſalutẽ euexiſſet: nulliq; ipſorum ad conſulatum odioſius fuiſſet: aut moleſtus. Profugis deinde continue ad Cæſarem confluentibus: ſuadentibuſq; ut Pompeio mentem adhiberet: qui decuplatoruz legem uel præcipue in illum intenderet: Cæſar bene ſperare illis perſuaſit: Pompeium uero laudare non deſtitit Tribunos porro adhortatus eſt: ut legem proferent: qua Cæſari q̃uis abſenti ſecundum conſulatum petere licet. Et hæc Pompeio in conſulatu præſidente: & nihil aduerſus eum moliente agitabantur. Cæſar Senatum ſibi aduerſu mſuſpicatus uereri cœpit: ne inimicoz conſpiratione priuatus haberet. Potẽtiam igitur ſuffultus adeſſe maluit donec conſul crearetur: a Senatuq; popoſcit ut p̃ mõdicum interiz temporis Galliæ preficeretur: uel ſaltem partem eius ſub imperio teneret. Aduerſante Marcello qui a Pompeio conſul deſignatus fuerat ferunt Cæſarem enſis capulum manu concutientem minitanti reſpondiſſet: At hic mihi dabit ſi uos abnueritis. Vrbem ãt Nouicomum Cæſar ex latiis in alpibus cõdidit: eoſq; qui per annum p̃fuiſſet romanorum ciues haberi uoluit. quæ res latios maxime extulit. Nouicomorum igitur prætorẽ qnempiam ob id romanorum haberi ciuem ad cæſaris obprobrium referens Marcellus: cedere faſcibus: & magiſtratu uelle dixit quod hæc romani patienter ferrent: animũ que cuz ira protulit: Has hoſpitalitates conſpirationuz cõſilia eſſe afferens: eas quæ deferri oportere: & Cæſari in iudicio opponi. Sic cõtumelioſæ in euz in uectus Marcellus monet ſucceſſorez ante tempus in prouinciam illi ſubrogari. Q uæ oĩa Pompeius orationis placabilitate: & beniuolentiæ ſimulatione compeſcuit: Non æquuz eſſe inquiens uirum ſplendidum: & in multis patriæ ſuæ utilem contumeliis appetere ob tam modici temporis adempti ſpacium Deinde perſpicuuz omnibus fecit: Cæſarem dignitatez ſtatim cum tempore deponere oportere. Nec multo poſt Cæſaris hoſtes ad conſulatum eliguntur: Emilius ſcilicet Paulus: & Calidius Marcellus: prioris marcelli conſanguineus: & affinis. Tribunꝰ uero Curio: & ipſe inimiciſſimus Cæſari: populo acceptꝰ: p̃terea ad dicenduz paratiſſimus. ex his Cæſar calidium nullis policitationibus ad ſe allicere potuit. Paulũ uero mille: & qngentis talentis beniuolum ſibi reddidit: ut neq; pro illo qcq̃ ageret: aut cõtra moliret. Curionem ãt ut p̃ ſe ageret: plurimo: ære aliẽo oppreſſum: facile adegit. Paulus baſilicam longe inclytam ſuo nomine ex pecuniis huiuſmodi publice conſtituit. At Curio ne ſubita mutatione perſpicuus omnibus fieret: difficiles quaſdam intineruz fabricationes: & apparatus ſibi deſũpſit: eiuſq; muneris p̃fectum in

e

lb cæſar agit cũ tribunis: vt eius abſentis rõ habeat

lb profugor ſuaſiones ad cæſarẽ

lb cæſaris ſimulatio

lb cæſaris ſuſpicio ob ſenatũ

lb Marcellus cos deſ. cæſari aduerſat.

lb Nouocomũ vrbs

lb cæſari ſuccedẽdũ marcellus cẽſet.

lb Pompeij ſimulato

lb cæſaris inimici

lb Aemili? paul' } Coss
lb calidi? mãcell' }

lb Curio Trib. plẽb.

lb pauli baſilica

lb Curio Tribunus plẽbis cæſaris largitione corrupt?

lb paulus æmilius cæſaris largitione corrupt?

quinquennium se fieri petit: satis fisus nihil horum obtineri posse: uerum Pompeii amicos ob id sibi aduersaturos: & hanc se cum pompeio contradictionem facile incursurum esse. Quibus succedentibus ut optauerat: occasionem inimicitiæ cum illo cœpit. Calidius successorem Cæsari in prouinciam demitti postulabat. Iam enim tempus eius muneris ad finem uenisse aiebat Paulus econtra silentium tenebat. Curio ut utrisq; differre uideretur: Calidii sententiam ueluti necessariam admodum collaudat. Addit deinde Pompeium pari formiter prouincias: & exercitum deponeret opportere. In hūc modū rempublicam omni ex parte tutam: & sincerā fore. Aduersantibus multis: ac nō æque Pompeio tempus effluxisse dicentibus: apertius iam Curio: ac turbatius rem protulit: & nec successores Cæsari mittendos esse decreuit si Pompeio minime mittantur. Cum enim inter se suspecti forent nunq̄ urbem pacem: quæ stabilis esset habituram: ni ambo priuate degerent. Hæc autem aiebat cum aperte intueretur Pompeium neutiq; positurum arma: populus porro illi infensum esse nosceret ob decuplatorum pœnas. Eius sententia cum haud indecens uisa esset: populus Curionem commendauit: quasi solus digne ciuitatis odium ab utroq; auerteret: omnesq; acclamantes illum emisisse: ueluti magni cuiuspiam: & difficilis certaminis athletam. Nihil enim ea tempestate Pompeii dissensione periculosius putabatur esse. Interea Pompeius per italiam ualitudine correptus ad Senatum misit mira astutia Cæsaris gestō potissimum extollens & propria subinde a principio edisserens: Tertium consulatum: prouinciasq; cum exercitu sibi creditas nunq̄ petiisset ait: Sed cum ad reipublicæ curam dignus ab illis esset habitus eorum suasionibus ea recepisse: quæ autem inuitus suscepisset assumere uolentibus ultro concessurum esset: nec ullum in his diffinitum tempus operiri uelle. Hæc autem ars quædam promissorum: honestatem Pōpeio: Cæsari inuidiam afferebat: qui imperium ultra cōstitutum tempus retineret Cum uero Pompeius præsens astitisset: his similia exorsus est. Imperium ut pollicitus fuerat ultro ponere: & ut pote Cæsaris amicus: & gener minime dubitare se ait: eundem quoq; læto animo simile facturum esse. Nam difficile admodum bellum aduersus ferocissimas gentes ab eo per longum tempus gestum. cum multos a patria honores recepisset: ad sacerdotium tandem: & quietem uelle concedere. Hæc ātita referebat ut ad eos: qui successores Cæsari essēt præmissuri: Ipse sub pmissione deponēdi magistratus pmaneret. Curio Pōpeii sophismate reiecto. Non polliceri opus est inquit: sed deponere: nec Cæsarem armis exuere necesse est: ni prius ipse Priuatus sit. Nō enim domesticas inimicitias utilitatē illi afferre arbitror: neq; romano populo cōducere tātum potestatis sub uno duntaxat residere: qua aliter aduersus alterum crassari queat: & uim patriæ inferre. Postremo patefacta interiore animi ui: palam Pompeium incusare pergit ueluti tyrannidi aspirantem: qui si minime Cæsaris metu potentiā exueret: nunq̄ esset positurus. Aequum sibi uideri ni ambo pareant: eos simul hostes iudicari: & exercitum in utroscq; esse p̄parandum. Hæc & huiusmodi referens Curio neutiq; a Cæsare p̄cio: & pecunia cōductus uidebatur. Pōpeius illi subiratus: & indignās in suburbiis turbato animo concessit. Iam igitur Senatus ad utroscq; suspitione laborabat: popularem tamen multo magis Pompeium arbitrabatur esset: Cæsari uero ob cōsulatus habitam de seipso suspitionem succēsebat. ꝓpterea minime tutum uisum ē potestatem eripi pompeio: ni prius Cæsar arma posuisset: qui extra urbem redactus quædam moliri uidebat. Verum Curio id ipsum peruertere conatus ex: ueluti necesse esset post pōpeium Cæsarem oīa deponere. Cum nihil peregisset imperfectus adhuc rebus Senatum dissoluit Id enim Tribuno facere licebat. Qua ex re pœnituisse admodum

Tribunitia potestas a Sylla imminuta a pompeio restituta

Pompeium ferunt q̄ tribunitiam potestatem a Sylla imminutam: atq̄ disiectā denuo ipse in pristinum statum redegisset. Dissoluto ab inuicem Senatu: hoc solum ex decreto statuere Cæsarem: ac Pompeium cum legiones militum haberent utrūq̄ in Syriaz ex suis mittere custodiæ causa ob Crassi nuper acceptam a Parthis calamitatem. Id autem machinatus est Pompeius: ut legionez ab eo eriperet: quam post Titurii: Cottæq̄ Cæsaris prætoruz recens acceptam cladem Cæsari accommodauerat. At ille unumquenque drachmarum ducentarum: & quinquaginta dono prosecutus Romam ire iussit: aliamq̄ a seipso ultro misit. Quare cum nihil e Syria discriminis instare uideretur Capuaz ad hiberna cōcessit. Verum qui ad Cæsarez a Pompeio missi fuerant alia multa & quidem difficilia ad eum deferebant: nitebāturq̄ ut Pompeio exercitum labore: & temporis diuturnitate cōfectum: & patriam iampridem appetentem cum alpes p transissēt ultro traderet. Sic enim illi siue ob ignorantiam: siue p̄cio corrupti suadebāt. Cæsari copiæ magnis instructæ uiribus aderant: promptissime quoq̄ ad ferendos labores ob militiæ assuetudinem: mercedesq̄ inde habitas: quas bellum utplurimum uictoribus solet impendere: & a Cæsare simul acceperant. Concesserat quippe illis ut quæcūque concupiscēt impune raperent. Sic ipsi rerum suarum conscii in unum conspirauerant. Pompeius ex his: quæ acta fuerant maxime confisus: neq̄ exercitum ullum: neq̄ apparatum ad tam ingens facinus erigere curauit. Senatus de utroq̄ sententiam exq̄rit. Calidius astute præfatus singillatim unumquēq̄ interrogare pergit: an Cæsari successorem dandum censeant: Pompeio magistratum eripi. Hoc autem plures ex ipsis abnuebant: Cæsari uero successorez dari suadebant. Proponente deinde Curione: an ambos arma deponere oporteat: duo duntaxat: & uiginti abnuerunt: tercenti & septuagīta a contentione ad utilitatem conuersi ad Curionis sententiam inclinarunt. Qua ex causa Calidius Senatum dissoluit: uoce intonans Vincite qui Cæsarem dominum appetitis. Rumore demum licet falso increbescente Cæsarem alpes transcendentem exercitum ad urbem ducere: tumultus statim ac timor inuasit oēs. Calidius copias: quæ Capuæ inerant Cæsari uelut hosti obiciendas esse censet. Contradicente ueluti in re ficta Curione: Si quæ reipublicæ utilia sunt inquit Calidius cōmuni uoce decernere prohibeor: a meipso ueluti consul utiq̄ decernam. hisq̄ relatis cum collega urbez egressus ē: ensemq̄ Pompeio offerens: Iubeo te inquit & ipse pro patria in Cæsarez insurgere: Exercitum ad hoc: qui circa Capuam moram ducit: aut si quis alius in italia nunc est tibi tradimus: & quecumq̄ ipse in unum conferre cupias. At quæ Pompeius ueluti a consulibus monitus parere dixit. Addidit deinde. Nisi quid melius uel accipiens: uel ad honestatem potius uerba componens. Curioni ulterius nulla supra urbem potestas aderat. Non enim mecēibus excedere Tribunis ex decretū licet. Querebatur igit̄ palaz: quæ gesta fuerāt. Consulibus quoq̄ præconis uoce mandare suadet Neminem Pompeio delectus facienti adhibere fidem. Cum nihil proficeret nec Cæsari quicq̄ auxilii afferre posset: & iam tribunatus elaberetur tempus ueritus pro seipso Curio summa celeritate ad Cæsarem contendit. Is autem enauigato britānico pelago: & a celtis qui supra Rhenum incolunt superatus alpibus quinq̄ millibus peditibus stipatus equitibus tercentis ad Rauenas descenderat quæ urbs italiæ ultima ad imperium eius usq̄ pertinebat. Blande admodum suscepto Curione a Cæsare cum gratias se illi debere ob ea quæ egisset profiteretur præsentium rerum statum cœpit inquirere Curio copias omnes in unum conferre suadet uniuersumq̄ exercitum ad urbem agere. Cæsari econtra de conciliatione adhuc agendum uidebatur. Iubet itaq̄ amicos id ipsum experiri prouin-

Pompeij pœnitētia ob curionē

ꝯ. C. de soluēdo cęsaris

Pompeius

Cęsar contēnit que hērmulez.

Sntia a senatu exquirit.

Marcellus cos. agit de cęsaris successore

Calidij exclamato

Cęsaris aduent formidolosus

belli ciuilis mtor cęsarē pompeiūq; pricipiū

Tribuno plēb. & extra urbē esse iusnō erat.

Curio ad cęsarē

Rhen⁹ fluuius.

Rauena ciuit.

Curio belli ciuilis fax.

Senatꝰ nūs.

mandat

16 Lucius domitius cęsaris successor a senatu declarat?

Cęsaris a senatu petitiones.

cias:& exercitum se deponere uelle,pmittit:duas solũ legiones & Illyrium cũ Gallia:quæ intra alpes sita est retinere donec cõsul esset designatus:Quod Pompeio sufficere uisũ est. Verum prohibentibus consulibus Cæsar ad senatum mittere statuit. Curio epistolam eius defert:quam tribus continuis diebus per trecenta:& tria milia stadia proiect? nouis consulibus anni principio Senatum ingredientibus legendam obtulit. Continebat autem epistola scriptionem satis grauem:& superbam de his:quæ Cæsar a principio egisset:& protestationem quandaꝫ qꝫ imperium cum Pompeio una deponere optasset:Id autem prætores eius recusassent:Seqꝫ ad patriæ ultionem:suiqꝫ ipsius subito esse uenturum. Quo audito omnes clamare incipiunt:& ueluti ad belli annunciationeꝫ Lucium Domicium successorem illi dãdum esse decernunt. Domicius quatuor millibus delectorum comitatus urbe egreditur. Antonio deinde ac Cassio:qꝫ Tribunatuꝫ cum curione una gesserant eius sententiam sæpe laudantibus:Senatus ambitiosius ad modum Pompeii exercitum ad custodiam eius inuigilare iubet:Cæsaris ut hostilem habendum decernit. Consules porro Marcellus:& Lentulus Antonium.& Cassium Senatu excedere imperant:ne in tribunatu assidentes quicq̃ acerbius ab ullo patiãtur. Eam ob rem Antonius elata uoce e tribunali propere descendit iratus:questusqꝫ de magistratu:qꝫ sacrosanctam dignitatem cõtumelia affecissent. De ipsis præterea lamentari cœpit:qꝫ sententiam quæ reipublicæ utilitati cõferre uideretur ædidisset:cum Ludibrio eiectum esse:cum nec cædis nec odii in quenq̃ fuisset conscius. Quibus dictis e Senatu egreditur:ueluti qui bella: occisiones proscriptiones:ciuium fugam:bonorum publicationes.& quæcunqꝫ futura arbitrabãtur ipsis annunciaret. Execrationes etiam impias extulit in eos:qui harum rerum causam attuliſſent. Cõfugere & cũ eo Curio:& Cassius. Iam enim exercitus quidam Pompeii senatui assidebat. Illi igitur celeriter nocte iã multa clanculum ad Cæsarem uenere curru mercenario aduecti seruilibus amicti uestibus:quos Cæsar eum habitum indutos exercitui ostendit:uerbis milites irritans:qꝫ uiros tam præclaros:tamqꝫ ingentia operatos:hostes iudicassent:ac pro ipsis uerba facientes turpissime expulissent. Bellum igitur utraqꝫ ex parte oritur:publiceqꝫ decernitur.

Marcellus Lentulus } Coss.

Cassius Antonius } Trib. plęb.

Antonius Cassius Curio } Trib. plęb. ad Cæsarẽ

Cęs. milites irritat

apparat? In Cęsarẽ

Pompei delect?

Senatus exercitum a celtis Cæsari uenturum existimans: si tẽpus præberetur:nec ipsũ tam parua manu ad tam insigne facinus accessurum esse:Pompeium centum:& triginta millia militum ex thessalis congregare iubet:& eos potissimum:qui bello assueti militiam exercuissent. Cui ex finitimis natiouibus:ut fortissimos quosque deligeret:insuper concessum est:Pecunias uero ad id bellum quascunqꝫ in publico haberent contulere. Ad has priuatas quoqꝫ addidere si publicæ deessent:Vrbibus pterea nõ sine ira:& cõtentiõe priuatiꝫ onera iponunt:nihil prõptitudinis.diligentiæ ue omittẽtes. Cæsar uero ad eiꝰ exercitũ subito emittit:in celeritate potius:& audacia cũ trepidatiõe:& terrore hostium:q̃ in apparatu:& potentia spem apponens:& quinqꝫ millibus duntaxat stipatus tam ingens bellum aggreditur:omnesqꝫ italiæ commoditates intercipere festinat:Primores igitur exercitus paruis copiis uerum audacissimis uiris suffultos: ac pacis ueste contectos Ariminum propere destinat urbemqꝫ inopine assumere imperat. Hæc autem Galliam egredientibus prima italiæ ciuitas sese offert. Ipse circa uesperam ueluti corpore defessoꝰ amicis discumbentibus adhuc e conuiuio discessit & curru inuectus Ariminum peruenit equitibus ex interuallo subsequentibus. Subito itaqꝫ delatus ad Rubiconem amnem qui italiam diffinit parum per substitit & ad fluuium prospectans quæcunqꝫ euenire possent mala si illum transisset armatus mente agitare cœpit. Deinde ad præsentes conuersus hæc effatus dicitur. Continentia huiusce modi transitus o ami-

Cęsaris copię primi tria belloꝝ ciuiliũ

Ariminũ ciuitas.

Rubicon amnis italię finis.

Iacta alea est.

ci malorum initium mihi afferet, transitus uero uniuersis mortalibus imponet. His dictis ueluti furore concitus transire pergit: hoc commune inquiens. Iacta alea est. deinde cursu arrepto Ariminum circa auroram ingressus est. Nec diu moratus ad ulteriora contendit: arcibus præsidia imponens: & quecunq; in transitu obstiterant: uel ui: uel humanitate sibi uendicans. Fugæ igitur: & conuersiones omnibus in locis summa trepidatione fieri cœpte. Cursus quoq; nullo ordine admixto fletu: cum rem haud sane diligenter inspicerent: uerum Cæsarem cum uniuersis copiis adesse crederēt. Quæ omnia intelligentes consules: neutiq; Pompeium belli expertem iuxta eorum sententiam in urbem residere uerum egredi: & per italiam delectus agere: ueluti republica extremo in periculo posita iusserunt. Reliqui uero Senatorii ordinis: cum Cæsaris impetum tā subitum: præter cunctorum opinionē adesse intuerentur trepidare amplius & ut nullo suffultos apparatu pœnitere eos contigit q; Cæsaris petitiones ut iniquas reiecissent. tunc quidem iustas arbitrati cum timor eorum animos a contentione ad consilii maturitatem traduxisset. Monstra præterea: ac signa cælestia mentem plerunq; territabant. Nam sanguinem pluisse deum: sudasse simulacra: plurima e cœlo tacta fuisse templa: Mulam etiam peperisse memorant: multaq; alia horenda apparuisse: quæ reipublicæ interitum: mutationemque protenderent. Supplicationes igitur: ut in communi consternatione: decretæ sunt. Populus ad Marii: Syllæque recordationem uehementer excitus exclamare cœpit: Cæsarem: ac Pompeium magistratum deponere oportere: quasi in hoc solo finem bellum esset habiturum. Cicero autem de concordia agendum esse censebat: Contradicentibus ad omnia consulibus: Faonius Pompeio illudens ob ea: quæ iampridem dictitabat. Age inquit tellurem pede concute Pompei: ut exercitus inde educas. Tum ille habebitis inquit exercitus: si me secuti fueritis: nec multi faciendum existimabitis romam derelinquere: & si italiam ultra romam deserere oporteat. Non enim prouincias: domosq; proprias uirtutem hominibus: aut libertatē afferre existimo: sed homines quocūq; in loco fuerint: ea secum deportare: auxiliumq; adinuicem prebentes patriam sibi: domosq; uendicare. Hæc effatus Pompeius: & in urbe residentes increpans: cum necesse diceret: nec domibus parcere eos: nec apparatib⁹: qui pro patria essent pugnaturi: Senatum simul: & urbem egressus est: & ad exercitum Capuam iter arripit. Eum igitur abeuntem consules sunt prosecuti. Cæteros difficultates ferme detinebat: & in Senatu per noctem commorati sunt. Illucescente die maior etiam pars ad Pompeium uenit. Cæsar interea Lucium Domicium imperii eius successorem a Senatu destinatum. cæteroq;: qui cum illo uenerant: ad quattuor millium numerum in Corfinio obsedit. Quæ ex causa moti illi: qui urbem incolebant: Domicium fugam præparantem ad portas urbis consequuntur: eumq; ad Cæsarem adducunt. Ille exercitum promptissime sibi obsequentem libens suscepit: ut reliquos ad simile opus excitaret. Domicium cum omnibus pecuniis & rebus suis quocunq; libuisset abire cōcessit ratus illum ob huiusmodi clæmentiam apud se mansurum esse ad Pōpeium quoque ire cupientem minime prohibuit. His igitur prospere gestis a Cæsare Pompeius q̄ primum ex Capua Nuceriam: ex Nuceria deinde Brūdusium uenit: ut Ionio superato mari in Epirum ptransiret. Eum itaq; in locum delatus belli apparatum aggressus ē: gētibus omnibus: pretoribus dynastis regibus ac ciuitatibus per litteras impat ut q̄ maxima qsq; celeritate potest ad bellum se cōferat. Et hæc qdem magna gētium multitudīe: diligētiaq; parabant. Pōpeii exercitus ī hiberia cōsederat oībus in prōptu partis quocūque necessitas ire cogeret. Legiōes ât quas Pōpeius habuit cōsulibus attribuit ut cū his

Cęsar Rubiconē trayecit.

Pom

mulę partꝰ

Supplicationes

Ciceroꝓ pacē suadē

Faoniꝰ illudit pompeio.

Pom: aduenięte cęsare censet urbē deserendā

Pom: capuā adexeratū.

obsidetꝰ ī corfinio

L. domitiꝰ à cęs.

Corfinio potit cęs.

domitiꝰ cęs. tradit.

clemētia cęsaris indomitū.

Pomp: ex capua lucriā et mde brundusiū.

exercatꝰ pompeij Iniberia.

ꝓdigiaꝓ mutia bel

Lorꝯ ci

uilis cęsaris et pōpeij.

Nuceria q̄ abalijs lucria

Dyrrhachiū ciuitas vn. Epidamn⁹ vrbs vn. Dyrrhach⁹ neptuni filius

a Brūdusio in epirū transmearēt. Ipse ad Dyrrhachium tute ꝓficiscitur quod non nulli Epidamnū arbitrant esse huiusmōi nominis opinione ducti Rex qppe barbarorū Epidānus urbē supra mare condidit. q̄ ab ipso nomen assumpsisse credit. Huius ex filia nepos Dyracchus ex neptuno genitus: ut qdam phibētę portum urbi adiecit q̄ Dyrachium appellatur. Deinde cum fratres aduersus illum belluꝫ gereret Hercules ex Erythia rediēs pro telluris parte in eos depugnauit. Q uāobrem Dyrrhachii Herculem ueluti telluris eorū ex parte incolaꝫ fuisse autumāt Dyrrhachum nō utiq; inficiantes ueruꝫ ad Herculeꝫ tanq̄ ad deum ꝓ prius inclinātes. Ferunt quoq; ea in pugna Ionium Dyrrhachii filium ab Hercule per errorem interfectum fuisse Herculem corpus tumulantem in mare proiecisse ut cognomen illi imponeret. Procedentę deinde tempore Phryges quosdam e Phrygia redeuntes regionem: & urbem occupasse. Deinde Taulātios. Post illos illyrium genus Post Taulantios aliam Illyriorum gentem Liburnos accessisse: qui finitima quæq; citis nauibus inuaderent: & ob id a celeritate non nullas a romanis naues liburnicas dici: cum quibus primum ad pugnam ueherent. Q ui a liburnis a Dyrrhachio expulsi fuerant: Corcyreos marī potentes in eos induxere: liburnos expulere. Eo modo Corcyrei se illis immiscentes urbem coluere. Q ua ex causa græcorum huiusmodi uidetur esse portus: Corcyrei appellatione ut infaustam ꝓmutantes urbem: quæ desuper imminet Epidamnum uocauere. Sic Thucydides illam nominat. uicitq; subinde consuetum nomen nam Dyrrhachium appellatur. Q ui igitur cum consulibus una accesserant ad Dyrrachium classe delati sunt. Pompeius residua copiaruꝫ eius Brundusii in unum congregans naues opperiebatur cum quibus ad consules eas ageret: & ut Cæsarē sibi īsurgētez a mœnibꝰ repelleret: urbē fossa munierat. Exercitu itaq; nauibus q̄ ꝓpere ad eū allato: circa ueſperā classeꝫ soluit: fortioribus ad tutelā urbis derelictis: q demuꝫ nocte increbescēte: ꝓspero delati uēto: ad illuꝫ pueneruñt. Sic Pōpeius uniuerso exercitu in unuꝫ cōparato derelicta Italia in Epiꝝ trāsfretauit. Cæsar aīo dubius qd prius ageret: quo ue ī loco bellū ordiret: oēm armorū appatū quocūq; ex loco ad Pōpeiū deferri ītuens: ueritus insup Pōpeii exercitū ī hiberia morātez copiis refertū maximis: ac ꝓ tpe istructū: ne ipsi Pōpeiū ꝓsequēti a tergo insurgeret: primū ī hiberiā trāsire statuit: oēsq; copias suas ī ptes qnq; distribuit. Nā quosdā ex suis Brūdusii: alios Idrō te: nō nullos Tarāti ad Italiæ custodiā iussit pmanere: partē Q uito Valerio misit: ut sardiniā frumēto abūdantē occuparet. Asinius ēt Pollio ī Sicilia delatus: ad q̄ Cato antea p̄ missus fuerat: cū ab eo peteret: utrū Senatus: an populi mādato alienā ꝓuinciā eēt inuasurus: Se ab eo: q Italiā in ptāte haberet demissū esse ait. At q̄ Cato hoc solū inqens ut subditis parceret cū eo nolle cōtendere in Corcyrā ad Pōpeiuꝫ enauigauit: Cæsar romā delatus: populū uetez calamitatū recordatiōe turbatū: q̄s sub Sylla: & mario olim ꝓtulisset: trepidantēq; magna spe: pollicitatiōibusq; līniuit: hostibus humanitatē p̄ferens ac clæmētiam. Luciū. n. Domiciū a se captuꝫ cū pecuniis: ac necessariis suis libertati reditū fuisse ait. Q uibus dictis publici ærarii clausſtra ꝓfregit. obstātiq; ī auditu Metello ex tribunis plebis mortē ē cōminatus. Thesauro a nemine cōtactos usq; in illā diē militibus rapere cōcessit. Hos olim exercitaiōe ꝓpositā publice cōditos fuisse memorāt: ut nisi celtico insurgēte bello a nullo ꝓmerent. Verū Cæsar Celtas a se deuictos asserēs urbem ab execratiōe liberam reddidisse ait. Lepidum Emiliuꝫ urbi p̄fecit. Tribunum autem Marcum Antonium Italiæ: exercitibusq; circum eam existentibus præsidere uoluit Curionem Catōis loco Siciliæ imperare. Q uintum Sardiniæ. ad Illyrios Caium misit Antoniuꝫ. Licinio Crasso galliam: quæ intra alpes sita ē regēdam tradidit. Classem quoq; du

a. valeriꝰ cęsaris legat⁹ ī sardiniā

Cato siciliā dęserit

Cęsar Romā

Ærariū sanctius wrumpit cęsar

Lepid⁹ ęmiliꝰ vrbi pfect⁹ a cęsare ꝓuincię

Pomp: e brūdusio In epirū.

hydrꝰ opp.

pollio

p. cęs. in Sici liam.

lib

Asinij respōsū ad catonē.

Metellus trib. plęb. lib ęrariū fueri cō/ nat⁹ a cęsare

lib

Marci antonij curionis a. valerij c. antonij licinij crassi

ꝓuincię sub cęsare.

Dolabella hortensius } Classis pfecti sub cęs.

plicem summa celeritate fieri mãdauit circa Ionium. Ac Tyrrheniaz. Classis præfectos iampridez ad id cõstitutos delegauit Dolobellaz: & Hortensiuz. Eo mõ Italiaz inacessibi lem Põpeio Cæsar arbitratus: in hiberiam descendit: Quo in loco Petreio & Affranio Põpeii pretoribus occurrẽs inferior illis a principio uisus ẽ extitisse Propius deinde ad inuicez pugnãtibus circa Ilerdã urbẽ: Cæsar inrer prærupta quæq; castrametatus: milites pabulatũ per Sicoris fluminis põtes emittit Disiectis inopine a fluuio põtibus: magnaz suoz partez altera ex parte derelictã Petreii milites interfecere. Cæsar cuz reliquis copiis summa calamitate afflictus ob locoz difficultatez: famẽq; & hyemez insurgentibus etiã hostib9 nihil ab obsesso differre uidebat: donec æstate ingruẽte: Affranius: ac petreius ad interiora hiberiæ loca secessere aliũ paraturi exercitum. Quos Cæsar cõtinuo insecutus fossa præpeditos ulterius trãsire phibuit: eoz quoq; partem ad exercitus sui detentionem pdeuntem circumdedit. Hi autez capita clypeis subiicientes: q; deditionis signũ haberi solet: seipsos tradere significabãt. Cæteroz Cæsar neq; suscepit eos: nec ullo mortis genere affecit: uerũ ad Affraniũ redire concessit omnifariã blanditiaz gene re ad hostes usus. Qua ex causa milites in unũ se ĩmiscentes loquebant: & iã sermones inter eos de cõuentione agitabant. Tandez Affranio: cæterisq; ducibus Hispania excedere uisum est: eãq; Cæsari derelinquere: & nullo accepto incõmodo ad Põpeium redire. His petreius aduersabatur & per exercitũ hinc inde discurrẽs: quoscunq; cæsaris militibus immixtos reperisset ferro sequebat: Insurgentib9 in euz exercitus primoribus unum ex ipsis ense cõfecit. Ob id milites illius in solẽtiã animaduertẽtes: Cæsaris clæmẽtiam: ac benignitate mente uersabãt. Aquatiõe tandem a Cæsare intercepta: Petreius ĩ arcto cõstitutus cum Affranio ad Colloqum cum Cæsare peruenit exercitibus utraq; ex parte spectãtibus. Conuenere igitur cũ illo: Hispania excedere: eamq; sibi possidendam tradere: si ultra Variũ fluuiũ tutos põ mĩsisset: indeq; ad pompeiũ liberos abire sineret. Cuz igitur ad fluuiũ accessisset: Cæsar omnes Romanos: & italos quosq; aderant in conciones conuocauit: orationemq; hniusmodi ad eos habuit. Ego uos inimici hoc enim uerbo usus clariorem animi mei sententiam aperire posse reor neque ad exercitũ meum comprehendendum missos: qui seipsos mihi tradidere necaui neq; aliũ e uobis cum exercitum capiens aquationem Petreio supra Sicorim amnem interciperem: & tamen ille ex meis derelictos occidisset. Si igitur ob hæc aliqua apud uos meritorum inest caritas: præcor: ut Pompeii militibus hæc ipsa referatis. Hæc effatus illæsos omnes abire iussit. Quintũ Cassiũ põtorez hiberiæ põfecit. Hæc igit circa Cæsarẽ agitabant. Attilius ĩterea Varius ĩ libya p Põpeio ductabat exercitũ: & Iuba Mauruzioz: & Numidarũ: Varro obsequebat Curio a Cæsare ex Cicilia missus duab9 cũ legionib9 in eos monuit: nauib9 lõgis duodecẽ onerariis uero plurimis: stipat9. Is cũ Vticã aplicuisset: breui quadã equestri pugna: nõ nullos ex Numidis eqtes ĩ fugã uertit: & exercitu adhuc in armis cõsistente: imperatorẽ tamẽ se nominari uoluit. Est. n. hæc appellatio põtoribus nõ mediocris apd milites auctoritatis: qsi ipsis testificantibus eundẽ imperatorio nomine haud indignũ fore. Hunc qppe honorẽ prætores iampridem in maximis bellis operibus sibi uendicauerant. nunc autem: sub quibus decem millia in bello conciderint: hac appellatione dignos haberi audio: Adnauigante ex Sicilia Curione qui in lybia conscederant: eum ob gloriæ opinionem ad Scipionis castra uenturum: ac quippiam magnum facturum existimantes: aquas ueneno infecerant: neque spe sua frustrati sunt. Nam cum Curio eo in loco consedisset exercitus statim ægrotare cœpit. Bibentibus quidem uelutia nebula obducebatur uisus capita inuadente som-

ilerda ciuitas Sicoris fluuius

Cęsar in hiberiã

petrei? Affranĩ?

Deditionis Signa

uarius flu.

aquatio acęsare põpeianis intercepta

petrei et afranĩ his pania cedunt.

cęsaris õro ad hostes suos.

varrõ in africa p pomp.

q: cassi? hispaniæ ptor sub cęsare

Curio in aphrica cõtra uarũ

Curio imperatorẽ se nominari uoluit

Imperator qn ptor appellabat

no. Post uomitus ciborꝫ uarius: deinde spasmus uniuersum corpus perurgebat Horũ causa Curio cum suis ad Vticaꝫ castra posuit: exercitum admoduꝫ debileꝫ & infirmum circa paludeꝫ magnam: & profundã agens. Cũ autẽ Cæsareꝫ in hiberia uictorem euasisse nunciatũ esset: anio sublatus: loco admodũ angusto iuxta mare castra locat. Pugna igitur. acriter incepta unicus ex curiõis militibꝰ cecidisse dicit. Vari ad sexcenti iteriere: pluribus uulneribꝰ oppressis. Adueniẽte deinde Iuba rumor falsam sublatus est: circa Bragadam fluuiũ Iubã nõ longe distantẽ retrouerti finitimis regnuꝫ eius iuadentibꝰ Saburaꝫ prætorẽ regis cũ parua manu ab eo in ripa fluminis destitutũ esse. Quoru/more cõfisus Curio: æstatis calore cuncta purente: circa tertiã diei horã fortissimã exercitus sui partẽ in Saburã mouit ꝑ iter arenosum & aquis sterile ꝓuectus. Latex quippe hibernus calore solis adustus inaruerat: squalebant oĩa circuꝫ loca. Fluuius uero a Sabura: & rege assistente tenebat. Lapsus itaq; spe Curio ad colles ob ardorẽ solis retrocessit: siti suffocatione cõfectus. Quẽ cũ adeo affectũ intuerent hostes fluuiũ statiꝫ transmisere ad pugnam præparati. Curio uicissim e mõtibus descendit imperite admodũ ac insipienter acies infirmas agens. Demũ Numidaꝫ equitibꝰ eum circunuenientibꝰ ꝑ aliquantulũ tẽporis paulatiꝫ retrocessit & ĩtra breue telluris spacium copias redegit. Repulsus denuo cõfugit ad mõtes Asinius Pollio clade iam multoꝫ iminẽte ad Vticã cũ paucis exercituꝫ reducit ne qua interim a Varro calamitatis ob rumoreꝫ habitæ cladis insurgeret. Curio ꝑiculum aggressus pugnãsq; cum oĩbus q una aderãt ĩterfectus est. Ita ut a Pollioneꝫ nemo Vticã tãtæ cladis nuncius redire pollet Hunc igitur finem pugna apud Bragadã fluuiuꝫ gesta habuisse dicit. Curioni caput abscisum ad Iubã delatum est. Hac clade ad exercitum Vticæ relata: Flameas classis præfectꝰ cum oĩbus nauibus fugã arripit: prius q̃ aliquẽ e litore susciperet. Asinius ad discedẽtes negociatores cymba delatus: ut enauigantes exercitũ tollerẽt deprecabat: nõ nullicꝫ ꝑ noctẽ ab ipsis intra naues recepti sunt. Turmatim uero accurrentibꝰ reliquis: naues subduxere multosq; ex his: qui nauibꝰ insederãt auruꝫ deferentes: auriciæ libidine ĩducti mari obruere. Hæc igit ad nauigãtes hunc ĩ modũ gesta. Similia ad eos: q ĩ littore cõstiterãt ꝑ noctẽ eueniſſe referunt. nã orta luce se omnes Varo dedidere: quos Iuba ueluti uictoriæ suæ reliquias: mœnibus impositoꝝ iaculis ad unũ interfecit: nihil dehortationes Vari faciẽs. Sic duas Romani legiones: q̃ Curionem in lybia secutæ erant amisere equitesq; uniuersos & uelites & cæteros exercitus ministros qui una aderant. Iuba uero ad ꝓpria reuersus est hoc præcipue opus ad Põpeii gloriã ratus pertinere. Hisdem ferme diebus Antonius circa Illyrium ab Octauio Dolobella pompeii prætore superat. Et Cæsaris exercitus alius iuxta placentiã: seditione edita: q diutius in bello teneret: Impatorem cœpit cõclamare. Minas porro quinq; singulis olim pollicitas a Cæsare: cũ Brũdusii adesset instantius petebat. Quibꝰ rebus cõmotus Cæsar: ex Massilia placẽtiã magna celeritate: sollicitudineq; ꝓuenit & ad milites adhuc dissidẽtes ꝓfectus hunc in modũ fari cœpit. Quod hoc mali esse dicã milites ad q̃cunq; uestra opa necesse ẽ statim mihi insurgitis Bellum quippe non nostri culpa sed hostium a nobis fugientium cã producitur. Vos dum in Gallia essetis plurima ex imperio meo adepti: ad hoc bellum non per partes sed in unum cõiurantes peruenistis. nunc in medio agendarum rerum me relinquitis & prætoribus uestris aduersamini. Imperatorem ab illis deposcentes: quorum mandatis obsequi debetis. Testis igitur in hanc diem meæ erga uos liberalitatis: ac clementiæ. Peteri leges deinceps imitabor. Nonæ itaque legionis: quæ seditionis causam in primis præstitit decimũ quenq; morte mulctabo. Gemitu ab uniuersa legione edito præ/

M. Lepido
A. albino
Sex. peduceo
D. bruto
} q̄puinciæ sub cæs.

tores gemibus affusi ueniam suppliciter ab eo deposcebant. Cæsar post modicum uix tandem ab ira liberatus: hoc solū cōcessisse uisus ut cētum dūtaxat: & uiginti seditionis principes ab omnib⁹ eligeret: duodecq; ex his a cæteris selectos: supplico afficeret. Hos inter cū qdam seditiōe exorta: nihil cōmisisset: Cæsar ductorē: q; illum accusasset: eius loco interfici mādauit. In hūc modū seditio apud Placētias sopita ē. Cæsar romā reuersus trepidāte adhuc populo: neq; senatu: aut cōsule illū eligēte: seipsum dictatorē nominauit. Vex siue ut inuidiā dilueret: siue q; magistratu minime idigeret: undecim solū dies illi præfuit sic. n. non nulli asserunt. Consules se in futux designauit. Pōpeium quoq; Isauricū sibi collegā assumpsit. Prætores uero ad puincias put libuit: aut misit a se aut īmutauit: In hiberia Marcū. Lepidiū. In Sicilia Aulū Albinū. In Sardina Sextū Peduceū delegauit. Galliæ nuper adepte Decimū Brutus præsidere iussit. Populo etiā fame laborāti gratuitā annonā præbuit. Exules deprecātibus: Milone excepto cōcessit. Petentibus āt debitox absolutiones ob bellum: seditionesq; peractus: ignominiāq; exinde secutā eos q; talia egissent debitox absolutiōes renuit. Censores rex emptax īstituit: q; debitores creditoribus pecuniarum loco ascriberent. Hæc circa hiberna solstitia operatus copias omnes Brundusium emittit. Ipse decembri mense apud Romanos: urbe egreditur nō expectato ob cōsulatum iā pximi anni mensis initio. Q uē populus euntē psecutus: ut cum Pōpeio conciliari uellet deprecatus est Non. n. ambiguū erat eū: q uicisset monarchiam sibi desumptux esse. Interea Cæsar nullo apparatu omisso: summa celeritate iter arripit. Pōpeius in parāda classe uniuersus fere tēpus cōterebat: exercitusq; & pecunias dietim adaugebat. naues porro quadraginta: quæ a Cæsare ad Ionii maris nauigationē custodiā dimissæ fuerāt ītercipiēns: eius obseruabat Ipse currendo & equitādo copias conrinue exercebat: ad omnem eirca ætatex labores sese efferens Q uāobrem beniuolentiā sibi facile asciuerat: omnesq; ad exercitia huiusmodi ueluti ad spectaculū quoddax uentitabant. Cæsari peditum legiones tunc decem aderāt. Celtax equitū decex millia. Pōpeius uero legiones quinq; sequebant quas Italia egressus: Ionio mari sperato secū uexerat: & quicunq; his equites pariter adiuncti fuerāt. Ex Parthia quoq; legiōes duæ quæ Crasso in bello superfuerāt: & quædax aliā eox pars: qui ægyptū cū Gabinio iuasserāt. summa italox oium legiones undecex: Eqtum ad septē miliū numerū æquabat. His belli complices ex Ionia Macedonia peloponneso & Boetia accesserāt. Sagitarii ulterius Cretēses fūditores extrahāt: & qcunq; circa Pōtus sagittis exercent. Eqtes non nulli e Celtis: & ex orientali Gallia q̄plures. Comageni ulterius ab Anticho missi: Cilices & Cappadoces: & ex minori armenia qdax uenerāt. Pāphylii insuper & pisīde quorum opera: non ad pugnam sed pidorum munitiones: fossarumq; custodiam & alia exercitu Italo necessaria. Pompeius uti disposuerat ne Italorum quenq; ab exercitu coge-retur amouere. Hæc peditum equitumq; summa fuerat. Naues præterea longæ legionibus pluribus stipatæ usq; ad sexcentox numerus: eū sequabantur. Ex his centū Romanis refertæ quæ cæteras anteirēt. Multitudo deinde olcadū: & ratiū ad uasa cōportāda. Vectores plurimi per partes in his distributi quibus Marcus Bubius præerat. Cuz omnia in unuz parata essent Pōpeius Senatores oēs: & equites uniuersumq; exercitū qui una aderāt cōuocari iubet eosq; his uerbis allocutus ē. Athenienses quondax o uiri ciuitatē eorum reliquisse dicuntur: ut in hostes illis insurgentes pro libertate belluz gererent non eox habitacula domos ue sed uiros potius ciuitatem esse existimantes. Et id agentes statiz qdem ciuitatem receperunt glorioziorez q̄ quæ prius fuerat longe reddiderunt. Itidem & maiores nostros ingruentibus celtarum populis urbem reliquisse

Cæsaris animadversio in milites

Cæs: Romā

Cæs: de

Milo

Cæsar ex urbe brūdusiū.

Pompeī copias exercet.

Copiæ cæs: et pom

Antioch⁹ comagen⁹

Pompeij classis.

olcades naues quæ

M. bubius

pompeij oratio ad uniuersū exercitū.

Themistoclis exēplū secutus In urbe relinquēda pompeius.

pōpeī? usa uric cæsaris colle ga.

Ardea camillus urbis asserror.

exq; subinde saluã præstitisse nouimus Ex ardea cum camillis egrederant:qui cum illo rite sentiebant:libertatẽ quocũq; in loco ipsi forent:patriaꝫ arbitrati sunt. Quæ nos uicissim animo uolẽtes hunc in locũ classe deuecti sumus:non ut patriam relinquerem9 sed ut pro ea optime iustructi insidiantẽ illi Cæsarem:& Italiaꝫ per largitionẽ sibi uendicãtem pelleremus:quem uos o ciues hostem decreuistis. Is ãt ꝓtores suos ad prouincias nostras destinat:ac non nullos urbi nostræ præsides imponit:alios ꝑ italiam quoq; emittit: Tãtum illi audaciæ inest:ut populi ro. imperiũ conetur inuadere. Et hæc quidẽ pugnans:trepiduſque adhuc agit: utpote diis immortalibus daturus pœnas. Quid eũ uictoreꝫ a crudelitate & uiolentia cessaturꝫ arbitramini:q in patriam mollitur arma? Hunc nonnulli pecuniæ inhiantes prosequuntur:qua se Gallia nobis subdita deprædatus est:sub pari lege cum eo inseruire cupientes. Ego uero minime destiti:aut deinceps pro uobis una pugnare desistam:sed me & militem uobis:& ducem prout gratius fuerit exponam:Et si qua mihi belli ineſt peritia:si qua fœlicitas:qui in hanc usq; diem inuictus perstiti eã mihi deos in præsenti concessuros præcor ut me sic ultorem patriæ esse sinant:quẽadmoduꝫ iuste a uobis huic imperio præfectus sum. Fidere etenim diis immortalibus æquũ nobis est:ratione belli inspecta:quoad iusticiam in se: honestatẽq; continet:pro salute reipublicæ nostræ certantibus. Ex quo tanta apparatus magnitudo:queꝫ nobis maria terræq; suppeditant nũc adest aderitq;:cuꝫ bellũ aggressi erim9: Quæcunq;.n. gens:ut sic dixeriꝫ ab oriente ad euxinuꝫ põtum incolit:siue græca: siue Barbara nobiscuꝫ militat. Reges porro qui mihi nominiq; romano sunt amicissimi:exercitus tela cõmeatuꝫ:oẽmq; aliuꝫ apparatuꝫ subministrãt. Iteꝫ igit ad opus alacres:& patria & uobis ipsis & me dignuꝫ:Cæsaris iniuriæ memores mandatis meis obsequentes. Sic ille locutus est. At uero exercitus omnis:& quicunq; circa illũ ex senatorio equestriq; ordine simul aderãt magna:& insignis turba:Põpeium laudare:& quocũq; opus foret eos ducere una uoce clamare incipiunt hyemis tempore extremo:cum mare imꝑtuosum agitaretur fluctibus:ratus interea Cæsarem neutiq; exercitum moriturũ: sed cõsulatum potius in urbe confirmaturꝫ esse:classiuꝫ præfectis ut mare interim tueãtur edicit copias omnes circa Macædoniam Thessaliamq; futuræ sortis ignarus in hiberna distribuit. Cæsar ut a nobis præmissum est brumæ tẽpore Brunduſiuꝫ accessit: ratus insperato prœlio facilius conturbare hostes. Itaq; nullo apparatu:aut commeatu fisus:nũdum habito exercitu in unum coacto Brunduſii:qui præsentes aderant in cõcionem conuocat:eosque his uerbis adhortatus est. Neq; hyemis intemperies o uiri: qui mecum ad insignes res agendas accessistis:neq; aliorum tarditas aut apparatus indigentia a prosequendo bello deterruit. Ante omnia quidem celeritate nobis opus est: ut primos e nobis primi ipsi cursu contendentes inuiceꝫ præueniamus. Hoc igitur censeo:ut seruos currus impedimenta omnia hoc in loco relinquamus. Naues quæ hic adsunt & nos solos ultra fretum deferre possunt inscendamus ut hostes lateamus obseruantes pro hyeme:fortunam optimaꝫ pro paucitate militum audaciã nobis præponentes:pro penuria ãt inimicoꝝ abundanciã q̃ a nobis in terrã descendẽtibus præsto adest & quã nisi interceperimus nihil ulterius proprii nobis supereſt. Eamus igitur alacres i seruos apparatũ cõmeatuſq; hostiũ dũ hyemẽ sub tectis inertes agunt. Eamus quoad in hibernis nos degere:aut circa põpas cõsulareſq; cerimonias uacare existimãt. Videãt subito nos. Nihil.n. in bellis insperato opere potentius. Prõptitudo auteꝫ prima ẽ opinionem eoꝝ:q̃ euentura sunt celeritate præripere:Sic eos cito persequẽtes:q̃ apud nos hic sunt in tuto collocabimus. Ego nihil potius hoc tẽpore optare possem aut dicere.

Pompeij aduseꝫ bel in cuncto semp Inuictus.

Pompeij auxilia

orationis finis

Pom: copiæ ad hiberna

Cęsaris õro ad milites

In quo dum Pompeius me romæ ad consulatus curam residere putet q̃ & i conspectu suo me uideat. Ipse assensum uestrum lætus intuens: simul responsum audire cupio. Vniuerso conclamante exercitu ut ad mare delatos nauibus imponeret e tribunali descendit ac pedituꝫ legiones quinq; equites sexcẽtos electos agẽs in anchoris constit, fluctibus inundante mari solstitia circa hiberna: uento q̃q̃ annitẽtem cohibẽte: quoad anni conuersionem in Brundusio peregit. & duabus legionibus subinde aduentantibus: hyemante adhuc pelago onerariis quibusdam auexit. Nam longe naues haud multæ quibus Sardiniaꝫ. Siciliaq; munierat. Demũ tempestate ꝓuectus ad Ceraunios montes: naues quæ reliquuꝫ exercituꝫ adducerent Brũdusiuꝫ ꝓpere emisit. Oricuꝫ nocte peruenit ob angustiaam: asperitatemq; uiaꝝ copias in plures partes diuidere coactus: ut si quis aduentuꝫ eius præsensisset: paratior esset ad pugnaꝫ. Oriente pene sole multitudo eis ad euꝫ uenit & qui Orici præsidio astiterat: admonentibus illum ciuibus consulem Romanum prohibere non ausus: claues Cæsari ultro detulit apud eum cum dignitate ut immorari posset efflagitans. Lucretius autem & Minucius alia Orici ex parte nauibus octo supra decem longis comitantibus ut Pompeio commeatum tuerentur classem ne Cæsar eam inuaderet in unũ deuixere. Ipsi Dyrrachium recta perfugere. Cæsar ab Orico Apolloniam deduxit. Quem cum ciues læte suscepissent: Tamerius urbi præpositus e præsidio ausugit. Cõgregato deinde exercitu milites edocuit quemadmodum multa ob cleritatem ingruente etiam hyeme ꝓspere egissent: mare tam ingens sine nauibus ullis occupassent. Oricuꝫ & Apolloniam: nullo fere marte recepissent. Romanorum res eo modo ~~quo~~ dixisset se habere: Pompeio ignorante adhuc eis. Itaq; si Dirrachium inqt põpeiani apparatus horreũ ceperimus eis potestate in nostra erunt: quæ illi p integraꝫ ætatem summo labore compararunt. Hæc effatus per longum iter Dirrachium uersus copias agit: nulla die nocteue ĩtermissa ad itinerãdum. Quod præsentiens põpeius e macedonia aduersus eũ statiꝫ mouit. Magna itaq; frequentia sollicitudineq; ꝓuectus syluas p quas exercitum cõtinue ageret secare cœpit. ut Cæsari impmeabiles ad iter redderet. Põtes quoq; fluminibus ãmouit cõmeatuꝫ omneꝫ q in medio fuerat igne corrumpẽs: Magnuꝫ autemꝫ: ut erat: arbitratus uniuersum apparatum sibi tutũ reddere eũ puluereꝫ: aut igneꝫ aut fumũ a lõge eoꝝ quisq; intueret: ab hostib9 factũ exĩstimãtes: adinuicẽ cursu contẽdebãt. Eo mõ nec cibo curã: nec somno impẽderant: soluꝫ adhortatiões: & ĩpulsus uocesq; ducẽtuꝫ: præuio: undiq; strepebant. Tumultus præterea ex hoc ingens: ac timor quasi ipsis in unum concurrẽtibus cunctos obsederat. Non nulli igit ob caloris uim quæ attulerãt reiicientes: aut in cõuallibus occultãtes relinquebãt: timores requieꝫ apud hostes eo mõ sibi ꝓponẽtes. Sic utrisq; patiẽter sustinentib9 põpeius primus Dyrrachiũ accessit & oppido ꝓximus castra põit: nauesq; ꝑmittens Oricũ denuo recepit. & mare diligentiori custodia seruare pergit. Cæsar Põpeii copiis Alorẽ fluuiuꝫ in medio cõstituens castra metatus ẽ: ita ut ad flumen descendentes: æquestre præliuꝫ p partes inire cogerentur: totis ãt uiribus neutiq; inter se concurrerent: Põpeio tyrones ad belluꝫ instruente. Suos itaq; Brũdusio uẽturos operiẽs Cæsar cũ ineũte uere e pelago soluẽtes: & olchadis delatos: Põpeii triremes haud facile euitate crederet: cõtinue ad eoꝝ custodia intẽtas: & mare discurrẽtes: hyeme uero ad ĩsulas ꝓfectos hostiũ fortassis easdẽ latere posse aut magnitudine nauiũ: uẽtorũq; uiolẽtia lõge supare magna celeritate ad eos mittit: cursũq; accelerare ĩperat. Nõ accedẽtib9 illis: ipse inicio exercitũ adnauigãre statuit: utpote q nemĩnẽ facili9 eos aducere sparet dissimulato itaq; cõsilio tres e seruoꝝ nũero ad fluuiũ ꝑmittit: q p duo stadia a castris abe-

oratoris finis
Có clamatõ exercit9
Cęsar in anchoris
Cęsar exercitũ ĩcit me
Ceraunij mõtes
oricus
& orico Lucretius Minutius fugiũt
põpeianoꝝ fuga.
Cęsar apolloniã recepit
Tamerius a polloniẽ ꝑfectus a põpeio
Cęs: exercitũ ducit p mdyrrhachiũ.
pom: Inçesarẽ e macedonia mouit.
Pompeiani exercit9 trepidatio.
oricus à pom: recepta
Alor fm.
Olcades quę nũc cochę
Cęsaris temeritas

rat:iubetq; ut ratem celerem:gubernatoremq; periti ueluti quendam ex suis præmissurus appararent. Ipse e cenaculo discedens:corporis fatigatione prætensa amicos epulari suadet dein priuato habitu curru defertur. mox nauem ingressus latens nocte potissimum instante:cum a uentis agitaretur mare:seruos gubernatorem adhortari monet:propere cursuꝫ arripiat:quasi hostes finitimos latere cuperet. Gubernator elatis remis per uim fluuium celer exuperat. Cum autem ad ostia & maris aditum peruentum esset:mare ipsum summis concitatum fluctibus:magno impetu:ac turbine cursum intercipit. Gubernator ueluti instantibus hostibus per uim conabatur euadere:uerum cum nihil ꝓficeret fatigatus:ac desperans tandē clauū e manibus abiicit. Tum Cæsar sublato uelamine ad gubernatorem conuersus:& intonans:alacri animo:& forti aduersum fluctus esto inquit Cæsarem quippe & fortunam eius tecum uehis. Hac uoce stupefacti remiges gubernatorq;:magna ui nauem educere cōtendunt:ita ut fluuii ostia denuo euaderet. Vento deinde:& fluctibus eam extollentibus ad littus tandem uicta compellitur. Instāte die cum lux cuncta apertiora reddere:trepidare cœpere:ueluti manifesti futuri hostibus. Tum Cæsar fortunam accusans q; fœlicitati eius inuidisset:nautas retrouerti iubet. Nauis itaq; aspirante uento facile compulsa:ad fluuii oram cita regreditur. Cæsarem igitur non nulli ob audaciam admirabantur quidam querellis prosecuti sunt:q; facinus militari potius:q̄ imperatoria laude dignum esset aggressus. Is uero cum ulterius latere non posset:postumiuꝫ eius loco ad nauigare iubet:Gabinioq; ut exercitum nauibus adducat imperare. Sin id abnuat:hæc ipsa Antonio præcipere post Antonium uero Caleno. Sin id omnes neget epistola alia ad exercitum scripta erat uel le se eos supra naues positos postumio obsequi:& in locum in quū uentus duceret uela tradere nihil nauibus parcentes non enim nauibus sed uiris Cæsari opus esse. In hunc modum Cæsar:pro ratione fortuna uti deliberauerat. Q uæ omnia Pompeius intercipere festinans.in pugnam paratam ducebat aciem. Sed cum duos ex suis in medio fluminis:ut alueum eius scrutarentur omissos:unus ex Cæsaris præcursoribus interfecisset retrouerti cœpit. Id omnem infaustum ducens. Causam autem palam retulit temporis commoditatem sibi defuisse. Postumio Brundusium ad nauigantem: gabinius priusq̄ Cæsaris mandatum attulisset:uolentes per Illirium nulla diei interposita quiete secum duxit qui omnes fere ab Illyriis interfecti sunt quod Cæsar per occupationes patienter tulit:reliquos Antonius nauibus in Apollloniam deuexit tensis uelis incumbente uento. Q uo deinde in meridiem cessante.ad uiginti Pompei naues inspectis hostibus in eos deferuntur. Illi ut in aeris tranquillitate detenti:ne ab ipsis frangerentur: aut a maioribus exitu prohiberentur trepidare incipiunt. Itaq; ad pugnam necessaria quæq; parabant:fundas sagittasq; exerebant:cum uentus subito priore maior insurgit Q uē elatis uelis denuo assumentes:nullo pauore insperato cursu se proripiunt. Q uæ autem a cursu uentis ac profundo destitutæ sunt diutius afflictæ uix tandem ad importuosa petrasq; delabuntur:duas quasdam in eas delatas retinentes Reliquas Antonio in locum:qui Nympheus dicitur a cursu sistit. Iam igitur Cæsari exercitus oīs in unuꝫ aderat. Aderat uicissim & Pompeio & ad inuicem in colle quodam magnis præsidiis castra habebant. Multa hinc inde prœlia ex singulis munitionibus:uel cum uallum fossa munirent:uel muro circundarent in angusto simul agitabant. Inter hæc cum circa uallum repulso Cæsare ductor turmæ:cui Scæua nomen fuit multa & præclara facinora ædidisset:oculum sagitta sauciꝫ hastaꝫ perfregit. Deinde ueluti quippiam dicturus in medium prosiliit. Silentibus cunctis:Pompeii ductorem singulari uirtute cogni-

aduersus fluctus hyrrha brundusiū

et fortunā tecum uehis

Cęsar felix audacia

Cęsaris mandata p epistolā

Cęsar p̄one fortuna uti deliberat

Cęsaris copię quas ebrūdusio ꝙsolabatur ab illyriis cęssęr

Exercitꝰ oīs ad cęs: plia Inter cęs: et pompeij exercitꝰ.

Sceuę Centurionis p cęsare virtus

tum ad se uocat: deinde sic affatur. Salua tibi similem salua amicum: ac curatores mihi adhibe: quoniaz uulnere affligor. Accurrentibus ad illum ueluti trāsfugæ duobus ex exercitu Pompeii: unum aggressus occidit: alterius humerum ense deiecit: Q uæ cum egisset seipsum uallumq; reliquit. Ob id cæteri rubore cōciti impetu ferunt: uallumque insuper tutati sunt: Minucio qui custodiæ præfuerat q̄plura tolerante Ferunt quippe clypeo eius uiginti supra cētum inhæsisse sagittas: corpus sex uulneribus trāsfixum patuisse: oculum uicissim excussuz eē Hos igitur Cæsar honoribus multis insigniuit. Ipse ex Dyrracchio proditione quadam sibi oblata: noctis tpe: ut solebat: paucis comitantibus ad Dianæ templi portas proficiscitur. Eadem hyeme Scipio Pompeii socer aliuz ex Syria duxit exercitum. cui. C. Caluisius circa macedoniam occurrens deuictꝰ est: ac legio integra: octingentis duntaxat exceptis uicissim cæsa. Cæsar igitur nihil mari conari poterat: Pompeo classem paratam obtinente. Exercitus quippe eius fame premebatur: ita: ut ex pabulo panes ederent. Transfugis igit huiusmodi panes ad pompeium deferētibus ut lætiam ex uisu caperet: nihil exhilaratus ille cum beluis se pugnare professus est. Cæsar igitur necessitate ductus copias oēs: ueluti Pompeium etiam inuitum ad bellum coacturus: in unum contrahit: pluraq; ex præsidiis interiz uacua a suis contemplatus q̄quiete tulit. Verum ob id magis indignatus est. adeo ut opus longe difficillimum & inauditum quodam modo aggredi temptaret: Pompeii uidelicet exercitum intra muri unius septa circūclaudere: & a mariusq; ad mare perpetuis mœnibus sepire: ratus & si minime id opus ualuisset: magnam tamen audaciæ eius allaturam famam. Per stadia quippe ducenta supra mille spacium eiusmodi erat amplectendum. Pompeius econtra uallum: fossamq; anteponit: multaq; inutilia certandi studio inter se dietim machinant. Insigne interea prœlium ab utraq; parte editur: in quo superior Pompeius: Cæsaris milites in fugam uertit: eosq; in castra usq; persequitur. Signa porro militaria pleraq; sustulit: inter quæ & aquilaz præcipuum romanis signum pene eripuit: nisi q̄ eam anteferēs miles: præoccupato eorum cursu: aquillam intra uallum ad suos iecit. Illustri conuersione in hostes facta: Cæsar altera ex parte copias alias emittit: quibus tanta pompeianos trepidatio iniecta est: ut Pompeio q̄q̄ procul apparente: non portis immorari: non ordinem seruare: ac neq; mandatis ullis fidere auderent: sed quocunque uoluntas tulit in desinenti fuga raperentur: nulla uerecundia aut ratione eos detinente: Cum Cæsar illis imineret: nec sine infamia Pompeium a longe residentem: & hæc ipsa intuentem demonstraret: Ipsi tamen abiectis signis ultro fugerent: non nulli rubore compulsi in terraz nullo negocio procumberent: tantū illis pauoris incidit. Horum e numero cū unus uexillo in contrarium uerso caudam ad Cæsarem extendisset: eius mandato a scutiferis occisus est Illi uero egressi neutiq; ad castrorum cutam cōsistere audebant: adeo omnia trepidationē: & metu referta erant ut castra derelinquerent. Q uæ cum animaduertisset Pompeius: fortiter illatus: ut castris potiretur: bellumq; uno opere conficere a Lauinio prohibitus est: qui casu illi obuius insurgientes adhortatur. Ille igitur siue quod p̄ posuerat dubitaret aggredi: siue castrorum solitudinem timeret: ne insidiæ subessent: si ne bellum iam confectum esse crederet eos q exierant inuadit multosq; ex ipsis pugnās interfecit uexilla octo supra uiginti duobus prœliis ea die susceptis. Verum secundum tā perfecti operis exequi neglexit ut Cæsarem dixisse ferant bellum ea die finem habitu/rum fuisse si hostes qui uictoria uti sciuissent habuissent pompeius huiusmodi uictoria elatus regibus uniuersis ciuitatibusq; perscripsit. Cæsaris præterea exercitum fame maceratum & belli præsentis clade titubantem facile ad se transiturum sperauit. maxime ipsius præfectis ob errorem trepidantibus uerum illi ad pœnitentiam conuersi peccati

causa assumpsere animos: ac Cæsare per humane in illos conquerente: ueniamq; pollicẽte: solito magis contra seipsos accenduntur: ita ut inopinata mutatione conuersi: more patrio decimam eorum partem a Cæsare mulctari peterẽt. Renuente illo: maiore adhuc lætitia sub animis ignoscere cœpere: quasi indigne ab ipsis iniuria affectus esset. Eos uero: qui signa detulissent necandos cõclamarẽt: ueluti minime in fugam abituri: ni primi illi signa cõuertissent. Cæterum Cæsar ne id quidem facere sustinuit: pauculos quosdã supplicio affeciſſe contentus: Quamobrem tanta oĩbus ob moderationem audacia innata est: ut se q̃celerime in hostes deduci poscerent: magnaq; promptitudine eoꝝ adhortantes: errorem suum insigni aliqua uictoria emendaturos se promitterẽt: Ipsiq; inter se conuersi inspectante Cæsare turmatim iureiurando cõfirmarent non prius e bello reddituros, esse: q̃ uictores euasissent. Amici itaq; illi ut huiusmodi prõptitudine uteretur q̃ primum suadebant. Ille audientibus cunctis cõmodare tempore se eos in hostes deducturum pollicetur: & ut huius prõptitudinis: & audaciæ remitterentur admonuit. Amicis deinde priuatim ita locutus est. Id. n. uel in primis necesse esse trepidationẽ: quæ de uictorum animis uehementius insederat eximere, hostium etiam reprimere audaciã. Ob id fassus est se illis indulgere: qui ad Dyrrachium superati fuerant: ubi omnis Pompeii apparatus in unum steterat, opus esse ad alia loca: quæ simili inopia oppressa essent traducere Pompeium. Quibus dictis Apolloniã subito cõtendit. Inde clanculum per noctem agens in Thessaliam peruenit. Gõphos urbem paruam: q; eã ab ingressu prohibuisset inuasit iratus: Exercitui quoq; diripere concessit. Milites igitur diutina fame macerati liberius cibo: uinoq; indulgebant: ut plurimi ex ipsis ebrietate laborarent. Inter hos Germani potissimum ridiculi fuisse referuntur: cum a uino uexarentur. adeo: ut adueniente celerius Pompeio: facile eos deleri potuisse satis constet. Verum ille ob contemptum persequi neglexit quoad Cæsar septem cõtinue diebus ulterius profect9 ad Pharsalum tandem castra posuit. In Gõphis interim rem memoria & pietate dignã extitisse memorãt. Cadauera quippe illustrium uirorum medicinali quodam in loco iacentia reperta sunt calicibus appositis nullis affecta uulneribus uiginti ipsorum ueluti ebrietate procumbentium in terram uno duntaxat in throno sedente medici in morẽ qui uenenum reliquis præbuerat. Pompeius interea in Cæsarem mouere disposuit. Id enim prius in aĩo conceperat classem oẽm qua longe antepollebat Affranio tradere ut in Cæsarẽ surgeret & errantem: egentemq; mari prohiberet. Ipse cum omni peditatu celerrime in Italiam transire: beniuolam adhuc erga illum: & hostibus carentem. Galliam insuper: hiberiamq; suscipere: deinde ueluti e principatu atq; domo in Cæsarem trãsferre arma. Quæ omnia cum utilia futura essent agere contempsit. solum ad eos: qui in Cæsaris exercitum insurgere illum admonebant fame consumptuꝝ ita ut residuum post uictoriam ad Dyrrachium iam ante habitaꝝ facile superari posse dicerent conuertit aĩum. Turpe quidẽ esse aiebant fugientem derelinquere Cæsarẽ & deuictis similiter uictorẽ cedere. Quibus delinitus Pompeius cũ orientis natiões ad se respicientes erubesceret utq; Lucio Scipioni circa Macedoniam bellũ formidãti morem gereret potissimũ adhortantibus militibus pugnã inire statuit acieſq; ꝓcedere imperat nec longe a pharsalo iuxta Cæsarẽ castra locat ut nõ ultra triginta stadia ĩter se uterq; abesset. Cõmeatus Põpeio oĩ ex parte abunde ferebat. Sic enim illi itinera portus oppidaq; patebãt ut e terra ueherẽt cõtinue p mare quocũq; uento ad illuꝝ agerẽt. Cæsar id soluꝝ cõmeatus quod uel offenderet uel difficulter adipiscerẽt nãcisci poterat neq; tamen ab ullo suorum destitutus ẽ. Verum mirabili studio in hostes deduci oẽs appetebant cum in bello meliores se his arbitrarent esse qui nup in armis per decẽ fere annos experti so-

Cęsariani militis alacritas.

Cęsaris consilium

Cęsar In thessalia Gomphi ciuitas acęs: direpta

Initiũ belli pharsalici:

Pompeij castra ad pharsalũ iuxta cęsarẽ posita

rent. Ad foſſarum autẽ opera: aut mœnium erectiões: aut cõmeatuum deuectiones ob ſenectutẽ debiliores facti: ſi ulterius defatigari opus eſſet: ſatis ꝓſpicere ſe aiebant ex deſidia: aut fame interituros fore. Q uæ oĩa cum Põpeius intelligeret: nõ mediocre diſcrimen arbitratus cũ uiris bellicis: & ſe ipſos contenẽtibus cõferre manus: & Cæſaris fortunaꝫ de uniuerſa re certare cupiẽtis facile obtinere poſſe: fortius: & tutius exiſtimãs fame: eos: difficultatibuſq; cõterere: qui neq; a terra cõmeatuꝫ: neq; a mari copias ullas ſuſciperẽt: neq; nauibus ad fugam paratis uti poſſent: optima ratione bellũ ꝓducere: & ex fame in fameꝫ hoſtes paulatim carpere inſtituit. Magna ãt circa ipſum Senatoꝝ multitudo: magna illuſtriuꝫ eqtum: reges plurimi: ac dynaſtæ aderant: q partim ob inexperiẽtiam: partim ob res apud Dyrrachium fœliciter geſtas elati animis: nõ nulli ꝙ hoſtibus ſe ſuperiores eſſe crederent: qdam ꝙ bello feſſi ſubituꝫ reruꝫ euentum potius q̃ honeſtum exituꝫ cuperẽt: uno ore Põpeium ad pugnam hortabãtur. Cæſarem cõtinue eos ꝓuocantem: & acies inſtruentem oſtendentes. Põpeius econtra eos admonebat id Cæſari ex inopia ſumma contingere. Ipſis longe utilius eſſe quieteꝫ agere: quoniam Cæſar ex neceſſitate bellum inire cogeretur. Stimulante deinde exercitu elato ad modum ob uictoriam ad Dyrrachium habitam: & ipſum a dignitate ad ambitionem declinantem: ſpõte retardare: ut tantis: tãq; illuſtribus imperaret uiris conquerente: regum ẽt regẽ: & Agamẽnonem illum appelãte: quoniaꝫ & ipſe propter bellum regibus p̃eſſet oĩbus a ꝓpria ratione excuſſus eſt: Seq; illis adeo forte aliquo aduerſãte: cæteraq; uniuerſa: bellumq; conceſſit. Segnior iã: ac tardus p̃ter naturam factus ad omnia: non ſine ſuo: ſuadentiumq; periculo: ac malo q̃q̃ inuitus pugnam inſtruit. Cæſar ea nocte legiones tres frumentatum miſerat: Põpeii quippe tarditatem laudans: cum cõſilium minime immutare crederet: liberius ire iuſſerat. Acies deinde præparari audiẽs: lætatus eſt: neceſſitate cognita: qua Põpeius ab exercitu ad pugnam cogeretur: ſtatimq; ſuos conuocari imperat. Nocte media ꝓfectis ſacris martem inuocauit: eiuſq; parenteꝫ Venerem. Ex Aenea quippe: & Iulio eius filio Iuliorum genus: ut ex nomine intueri licet: uidetur emanaſſe. Tẽplum igitur uictoriæ fauenti: gratis romæ dedicaturum uouit: ſi rite peregiſſet. Cũ ãt fulgor ẽ cœlo labens: e Cæſaris ad Pompei caſtra penetraſſet: ibidemq; extinctus eſſet: qui in exercitu Pompeii aderant: quippiam ſplendidum ab hoſtibus ad eos futurum predicabant. Cæſar ãt ſe in Pompeium inſurgẽtem: gloriam eius extincturum. Ipſi deinde Pompeio eadeꝫ nocte: cum uictima aufugiſſet: neutiq; deprehendi potuit. Apum ꝓterea examen in aris cõſtitit. Trepidatio quoq; ante lucem in exercitu incidit: ad quam accurrens Pompeius: & ſingula conſtituens: non multo poſt profundo ſomno eſt conſopitus. Excitatus ab amicis ſomnium retulit: pauloante tẽplum ſe romæ conſecrare uiſum Veneri uictrici: uoti cæſaris ignarus. Amici & exercitus omnis his confiſi lætabantur & ut ad cætera imprudenter cum impetu & contemptione ſic ad bellum quaſi iam confectum ferebantur quorum e numero pleriq; tabernacula lauro adornarent contubernii cauſa. Serui quoq; dapes opipare inſtruebant. Erant qui de Cæſaris ſacerdotio iter ſe contenderrent quæ omnia Pompeius ueluti rei militaris peritiſſimus ab horrere uidebatur ac ſuper his turbatus diſſimulabat tacebatq; ambiguitate ductus ac timore quaſi non ulterius imperaret ſed ab illis potius regeretur cum ex neceſſitate præter ipſius uoluntatem pugnam cogeretur inire. Tantum homini magnifico & cuiuſq; ad id tempus proſpere ceſſiſſent omnia timiditatis uidetur affuiſſe uel quod utilia diiudicãs illis non confideret ſed ad aleam tot uirorum ſalutem eſſet poſiturus propriam inſuper gloriam quam inuictam præſtitiſſet ſiue diuinatione quadam aſpirãte propius ex malo terreretur cum die illa e tanto caſurus eſſet principatu hoc ſolum amicis præfatus di

Pompeij ſalubre conſiliũ.

Pompeꝰ inuit Inaciẽ phorlica tract

Pompeꝰ abobtrẽtatorib⁹ Rex regũ et agamnó appellat?

Pom: pugnã iſtruit Cæſaris prudẽtia

Sacrificia martj et ueneri.

fulgor ecẽlo

victimæ fuga.

apes in ſignis

Trepidatio pópeiani exerat?

Pom: Inſomniũ Pompeiani victoriã ſpe prę-ſumũt

Pompeij timiditas.

ad aleã poſitur?

Iuliorꝫ genus vn. ꝓdigia q̃ phorſali cã pugnã p̃ceſſerat.

Pompeꝰ si uicisset dominationem occupasset.

citur. Diem illam quicunq; uictoria potitus esset: magnarum Romani calamitatum futuram causam: deinde aciem eduxit. Quamobrem eius mentem a timore consternatam nonnulli intuentes: non immerito existimasse creduntur: Pompeium si uicisset: neutiq; monarchiam fuisse posiurum. Vtriusq; exercitus: ut mihi uidetur: dubia multo tum dicta perscrutanti: Romanorum maxime: qui ueriſimiliora de italis uiris perscripsere: Quibus potissimum fidentes: sociorum uelut aliena auxilia haud multi existimant: & modicum illis incrementum adiicere arbitrantur: huiusmodi fere fuit. Cæsar duo supra uiginti milia militum secum habuit: inter quos equites circa mille annumerãtur. Pompeium bis totidem secuti sunt: in quibus septem milia equitum fuere. Qui autem de his ueriſimilia loqui existimantur: septuaginta milia italorum hoc prœlio in unum concurrisse memorant. Qui minorem numerum describunt: sexaginta millia. Qui rem in maius extollunt quatercenta milia extitisse aiunt. Horum sexcuplum Pompeio. Alii tribus ex partibus duas illi ascribunt: tantum inter se diligenter perscrutans ambigere putantur. Quoquo modo res se habuit uterq; maxime spem in italis uidetur posuisse. Sociorum quidem Cæsaris: equites celtæ: ac certarum: qui supra alpes incolunt numerus fere alius. Græcorum ad hos auxilia accesserant Dolopes: Acarnanes: Aetoli. Hæc Cæsaris exercitus summa fuit. Pompeio orientis nationes omnes magno numero astiterant: partim in equis partim pedestribus suffultæ copiis Egrægia Lacædemonii sub propriis distributi regibus: & ex Peloponneso alii. Boetii præterea cum ipsis aderant: & Athenienses in castris. Vtrisq; igitur præconis uoce proclamantibus minime iniuram exercitu inferre ueluti legum latores sacros ad gloriam conuersi belli: quasi pro romanorum dignitate pugnaturi Pompeio adhæserant. Ex græcis modicum quid. uerum quicunq; in circuitu maris orientem uersus: incolunt fere omnes ad eum uenerant: Thraces uidelicet: Hellespontii: Bithynii: Phryges: Iones: Lydii: Pamphylii Pisidæ: & Paphlagones: Cicilia: ad hæc & Syria phœnicesq; & Hebræorꝫ genus Arabes quoq; his finitimi. Cyprii insuper & Rhodii & Certenses funditores & insulares alii. Conuenerant & reges ac dynastæ auxilia secum afferentes. Deiotarus orientalium Galatarum tetrarcha Ariarathes Cappadocum rex. Armenios intra Euphratem incolentes Taxiles princeps adduxerat. Armenios uero supra Euphratem Megabates Artapi regis præfectus. Alii præterea inferiores potentia dynastæ ad belli laborem una secum contulerant. Feruntur & ex egypto naues sexaginta ad illum peruenisse Et ex egyptiis regibus Cleopatra fratre puero adhuc existente. Verum hæ quidẽ bello minime interfuere Non enim aliæ naues ad id accesserant sed Corcyræ in ocio cũ cæteris degebant. Quod a pompeio minus prudenter factum existimatur cuꝰ classeꝫ neglexisset qua longæ prepotẽs omnem qui ad hostes ferebatur commeatum facile auferre potuisset. Is autem terrestribus frætus copiis uiris ex longo labore assuetis & ĩ præliis ferocioribus sese immiscuit. Cæterum eos ad Dyrrhachium seruantem infelicitas quedam ad hæc tempora Cæsari potissimũ accõmoda uidetur adduxisse. Ob hæc quippe pompeii exercitus leuiter elatus imperatoreꝫ suum supergressus est & in bellum minus prudenter se conuertit. Sed hæc ita deus statuit: ad imperium quod nunc uniuersa obtinet trãsferre meditatus. Tunc uero uterq; eorꝫ copias in unũ cõgregans hortari nitebat. Ac primum Põpeius sic exorsus est. Vos qdem o cõmilitiones huic labori præsidetis magis q̃ ab aliis uobis imperetur. Nam cum Cæsareꝫ diutius macerare in aĩo esset: Ipsi hãc pugnam inire deposistis. Vt igitur belli cõsultores: paucioribus lõge plures insurgatis: contẽnite eos ut uictores uictos decet cõfectos ætate: iuuẽs & plura ppessos q̃bus integræ uires manet Tãta ulterius potẽtia adest tam ingentes apparatꝰ. Ad hæc

Cæsaris pharsalia magna copiæ.

Pompeij pharsalia prælio copiæ.

pẽdẽs Italis

Cæsaris auxilia.

Pompeij auxilia.

Ariarathes Rex.

Taxiles Rex.

Pompeianorꝫ leuitas.

Pom: oro ad celeritatẽ.

cõſciẽtia cauſæ optima Pro libertate enim:& patria pugnamus:iure legum freti:opinio ne recta:totq; præcellentibus ſtipati uiris:quoruꝫ pars Senatorii ordinis ẽ:pars eque/ſtris aduerſus hominem ꝑ latrocinia imperium ſibi uẽdicantem. Ite igitur ut dignum ẽ cum bona ſpe: eoꝝ fugam cum ad Dyrrachium effetis:ſignorumq; numerum:q̃ unica die ab illis ademiſtis:in cõſpectu ueſtro ꝓponentes:Sic Põpeius elocutus ẽ. Cæſar e contra ſuis militibus hæc ediſſerit. Q uæ difficiliora nobis fuerãt amici iam euicimus. ꝑ fame q̃ppe:& inopia cum uiris decertamus. Hæc dies cunctoruꝫ afferet iudiciuꝫ. P. e cordemini eorum quæ ad Dyrrhachium mihi ꝓmiſiſtis:& quæ me intuente iureiuran do cõfirmaſtis cũ ad inuiceꝫ ſucceſſeretis nõ niſi uictores eſſe redituros. Hi ſunt cõmilito nes aduerſuꝫ quos ab herculeis acceſſimus colũnis:qui nos ex Italia effugiunt:q per de cem belligerantes annos:ac tot hoſtes:uictoriaſq; adeptos ex Hiberiis:Celtiſq;:ac Britã nis:quatercentis fere natiõibus patriæ additis ſine honore:ac triũpho:doniſq; reiiciunt: Q uibus nec ipſe cum iuſta peteꝫ quiui ſuadere:q meritoruꝫ gratias nobis renuunt. Hoſtis quæ ſine ulla ambitiõe poſuerim:cuꝫ quippiam ab illis iuſticiæ:pietatiſq; ſperarem. Horum oĩum uindices in unum mihi adeſte.& meæ erga uos:ſi qd uobis eſt ingenii:fidei:curæq; reminiſca:miniLiberalitatis præterea:ac numerum:que uobis cnotuli. Nõ enim difficile admoduꝫ tyrones:inexpertoſq; uiros ab his:qui labores:ac prœlia experti ſunt pugna ſuperari. Ad hæc iuueniliter ad in ordinationem:& diffidẽtiam ducis cõuerſos:quem ego ad hoc bellum trepidantem:inuitumq; deſcendere certo ſcio:fortuna iam diſuetuꝫ:ſegnitiæ:ad oĩa tardum iam effectum:neq; imperantem magis:q̃ ſuorum imperio parentem. Et hæc pro Italis ſolum loqui me arbitremini. Sociorum quippe nulla ulterius a uobis cura:aut ratio habenda eſt:neq; cum illis pugnandum a uobis credite. Mancipia quidem illi e Syra:Phrygia:& Lydia ad fugiendum cõtinue:ſeruiendumq; parata:quos ego clare expertus ſum:& uos ſtatim intuebimini.& Pompeium ipſuꝫ neutiq; ad ordineꝫ belli ꝓpinquantem Italos itaq; duntaxat inſequamini. Et ſi forte ſocii uice canum uos circũcurrerint:aut tumultum cõcitarint:eos auertẽtes ueluti cognatis ueſtris parcite:ſociiſq; ueſtris ad illorum terroreꝫ pariter utamini. Ante oĩa uero efficite:ut eoruꝫ:quæ polliciti mihi eſtis:nõ immemores uos intuear:& uictoriam potius q̃ mortem eligentes diruite ad pugnam accurrẽtes, mœnia:foſſas ueſtras obruite:ut nihil niſi uictores abeamus. Videãt nos hoſtes ipſi deſtitutos caſtris:ſciantq; quoniam ex neceſſitate nobis inuictum ẽ in eorum tabernaculis caſtra ponere. Hæc effatus ueteranorum ad duo milia caſtrorum cuſtodia emittit. Hi muris egreſſi magno ſilentio foſſas æquauere terra. Vidẽs igitur eos Põpeius:cum nõ nulli fugam ab illis meditari crederent:audacia eoruꝫ cognita:ſuſpirio palam cõqueſtis ẽ:Se ad pugnaꝫ cum feris acceſſiſſe:famem patientibus:quæ dignum ferarum eſſet pharmacum. Cæterum nec ulterius cedendum uidebatur: rebus omnibus iam in enſis mucrone conſiſtentibus. Eam ob rem ad quattuor Italorum millia ad exercitus curam derelinquẽs cæteros omnes in ter Pharſalum oppidum:Enipheumq; fluuium ad pugnam inſtruit. Q uo in loco Cæſar copias ſuas pariter eduxit. Ac primum Italos uterq; eorum in tres acies diuiſos in fronte collocauit:modico interuallo inter ſe diſtantes. Supra hos equites per partes cornibus attribuit:quibus ſagitarii: & funditores admixti inerant. In hunc modum Italorum natio ab illis diſtributa eſt qua maxime uterq; eorum confidebat: Sociorum uero copias ueluti ad oſtentationem quandam protulerunt. Pompeio ſocioruꝫ copiæ aderant multiformes uariarũq; linguarum:ex quibus Pompeius Macedones: Pelopõnenſes Boetios:atq; Athenienſes ob ordinem:ac ſilẽtium a cæteris ſelectos phalangi Italicæ adhærere uoluit. Reliquos quemadmodum Cæſar arbitratus eſt: extra ordinem per

Cæſaris ad ſuos oratio.

Enipeus flu.

Vtrinq; acies inſtruunt.

Scipio Domitius Lentulus Afranius } Pompeij legati

Sylla Antonius brutus } cęsaris legatj.

patrias distinctos:& in subsidiis manentes:cum manus uentum esset:hostes circunda re:& illos inuadētes simul insequi mādauit.Cæsaris pterea exercitum nullo ualli munimine firmatum in pdam ponere.Phalangem in medio regebat Scipio Pōpeii socer. In siniſtro cornu Domicius. In dextro Lentulus cōstitit. Afranius:ac Pōpeius exercitus curæ præfuere. Cæsari duces aderāt Sylla : Antonius:& Brutus Cæsar ipse ut assueuerat legioni decimæ præsedit:Quod intuētes hostes:precipuos equitum cōtra illum eo locarunt:ut plures existentes si potis esse:eundem omni ex parte circūdarēt. His perceptis Cæsar audaciores ex oībus pedites:usq; ad trium millium numerum in subsidiis locat:iubetq; ut cuj primum hostes acies circūcurrentes uiderit:subito exilliāt:unaq; prosilentes rectis tellis hostiuj facies inuadāt.Nō enim iuuenes:& inexptos hæc ipsa intuētes uultus discrimina facile laturos esse.Sic uterq; exerc tū ad inuicem cōstituit. Singulos itaq; circumeuntes:& quæ oportuna forent disponentes ad audaciam adhortabatur. Ad hæc mandata illis proponebant. Cæsar uictricem Venerem: Pompeius Herculem inuictum in auxilium uocabat.Cum omnia in bellum parata essent:diutius magno silentio immoti constitere:ueluti ambigentes:adhuc:& desides:seq; alterutrum intuentes:quis prior pugnam iniret morabantur. Multitudo enim quæ nullius commiseratione commota fuerat:tam uniuerso Italorum conspecto exercitu:qui belli unius discrimen esset subiturus:cum uirtutem utraq; ex parte in iudicium uenturam cerneret cœpit misereri:potissimum cum italos italis aduersos intueretur.Appropinquante deinde malo ambito quæ eorum mentes iniusserat:atq; excæcauerat extincta est:& ad trepidationem demum:timoremq; conuersa. Ratio quippe cum laboris gloriam diligentius expenderet : periculum quoque metiebatur. Causam præterea : qua duo inter se de superioritate contenderent : & seipsos pro salute propria periculo subiicerent: ut qui uictus esset:ne in ultimis quidem locum foret habiturus. Tantam bonorum multitudinem propter illos interire. Subit deinde recordatio ueteris affinitatis.atq; amicitiæ : quam multa:& præclara pro dignitate : & gloria inuicem egissent:nunc autem gladiis inter se.armisque contenderent:omnes quoque sub illis militantes ad simile bellorum facinus adducerent : qui eiusdem essent caritatis ciues.simul cognati: amicique nonnulli fratres.Nam quoq; nec in acie illa defuit. Nam inter tot uirorum milia qui in unum concurrebāt : multa præter opinionem & admiranda contingere quæ quisque animaduertens : acri pœnitentia eo in loco repletus est. Et ueluti ea die eorum : qui in terris sunt uel Primus uel ultimus futurus esset magno stupore in dubium conuertit omnes. Vtraque etiam ex parte lachrymas emisisse ferunt cum ut se amplius intueri possent dies illa uideretur eripere Omnisque Itala natio magno silenttio in mota perstitit. Videns itaque Pompeius sociorum copias huiusmodi prospectu terrefactas ueritus ne pugnæ initio confusio ab illis protinus emergeret belli signum ultro protulit. Cui ex aduerso a Cæsare conclamatum est statimque tubarum sonus & lituum clangore erecto uniuersos excitat & ut pote in tam profunda multitudine præcones & perfecti hinc inde discurrentes exercitum per partes hortabantur. At illi ardue admodum miro silentio & horrore magnis experti in prœliis inter se concurrūt. Cum in pximo uentum esset primuj sagittis fundisq; bellari cœptuj.Eqtes quoq; peditibus admixti breui in spacio pugnam inire.Prævalentes igitur Pompeii milites legionem decimam circundare festinant. Signo a Cæsare elato qui in subsidiis constiterant subito accurrunt & ad equites delati erectis pilis fessorum facies inuadunt. Illi hostium audaciam plagasque in os illatas non ferentes nullo ordine fugam capessunt. Eo loci peditatum omnem depulsis Pompeii equitibus Cæsaris equites inuadunt circūdātq; qui

Transactio.

Pharsalicę pugnę Initiū.

Equites pompeiani Infugā uersi

prius ab illis circundari timuerant. Quod animaduertens Pmopeius peditibus edicit ne se ulterius in eos uertunt neq; ad phalãge longius excurrãt aut telis cominus utant: ueꝝ eminus distãtes iaculis e manu missis insurgẽtes repellant hostes. Quod mãdatũ cũ circuitionis discrimen imminẽt non nulli utile arbitrãtur esse. Cæsar ãt in epistolis id pugnæ genus maxime cõtemnit. Plagas. n. ex impetu factas potẽtius infigi: uiroſq; ab incursu promptiores esse immorãtes uero tepescere admodũ ac refrigerari putat: Audacter quoq; ob firmitatẽ insurgẽtibus: ueluti signũ quoddam sese offerre. quod & tũc fieri cõtigit. Decima quippe legio assistente Cæsare leuam Põpeii aciem: q̃ ab equitibus destituta fuerat circunquaq; percurrit & latera eius omni ex parte ĩmobilis: tellis missilibusq; confodit quo ad conturbatis omnibus in fugam uertit: quæ res uictoriæ auspicium illi attulit. Reliqua interiĩ multitudo uulnerib⁹ nece uario belli ope strepebat: nec tamen uel uinca uox i tam immẽsa phalange tot inter se pugnãtibus audiebat: nõ heiulatus moriẽtium aut ferro petitoꝝ: ueꝝ fremitus & suspiria omni ex parte resonabant: eoꝝ maximæ: qui quo in loco cõstitissent: honeste occubuerãt. Socioꝝ uero copiæ ueluti certaminis huius spectatores quidaꝫ acieꝝ ordinem formidine metuq; repleuerant nõ Cæsaris castra ob admirationem aggredi ausæ: paucis quibusdaꝫ ueterani: adsernantibus: nihil aliud q̃ stantes trepidabãt. Sed cum sinistra Pompeii acies hostibus cedere: & iam moueri implicariq; cœpisset socii omnes in fugam uersi nullo ordine clamare occipiunt. Superati sumus. Deinde tabernacula eoꝝ: ac castra ueluti aliena inuadentes diripientesq; quocunq; licuit uarie sparguntur. Iam reliqua Italoꝝ acies intellecta clade: paulatim q̃q̃ seruato ordine a potentioribus tutata: pedem retrahebat. Incumbentib⁹ postremo: ut in uictoria hostibus & ipsa pariter in fugaꝫ cõuersa est. Qua in re astutissime quidem Cæsar. ne ad pugnaꝫ denuo rediret nec unius prælii: sed totius belli opus adimpleret egisse uisus. Præcones. n. acies discurrere: & a romanoꝝ cæde omnes temperare iubet: soluꝫ ad socios afferre manus. Victꝭs deinde propius admoti: intrepidos manere admonent. Id cum unus ab alio intelligeret omnes constitere. Et iam Pompeianorum id unicum signũ erat: tute pmanere. Cæteris deinde Italoꝝ more consistentibus similemq; uocem edentibus: discurrentes Cæsaris milites socioꝝ copias nullo præsidio munitas interficiunt: ob idq; ingentẽ edidere stragem. Pompeius militum suorum conuersione perspecta: mente collapsus ab exercitu secessit: indeq; in tabernaculum delatus sine uoce aliquãdiu perstitit quemadmoduꝫ Telamoniuꝫ Aiacem in Ilio passum fuisse memorant inter medios hostes a fortuna destitutum Reliquoꝝ pauci ab exercitu abire ausi præconis uoce eos a Cæsare tutos pollicente. Accurrentibus deinde hostibus p partes dissipati sunt Finiẽte iam die: Cæsar p exercituꝫ ꝓuectus: ut manerent præcabatur: donec Pompeii castra recepissent. Quippe si hostes per dieꝫ unicã uires assumpsissent uictoriam denuo habituros esse: Sin castra & exercitũ simul occupassent: bellum omne iam esse profligatum. Ad hæc manus ad eos protẽdebat & cursu prior antecedebat. Quoꝝ igitur a labore corpora exhausta fuerãt accẽdit animos cũ ducẽ ipsos præeuntem aspexissent. Erexit ad hæc etiã eos spes ac felicitas gestaꝝ reꝝ ut castris potirentur & quæcunq; ĩ illis essent sibi assumerẽt. Homines quidẽ in spe aç ꝓsperitate minus labores sentiũt. Sic igiẽ omnes incubẽtes magnà ui aduersos pepulãre. Põpeius his inspectis ex tam longo silentio hoc soluꝫ dixisse fertur. An ad castra & hi nostra: Quib⁹ dictis mutata uestẽ conscendit equuꝫ quattuorq; ex amicis eum comitantibus nullo in loco cursum intermisit: quoad exorta luce Lariſſam tãdem uenit. Cæsar in Pompeii tabernaculo: quemadmodum se facturum dixerat conscedit & quæ illi in cœna apparata fuerant sibi assumpsit. Itidem & reliquis exercitus ex hostiuꝫ epulis recreatus est. Ceci-

Pompeÿ mandatũ

Cęs: In epistolis

Auspicium victoriæ cęsari

Romanorum

Socioꝝ pompeÿ fuga.

Italoꝝ acies et ipsa ĩ fugã uersa.

Cęsar Romanis parci Iubet.

Ingens clades Socioꝝ pompeÿ.

Cęsar exPharsalico prælio victor.

Pompeÿ exPharsalica clade fuga Inlariſſã.

Pompeius & lariſſa admare
Inde mitilenē mde aſſum'
pta corn: vxore corcyrā
& libyā ꝑteruect⁹.

Cęſorū Inacie pharſalica nūs.

dere hoc in prœlio ab utraq; parte: Italorum quidem: nō enim ſociorum copiæ ob multitudinem contemptumq; annumerantur: e Cæſaris primum exercitu turmaruꝫ ductores ad numerum triginta armati ducenti ut alii ſcripſere mille & ducenti. Ex pompeii uero partibus Senatores decem: quorum e numero fuit Lucius Domicius: olim Cæſari in Gallia ſucceſſor deſtinatus æqueſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus. Ex reliquo autem exercitu: qui rem in maius extollunt: quinq; ſupra uiginti millia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius Pollio qui ſub Cæſare ea in pugna militauit: ſex millia ex Pōpeii exercitu interiiſſe ſolum ſcribit. Et hic finis admirabilis illius circa pharſalum belli fuit Cæſar munera quidem prima: & ſecunda ex omnibus protulit: faſſus eos egregiæ pugnaſſe: & cum ipſo legionem decimam. Tertia Craſinus turmæ ductor habere meruit. Is cum Cæſar pugnam ingrederetur: & ab eo quid ſperaret expoſceret: elata uoce Vicemus inquit o Cæſar: & me hodie uel uiuum uel mortuum recipies. Exercitus autem iſte: me ad quaſcunque accurrentem acies & multa præclara & illuſtria agentem intuebitur teſtiſq; erit uirtutis meæ. Inter cadauera itaq; repertus muneribus donatus ē: quæ cum illo ſepulchro illata ſunt quod inſigne prope ſtragem: Cæſaris mādato: erectū conſtat. Pompeius ex Lariſſa ſimili curſu ad mare uſq; delatus eſt. Eo loci paruā ingreſſus cymbam: cum adnauigantem nauē offendiſſet Mitylenas peruenit. Aſſumpta igit Cornelia uxore triremibus quattuor comitatus: quæ a Rodiis: & Tyriis ad eū uenerāt: Corcyram tunc quidez: & libyam præteruectus eſt: quo in loco exercituꝫ alium & nauticos habebat apparatus. Ad orientem itaq; conuerſus: Parthos ueluti ab illis opem petiturus: nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit: quod pene cum in Siciliāꝫ ueniſſet amicis retulit. At illi a parthis abſtinendum ſuadebant: qui nuper Craſſo inſurrexiſſent & ad huc ob eius cladem elatiores ſpiritus haberent: nec Corneliam ſingularis formæ mulierem in eorum poteſtate commitendā eſſe maxime cum e Craſſo eſſet genita. Cū in ægyptum demum ire ſtatuiſſet: uel ad Iubam potius ſe conuertere amici repudiatis: Iubæ rebus: utpote quæ nullius æſtimationis: aut gloriæ futuræ eſſent: Aegyptum ut adiret ſuaſere finitimam regionem: & principatu ingenti præditam fœlicez præterea ac potentē nauibus frumento: pecuniiſq;. Cuius reges q̄q̄ puerili in ætate eſſent: Pompeio tamen paterna caritate obſequerent. His permotus Pompeius ad ægyptū ſe conuertit. Cleopatra ægypto eiecta: quæ cum fratre regnum ſimul obtinebat: exercitū circa Syriam in fratrez apparabat Ptolemæus ea tempeſtate prope Caſſium ægypti: Cleopatræ inſultus morabatur. Ita caſu quodam incumbente uento: Pompeius ad Caſſiuꝫ defertur. Inſpectis copiis quæ plurime in littore conſtiterant: a curſu temperauit: meditatus quod re ipſa fuerat: adeſſe regem præmiſſis nunciis amicitiaꝫ: quam cuꝫ patre eius habuiſſet exponit. Rex tertium ſupra decimum etatis annum iam attigerat. Exercitū eius Achillas quidam adſeruabat. Pecunias uero Pothinus nomine eunuchus qui confeſtim de Pompeii aduentu inter ſe cōſultare incipiunt. Aderat & Theodotus Samius rhetor pueri regis p̄ceptor. Hi nefandum inuicem negotium animo uoluentes Pompeium interficere conueniunt: quo Cæſari morem gererent. Approbato deinde conſilio: cymbam eximie ornatam ad eum mittunt ueluti mari importuoſo eo in loco exiſtē te: nec a maioribus nauibus adiri facili. Miniſtri porro regii cymbam inſcenderant: & cum his Sempronius uir Romanus: qui tunc forte regi aſſidens alias cum Pompeio militauerat. Is dextram regis nomine pōpeio obtulit & ad amicuꝫ filium tute monet accedere. Inter hæc exercitus ueluti pompeio honorem præbiturus: iuxta littus in acie conſtiterat & rex inter medios purpurea amictus ueſte præſidebat: Quorum aſpectu Pompeius ſuſpitione motus eſt: cum exercitus ordinem: cymbæ ornatum intuere-

Domitij Mors.

Aſinⁱ pollio

Pharſalici belli finis.

Munęra cęſaris In militū.

Craſinⁱ Inter cadauera repertⁱ ul' ſic mortuus muneri' d' acęſare honeſtat'.

pōpeⁱ mitile nē.

Cornelia pom: uxor.

Pom: amicorū ſua ſionib⁹ Inęgyptū ſe conuertit.

Cleopatra bellū molieba' In frem.

Achillas dux.

Photinⁱ eunuchⁱ.

Theodotⁱ Samius rhetor.

Cęmproniⁱ vir R.

Caſſiⁱ ęgyptj Mons

Ptolemęus ęgyptj Rex.

tũr:potissimũ cum nec ad ipsum accessisset rex:nec ex suis digniores præmisisset. Hunc solum itaq; Sophoclis Iambum protulit. Q uiad tyrãnum proficiscitur illius seruus ẽ: q̃q̃ liber sit. Q uo dicto cymbam trepide est ingressus. Cum in alto longe abesset:inter nauigãdum magis adhuc de Sempronio cœpit suspicari:siue q̃ romanum hominẽ secum olim militantem nosceret:siue q̃ solum adesse cerneret:quasi ob militaris disciplinæ æmulationem imperatorem suum esset inuasurus. Ad illũ itaq; cõuersus. Te ne inquit ego cognosco o miles? Cui statim ille annuit. Deinde se cõuertentem primus percussit cæteri uero insecuti sunt. Vxor itaq;:& amici eius hæc a longe intuentes:heiulati gemituq; ad deos fœderum uindices manus tolere nullaq; interiecta mora classem ab inimico littore auertere contendunt Caput Pompeii a busto abscisum & a Pothino Cæsari:magno pro munere seruatũ. Verum idem tam nefandi sceleris meritas luit pœnas. Reliquũ corporis in littore sepultũ a quodã tumulo insigni addito cui ab alio inscriptũ fuit. Templi pondus erat modica qui clauditur urna. Procedente tẽpore cum tumulus sub arena esset obrutus statuæ etiã quæ Põpeio a necessariis eius circa Cassium ex ære
// ærecte steterãt in templi aditu iã uetustate exesæ seruarent:ætate mea ab Hadriano imperatore summa diligentia perquisitæ:& inuente sunt cũ ad partes illas accessisset. Tumulus quoq; mandato eius perpurgatus:statuæ erectæ sic ut denuo ab omnib9 digno sci posset. Et hic finis uitæ Põpeio fuit:a quo tam ingẽtia prælia exanhelata sunt: cuius opera Romanorum imperium in maius adauctum:ob quæ magni cognomen habere meruit:cum a nemine antea esset superatus sed ab adolescentia usq; inuictus fuisset ac beatus. A tertio quippe:& uigesimo usq; ad octauum:& quinquagesimũ ætatis annũ monarchiæ præfuit:summa potentia usus & ut opinio fert:ob Cæsaris zelum populari fauore in principatu positus. Lucius igitur Scipio Pompeii socer cæteriq; quicunque illustriores a pharsalica pugna perfugerant ad Catonem Corcyram uersus abiere:qui ad alterius exercitus curam trecentarumque triremium custodiam prætor relictus fuerat. Itaque quicunque ex ipsis clariores extitere Pompeii copias classemque inter se partiti sunt. Cassius in pontum ad Pharnacem profectus est:ut in Cæsarem illum excitaret. Scipio & Cato in lybiam enauigarunt Vari fiducia:& exercitus:qui cum illo aduersabatur. Iuba Numidarum rege pariter cum illis ad bellum conspirante. Pompeius autem primogenitus pompeii filius:Lauiniusq; cum eo copiarum partem deducentes:in hiberiam sunt profecti:quam ad se ascisentes. exercitum aliũ ex hiberis celtiberis:seruisque in unum congregarunt:sic ut longe maiore impetu assurgerent. Tantæ adhuc uires ex pompei apparatu superfuerant quas idem infelicitate quadam derelinquerat in fugam uersus:Cum autem qui in libya conuenerant:Catonem ipsis ducem postularent Cato consularium præsentia commotus id munus renuit:qui dignitatis causa eo in loco legatõ aderant:cum ipse in urbe prætor duntaxat extitisset. Lucium itaque Scipionem imperatorẽ elegere cum quo magnæ adhuc copiæ conspirauere ad bellum Et hi duo potissimum exercitus æstimatione digni:ex libya & hiberia in Cæsarem una uires assumpserunt:Cæsar post adeptam uictoriam per duos dies in pharsalo commoratus est sacris intendens:exercitumq; e prœlio defessum uicissim recreans. Eo in loco Thessalos:qui cũ ipso depugnauerant liberos esse iussit. Athenien sibus præterea ueniã petentibus facile cõcessit:his uerbis usus. Sæpenumero uos uestri culpa ad interitũ redactos maiorũ uestrorũ gloria saluti reddidit. Tertia die orientẽ uersus castra mouit:fideẽ Põpeianæ ꝓsecutus fugæ Cũ hellespontũ peruenisset triremiũ inopia scaphis exercitũ traducere compellit. Cassius fortuna quadam triremium pte comitatus:a dnauiganti obiuus fit:cum ad pharnacem properaret. Et q̃q̃ triremium numero aduersus paruas ra-

Appianj tempora

Templi pondus erat modica q̃ clauditur urna:

Sophoclis iambꝰ.

Tyranni cõgressꝰ liberis fugiendꝰ.

Pompeij magni interitꝰ.

Pompeij epitaphium statuæ erectæ appianj tpa.

L. Scipio corcyrã fugit ad catonẽ.

cassi? ad pharnacẽ

Scipio et cato in aphriã ad iubã

labien?

Pom: Junior in iberiã.

Cato delatã Imperatoriã dignitatẽ refutat.

Luci? Scipio a pompeio electus imperator.

Cesar adept? in thessalia victoriã quid

Cesaris felicitas

Cassi? se cęsari dedit.

tes tute depugnare posset: Cæsaris tamen fœlicitate conteritus: cuius fides perspecta erat: uires formidādæ: eundē cōsulto adnauigare ratus a triremę in scaphā: porrectis ad eum manibus ultro desilit ueniaq; impetrata triremes omnes illi tradidit: tantuz potentiæ Cæsaris fœlicitas sibi asciuerat. Non.n. ego aliam contemplor rationem neq; opus aliud excogitare possuz in tanta tēporis difficultate: tantū illi fortunæ successisse: ut Cassium uiruz bellicosum octoginta triremibus aduersus nauigantem: ac illi imperato occurrentem adeo terruerit ut nec ad manus cum eodem accedere sit ausus. Nam is: qui tam turpiter ex timore se illi dederat: posterius Romæ imperātem neci tradidit. Q ua ex re satis constat longe ampliorez ex fortuna Cæsaris tunc illi timorē affuisse. In hunc modum præter opinionē saluatus Cæsar: superato: helespontо Ioniis: & æolis cæterisq; nationibus cherōnesum magnaz incolentibus: quā uno nomine Asiaz minorem uocant: per legatos deprecātibus ueniaz concessit: Audiens præterea Pōpeium in ægyptū pertransisse Rhodum prævenit: neq; ulterius expectato exercitu: qui ad eum per partes accedebat: Cassii: & Rhodioz triremibus assumptis: cū præsentibus duntaxat classem ingressus est: neq; ulli patefacto itinere circa uesperam cursum mouet: reliquis gubernatoribus ut classis suæ signuz per diem sequerētur admonitis. Gubernatori autez pprio: cum iā a littore lōge abesset: Alexandriā uersus uela iubet exponere. Sic tribus diebus pelago puectus Alexandriā peruenit. Eo loci ab regiis ministris benigne receptus est: cum rex morā circa Cassiuz adhuc ageret. Ac primū quidez ociositatem quandam ob adsistentiū sibi paucitatez simulare cœpit. Nā ad eū accedentes perhumane recipiebat: & urbez circunuectus pulchritudinez eius admirari uisus: & disputantib? philosophis in multitudine præsens adstitit. Q uibus ex rebus gratiā apud Alexandrinos: ueluti a negotiis omnibus solutus sibi comparauit. Adsistente uero exercitu: Potheium quidez: & Achillaz: ob ea: quæ in Pompeiuz perpetrauerant morte mulctauit. Theodotum demuz fugientem Cassius cū in Asiaz ueniisset cruce suspendit. Tumultu ob hanc rem inter Alexandrinos orto: cum regiū exercitū in illū cōcitassent: pluribus præliis circa regiam & in maris littore certatū est. Q uo i loco cū in mare desiliisset: & in pfundo aliquādiu enataſſet: Alexadrini uestē ab eo ademptā: in trophei modū erexere. Postremo iuxta Nilum cū rege certamen iniit in quo uictoria superior euasit. Inter hæc p nouem menses cōmoratus: tandez Cleopatram fratris loco ægypti regnū iussit obtinere. Per Niluz quoq; quatercentis nauibus deuectus quo regionem perlustraret oculis cū Cleopatra simul adiit: multaq; alia ut obsequeretur effecit. Verum hæc singula ut gesta sunt: diligentius eo libro referuntur: qui de ægyptiis inscribitur a nobis. Caput Pōpeii ad se delatum minime intueri uoluit: uerum sepeliri statim iussit. Templum quoq; per exiguum ante urbez condidit: quod indignationis sacruz appellauit: & quod ætate mea Traiano imperatore iudeoz genus in ægypto debellante: ab iudeis ipsis ad oportunitatem belli disiectū est. Tam magna in Alexandria operatus Cæsar per Syriaz in Pharnacem copias mouit. Is quippe iā multa peregerat & quasdaz romanoz puincias sibi asciuerat: & cum Domicio Cæsaris prætore depugnans splendide uictoriā adeptus fuerat. Q ua ex re maxime elatus Amissum urbem in ponto sitā & romanoz fauentem partibus in seruitutem redegerat. Pueris quoq; eoz manus abscindi iusserat. Adueniente deinde Cæsare pauore ac pœnitentia ductus cum per ducenta stadia longe abesset: legatos pro pace ad eum misit qui coronaz deferrent auream filiam quoq; eius ob inscitiam in matrimonium illi traderent. Cæsar intellectis his quæ afferebantur cuz exercitu progressus est: & ipse in primis anteire properauit: legatos uerbis detinēs: donec ad Pharnacis castra peruenisset. Et hoc solum inquiēs: an pœnas adhuc dabit hic patris inter-

lonib? ... ionib?

uela

photi? Achillas } morte multati Theodot? sami? rhetor i cruce sublat?

photinū

Templū indignationis alexādrię a cęs: cōditū

Cęsar in pharnacem.

pharnacis crudelitas

pharnacis legati ad cęsarē

Cęs: ad pharnacis castra

amisus Ciuit

16 Traian? in iudeos

fector: equum ascendit: & confestim a prima uoce Pharnacem in fugam uertit: plures quoq; cum equitibus qui ad mille primo impetu ad eum uenerant occidit. Q ua ex cā illum exclamasse ferunt. o beate Pompeji: similibus post Mithridatem huius patrē occurrens hostibus & ob id magnus habitus & magnus appellatus post pugnaz deinde hæc Romam præmisit Veni uidi. uici. Pharnaces in bosphori regnū quondam a Pompeio sibi traditus libens abscessit Cæsar nulla ad ocium intermissa mora tot bellis ipsuz circunstrepentibus in Asiā peruenit & in transitu urbibus quæ a tributis oppressæ fuerant ius administrauit: quemadmodum a nobis in asiaticis rebus perscriptum est. Sentiens deinde seditionem in roma coortam esse: & Antonium æquituz præfectum: commeatum cum exercitu omni ex parte præcludere: Romam regreditur. Q uo cum ueniisset omnis ciuilis seditio extincta est. Verum milituz altera in eum insurrexit qui nec ipsi pharsalico bello ꝓmissa capientes neq; ex lege ulterius in bello permanentes: ad propriam redire properabant. Nam quædā illis infinita in pharsalo & alia etiam infinita cū in libya belluz perfectum esse pollicitus olim fuerat. Tunc autem ad illos misit unicuiq; mille drachmas persolui iubens. Hi uero non polliceri eum potius q̄ exoluere statim admonebant: parumq; abfuit: quin priscum Salustiū ad eos missum his de rebus interficerent: nisi q; idem fuga elapsus est. Q uibus perceptis Cæsar legionem aliam militum qui urbem sub Antonio seruabant: domui suæ: urbisq; egressibus iussit præsidere: ueritus ne milites ad rapinas se conferrent. Ipse trepidantibus cunctis: & militum insultum præcaueret admonentibus: longe audacior ad eos dissidentes in campuz martium ꝓfectus est: ita ut priusq̄ loqueretur in tribunali sit cōspectus. Illi cum tumultu inermes ad eum accurrere: & ut mos est: inopine adueniente eo imperatorem uenerati sūt. Iubēte deinde illo ut si quid de muneribus loqui uellent in conspectu suo dicerent: Nihil ausi ex pauore siluerunt. Cum autem moderatius a militia demitti omnes conclamarent: sperantes eundem ob exercitus indigentiam sub munerum spe ad reliquos hostes deducturum esse de communi opinione nihil ueritus: Dimitto uos inquit. Stupētibus ipsis multo magis subsecuto silentio in hunc moduz fari cœpit. Dabo uobis omnia quæ pollicitus sum cum de cæteris triumphum agam. Q uo insperato responso moti: cum id ipsum læte audirent: uerecundia etiam oppressi sunt. Ratio quoq; cum zelo simul incidit: quasi eorum imperatorem hostium in medio relicturi essent: aliique ipsorum loco triumphum habituri. Lucra insuper: quæ in libya longe maiora consecuturos se sperarent: amissuri: & uicissim Cæsaris & inimicorum eius futuri hostes. Q ua ex re ampliora adhuc timore ex dubitatione conticebant: sperantes Cæsarem quicq̄ illis daturum esse: ac simul necessitatem: quam in præsenti haberet pœnitentiam acturum. At ille ex aduerso loqui desiit. Amicis deinde: ut aliud quippiam ad eos loqueretur suadentibus: & ne tam breui superboque responso plura militibus celaret admonētibus: loqui exorsus ciues militum loco habere se dixit. Q uod dissidentium a militia: & priuataz uitam subeuntium signum erat. Illi penitentia ducti & ulterius non ferentes exclamare: ac precari. & ut ad militiaz assumerentur exposcere. Recusante & id Cæsare & a tribunali simul descendere milites multo acrius instare & ut permaneret orare: & qui deliquissent pœna affici debere postulabant. Modicuz igitur quid cōmoratus neque discedens: neque regrediens dubitationem simulare cœpit. Mox reuersus neminem ex ipsis se punire uelle dixit. Angi tamen admoduz: ac dolore legionez decimaz: quam in honore semper habuisset huiusmodi tumultus præstitisse causaz. Hāc igitur solam ab exercitu meo inquit eximo. Dabo ât: quæcunq; uobis pollicitus sum cum ex libya rediero. Dabo insuper agros cum bella oīa confecta fuerint. Non quemadmodū Sylla a cæ-

teris eripiens: quos illi haberent: & spoliatos eum his qui accepissent in unum habitare faciens: & ad inuicem hostes eos statuens. Verum populi agros inter uos distribuens: & ex me ipso necessaria simul adhibens. Plausu & collaudatione ab omnibus claris: decima legio mœrore tabescebat: Cæsarem solum erga se implicabilem esse intuēs: seq; ab illo sortiri deposcebat: & partem ex ea morte mulctari. Cæsar nihil cum illa contendere ausus: cum indigeret adhuc cautius demuz pœnitentia deductā sibi conciliauit: Indeq; in lybiam ad bellum se proripuit A Regio itaq; urbe in pelagus delatus: a Misenia tandem Lilybæum deuectus est. Ibi Catonem belli apparatum cum classe & peditum parte in Vtica seruare intelligens: tercentis Romanoz additis: qui se belli consultores fecerant: & Senatum se ipsos nuncupabant. Imperatorem uero eoz Lucium Scipionem constitutum esse: præstantiores ex ipsis in Adrumeto moram ducere: Scipionem uersus classem mouit. Quem cum ad Iubam profectum offendisset, cōtra Scipionis exercitum aciem instruit quasi oportune hostes: imperatore absente prælio inuasurus. Labienus ex aduerso ac Petreius Scipionis duces illi occurrunt: & ex cæsaris militibus plures intercipiunt. Fugientes quoq; per contemptum insequi cœperunt: donec Labienum equus per ilia confossus hūmi deiicit. Vez illum clypeatorū manus ab hostibus eripuit Petreius abunde eoz periculo perspecto: & quæcunq; libuisset: facile obtinere potens bellum intermisit: eos qui circunsteterant his uerbis increpans. Ne Scipionez imperatorem nostrum uictoria fraudemus. Quod opus Cæsareæ fortunæ pars altera uidetur extitisse: hostibus ut apparuit uictoriā adeptis: qui tam inopine pugnam dissoluissent. Ipsum autem Cæsarem eo in prælio in suos insurgentem a fuga cohibuisse aiunt: & quædam ex ipsis aquilam ferētem quæ præcipuum in bello signum fuit signū fuit: sua manu inuadentem a fuga ad primos compulisse: donec Petreius retrogressus est & Cæsar ipse facilius suo reuocauit. Et hic belli primi a Cæsare gesti i lybia finis fuit Non multo post cum Scipio octo peditū legionibus instructus: equitibus uiginti millibus: quorum maior pars libycoz fuit. Ad hæc scuta. is plurimis & Elephātis circa triginta aduentare diceretur: & cum eo Iuba rex qui pedites alios ad triginta millium numerum. Numidas equites ad uiginti millium. Lanceatores quoq; multos: & elephātos sexaginta alios secum duceret: Romanoz exercitus coepit trepidare militesq; inter se tumultum concitarunt: eoz causa quæ iampridem experti fuerant: & hoc ob opinionem multitudinis ac uirtutis. maxime insurgentium Numidaz equitum: tum ob elephantorum bellum aduersus constitutum. Boccho deinde altero maurusiorum rege. Cirtam quæ Iubæ regia fuerat intercipiente Iuba intellecta re ad propria cum exercitu reuersus est: triginta duntaxat elephantis Scipioni derelictis. Qua ex re Cæsaris exercitus adeo exhilaratus est: ut quinta legio elephantis se opponi postularit: eaq; in patris uictoriam adepta sit & ex hoc nunc etiaz ipsi legioni elephanti uexillis inscribuntur Tādem longa cū labore in omni eius belli parte pugna. multimoda conuersione facta Cæsar uix tandem in uesperam uictoria potitus est. Et Scipionis exercitus demum superatus nulla uictoriæ intermissione: nec in nocte quidem facta quoad omnia pfligata sunt. Pauci hostium ut potuere in fugam abeunt. Scipio cæteris Affranio permissis: per mare duodecem cataphractis nauibus elapsus est: In hunc modū exercitus octoginta millibus militum ad prœliuz instructus: & iampridē expertus: & ex prima pugna in spem maximam elatus: hoc secundo prælio penitus dissipatus est. Cæsari gloria felicitate belli insuperabilis a cunctis habita. Nihil uicti uirtuti eius tribuentibus sed propria errata Cæsaris fœlicitati ascribentibus. Visum est enim in bellum ducuz imperitia in hanc cladem decidisse: minime sustinentibus ipsis: quousq; ut i exteris indigeret Cæsar: neq; pri

mam uictoriam ad finem usq; deducentibus:uerum statim se ipsos dissoluẽtibus:cum iam Cæsar esse ꝓfligatus. His uticæ relatis circa tertiaꝫ ferme diem:& Cæsare subito ad mouẽte copias:fuga oĩum insecuta est:quorum neminem retinuit Cato:sed naues illu strioribus eoruꝫ tradidit:Ipse quietus inurbe pstitit. Vticensibus ẽt pro illo in primis de precari pollicẽtibus:subridens Cato:non conciliatione sibi cum Cæsare opus esse respõ dit:& id ipsum Cæsarem optime intelligere:Publicatis insuper his quæ recondita apud illum fuerant singulis Vticensium primoribus inscribens atq; dispartiens :circa uespe/ ram a balneo ad cœnaꝫ transiit. Discũbens porro conuiuatus ẽ eo more:quo a Pompeii nece consueuerat:nihil solitæ conuersationis omittens:neq; plura aut pauciora cõuiuio inferens. Cum astantibus etiam de his qui enauigauerant sermonem protulit: rogans ut an prospero uterentur uento & quanto interuallo longe essent habituri priusq̃ ad lu cem accessissẽt Cæsar. Postremo in cubiculum delatus:cæteros omnes filio excepto:a se dimisit:quem solito artius amplexus est. Post hæc ensem lecto assidere solitum minime intuens exclamare cœpit. Se hostibus ab domesticis inermem prodi. Q uemadmodũ enim inquit necessariis uti possum si per noctem contra me insurgat quisq̃? Amicis au/ tem illum adhortantibus:& se nihil in eum machinari profitentibus uerum ut sine en se qescere uellet suadentibus:apertius hæc inquit. Nõ. n. mihi mori cupienti:ense opus est:Facillime quidem uel ueste spiritum licet opprimere:uel caput parieti ultro impige/ re:uel in collum præcipitare me ipsum ut peream uel retẽto spiritu obire mortem:Mul taq; alia elocutus ut ensem perferrent exorauit. Q uo allato:Platonis librum qui de ani ma inscribitur:ab illis poscens legere perseuerauit. Cum a lectiones desiisset:qui portis præsidebant:quieti indulgere monuit. Ipse autem se sub pectore impresso ense uulnera uit. Effluentibus itaq; uisceribus cum strepitus insecutus esset:qui ad portas moraban tur subito accurrunt. Medici quoq; uiscera adhuc illesa reducere & uulnus colligare ten tabant. Ille reasumpto spiritu dissimulare iterum:ac seipsuꝫ increpans:q; minus alte uul nus impressisset gratias illis ueluti salutis suæ auctoribus ultro reddere demum se quie te indigere dixit. Illi arrepto ense discessere & quasi qeturo præclusere portas. Cato dor/ mientis similitudine prælata obligationes uulneris silens ipse manibus diripuit amba/ bus:& futuras corporis infregit:feræ in morem. Vulnus præterea:& uentrem ungui/ bus digitisq; lacerauit uisceraq; discecit quoad tandem extinctus ẽ. annum iam quinqua gesimum ætatis agens mentem suam ex huiusmodi iudicio aperuit oĩum mortalium fe re singularis. Iustum & honestum:& quod bonum dicitur:non moribus magis qua ra tionis magnanimitate Diffinit. Martia illi uxor:Philippi filia a principio fuit:qua maxi/ me oblectatus est filiosq; ex ea genuit:deinde Hortensio amico habendam tradidit:ue/ teri consuetudine cum ille filiorum cupidus:nusq̃ mulieri fœcundæ conuenisset Hãc po sterius ex eo pregnantem domum reduxit:quasi illa indigeret. Talis cato fuisse scribit: quem Vticenses splendide intulere sepulchro. Cæsar illum gloriæ suæ inuidisse retulit. Ciceronem de ipsius laudibus librum perscribente :qui Cato appellabatur:Cæsar ex ad/ uerso anticationem in calumniam eius edidit. Iuba & Petreius perceptis his quæ gesta fuerant:cum nec fugam aut salutem ulterius sperare possent inedia uulneribusq; se ad inuicem tandem confecere. Cæsar Iubæ regnum romanis sub tributo contulit. Cui cris pus Salustius pro prætore præfuit. Vticensibus Catonisq; filio ueniam concessit. Põ/ peii filiã cum duobus ex ea natis Vticæ deꝑhensaꝫ:Põpeio demisit incolumẽ. Ex tercen tis uero illis q̃ Senatus formaꝫ pferebãt:quoscunq; reptos neci tradidit. L. Scipio:q eo in bello impator fuit:hyemeꝫ in mari agẽs:hostilibus nauibus a casu obuius:pegregiæ se gessit:donec superata eius classe se ipsum interemit:sponteq; in mare præcipitem de/

Cato

Mori cuiuis facile.

Mors negari nõ põt.

Cato gladio mambu-

Catonis uoluntas Mors quadragesimũ octa/ uũ scribit plut.

Cato hortensio uxo/ rẽ utendã dedit

Ciceronis cato.

Antiqtates cæsaris

Iuba } semnicem
petreꝰ } confecerũt

Crispꝰ Salustius ma uritaniæ pꝛtor.

L. Scipionis Mors Memoria digna.

belli cęsaris in libya cęsaris finis.

dit. Hic igit Cæsaris in libya belli finis fuit. ipse romā reuersus q̄ttuor interpositis pere
git triūphos. De gallicis primus in quo plurimas: & magnas duxit natiōes: & quæcūq;
alia deficiētia adeptus fuerat. Pōticum cōtra Pharnacē: Lybicum in libycos: q Scipioni
Iuba Iubę filius adhæserāt. Inte hos Iuba: Iubæ filius infans adhuc afferebat. Attulit & cuiusdam circa
Nilū naumachie triūphum ægyptium: Gallos: & Pharnacis in medio. Q uæ ad roma
nos ptinebāt: ueluti inter ciues gesta: neq; sibi admodū honesta: & romanis insup tur
pia: infaustaq; uidebant: triūpho p imagines inscripsit eorumq; passiones pariter expres
triūphus ex imagi nibus: sit: Viros quoq; similitudinibus uariis: scriptisq; repsentauit: Pompeii imagine excepta.
Huius solus deferri: & ostēdi uetuit: cum populum erga illum beniuolētia affectum ad
huc esse intelligeret. Populus igit domesticis in malis: q̄q̄ timore oppressus: suspirio ta
men mœrorem pdidit: potissimus cuius. L. Scipionem: imperatorem suum a seipso sub
pectore traiectum: & in mare collabentem: & Petreium se in edia: ferroq; conficientem
intueretur Et Catonem feræ in modum uiscera dilacerātem sua Achillæ necem ac Po
thini gaudio prosecuti sunt omnes. & in Pharnacis fuga risum emisere. Pecuniarum in
triumphis summam delatam ferunt sexaginta quinq; talentorum milliu. Coronas ex
auro duas: & uiginti: ac octingentas supra duo mille: quæ quattuor supra decem & qua
drigentarum amplius uigintiq; millium librarum pōdus excellerent. Ex quibus statim
post triumphum: quæcūq; exercitui pollicitus fuerat ampliore adhuc pecunia exoluit.
Cęsar quę pmia Militi drachmas quinq; mille atticas. Turmæ ductoribis totidem. Tribunis militum:
militi. equitibusq; in duplo maius. Ad hæc singulis ex populo minam unam atticam. Specta
Cęs spectacula mul tifariā edidit. cula quoq; multifariam edidit: equorum & musici: pedestriscq; certaminis: uiroru mille
ad totidem certantium: & equestres pugnas ducentorum pariter & aliud ex peditibus
Cęsar populo cōpia rū. equisq; præludium subinde immiscens: Elephantorum uiginti bellu utrinq; locato.
Naualeg præterea pugnam remigum quater milliū: mille ballatoribus utraq; ex parte i
Naumachia cęs: p forū C. cęsaris: sidentibus. Erexit & Veneri genitrici tēplum ut prius ad pharsalum uouerat bellu ini
turus. Atriu quoq; tēplo circunduxit: qd romanorum forum esse uoluit non rerum q
dem uenalium: sed eorum: q ad iura simul cōuenirent quemadmodum apud Persas: aut
querētibus: aut explicantibus iura cernuntur Cleopatra perillustrem deæ imaginem tē
plo contulit: quæ a nobis eo in loco adhuc uisitur. Cum census populi describeretur: uis
dimidium turbæ: quæ ante bellum fuerat inuentum est in tantum huiusmodi conten
Cęs: hiberiā cōtra pompeij filiū. tio exhausit urbe Ipse iam quarto functus cōsulatu in hiberia cōtra iuniorem Pōpeiu
profectus ē. Hoc q̄ppe residuum: nec ab eo contēnendum supererat ciuile bellu Q ui
cunq; etenim optimi ex libya: perfugerant hunc in locum conuenere: & exercitus ex ly
bia: ducibusq; in pharsalo superatus in unum se contulerat Ex hiberis uero: & celtiberis
nationibus audacissimis bello cōsuetis & ex seruis præterea multitudo ingens ad Pōpe
Bellū ciuile cęsaris et pompeij q̄ diu duraue ium uenerat & iam quartum annum in his contentionibus exegerant animoq; ad pu
gnandum parato cum desperatione quoq; ferebantur qua minime confisus Pompei?
pugnam subire formidabat. Verum accedente Cæsare belli discrimen inire statuit: q̄q̄
dissuadentibus illis senioribus qui ad pharsalum & in lybia Cæsarem experti ex tempo
re famæq; ueluti exteris in locis conterendum potius esse suadebant. Cæsar autem e ro
ma septe & uiginti diebus ad eos uenit grauissimo exercitu lōgissimum emensus iter.
Timor igitur: qualis haud antea: exercitum eius inuasit ob mult tudinem: & experien
tiam desperationemq; hostium. Ob q̄ Cæsar tardius milites in aciem educebat. Id aiad
uertens Pompeius ppius accessit: ob pauorem minimi eos faciens. Q uod dedecus p
moleste ferēs Cæsar copia prope Cordubā in aciem eduxit: insigne ut prius Venerem
illis anteponens Pompeius e contra pietatem: Incumbente Cæsar cum exercitus pauo

p Templū veneris genitricis cęsar quoto erexit

recorreptus trepidaret: pauori quoq; desidia admixta esset: Cæsar porrectis ad cœlum manibus deos oēs inuocare & ne unico prœlio: multa & splēdida eius gesta deturparēt: cœpit deprœcari. Milites quoq; discurrens nominatim appellabat. Cassīde præterea adēpta: uultum eius indispicere cogebat. Illi uero nec hoc q̄dem modo a timore cessauere: donec Cæsar unius clypeio arrepto: duces circūsidentes in hunc modum affatus est. Erit hic mihi uitæ finis. Vobis autē rei militaris dies ultima. Quibus dictis ex acie procurrēs sic hostes propulit: ut p decem pedum spacium: loco cederent: ducētaq; ad illum tela iacerētur: quorum partem euitaret: partem clypeo exciperet. Ea ex cā cæteri accurrentes ante illū cōstituerunt: & exercitus oīs impetu euectus p uniuersam diem pugnauit: nunc impellens: nunc repulsus uictus uictorq; per partes: quousq; in uesperam tandem uictoria potitus ē: ut Cæsarem dixisset fuerant plerunq; p uictoria: tunc āt pro anima solum decertasse. Cæde ingenti edita: fugaq; a Pōpeianis in Cordubam subinde facta: Cæsar ne fugientes hostes denuo ad p̄lium redire possent: militibus ut urbem uallo cingerent imponit. Illi defessis corporibus ob bellum gestum: interēptorum arma inuicem deferre incipiunt: & telis in terram fixis sustinētes super ipsa morati sunt. Sequēti die ciuitas ab illis capitur. Ex Pōpeii ducib⁹ Scapula erecta pyra semet iniecit flāmis. Varri: & Labieni ac aliorum illustriū capita ad Cæsarē delata sunt. Pōpeius cladis initio cum cētum: & quinquaginta eqtibus ad Cartheas aufugit: quo ī loco classeū obtinebat & ueluti priuatus naues latens: lectica ablatus ē. Cum āt & hos de salute desperātes intueret: ueritus ne ab illis traderetur hostibus fuga denuo inita scaphā ingressus ē: pede casu a funibus implicito: dū funē gladio secare nititur: pedis plātam gladio abscidit. Eo mō ad locum quendam naue delatus curabat. Cum denuo quereret ab hostibus: p iter profundum: dumisq; ob situm fuga elabitur. Sētibus uulnus stimulantibus sub arbore tandem fessus constitit. Deprœhēsus itaq; ab his: qui illum inq̄rebant: non ignaue sese protegens interfectus ē. Caput ad Cæsarem delatum eius mandato sepulturæ traditum. Sic bellum uno impetu præter cunctorum opinionem cōfectum ē. Reliquos ab his fugientes. Pōpeii frater adolescētior in unum congregabat: & ipse Pōpeius appellatus: Sextus prœnomine. Verum idem latitās: & fugiens dietim p̄dabatur. Cæsar romā regressus: ciuilibus cōfectis bellis oibus: formidabilem se uniuersis: ac ferendum præstitit & qualis ante eum nemo fuerat. Ea ex causa honores oēs: qui supra hoīes excogitari possunt nulla mensura illi præbiti. In sacris scilicet: ludis munumentis: in tēplis: lociscq; publicis: per tribus uniuersasq; nationes & reges qui noī romano amici ia aliqua afficerentur. Figuræ multiformes eius statuis inscriptæ: quarum nōnullis corone ex quercu additæ ueluti seruatori patriæ: quibus olim ciuem clypeo tegentes ornabantur. Appellatus est & pater patriæ: & dictator in oēm uitam electus: consulq; ad decennium. Corpus eius sacrum & intemeratum habitum. Ius ab aureo solio eburneoq; dicebat & triūphalibus indutus ornamentis continue sacra faciebat. Vrbem per singulos annos diebus in quibus acie uicisset: sacrataq; statuerunt sacerdotesq; ad quinquēnium uotaq; publica pro eodem haberi solita dignitates ad hæc cōstitutæ: quæ iureiurando nihil his: quæ a Cæsare cōfecta essent aduersari uelle confirmarent. Ad honorē quoq; stirpis ei⁹ quintilem mensem Iulium appellari placuit. Tēpla illi plurima ueluti deo publicis decretis statuta sunt & cōmune ipsi clementiæq; in unum condiderunt. Sic enim ut dominū illum uenerati ut propitius sibi foret deprœcati sunt. Fuere & qui regem dici suaderent donec his perceptis seuera obiurgatione ab huiusmodi continere iussit ueluti nefandum. Cohortes militares quarum opera se ab hostibus tutatus esset custodia dissoluit: & popularibus duntaxat ministris comitatus: in publicum processit. In hunc mo-

M. Antonius magr̄ equitū cęsaris.

dum ante rostra agenti: atq; iudicāti. decretum honorū omnium: Senatus ipse præeuntibus cōsulibus: ornatu miro: & ordine illi detulit. Cæsar hilare susceptis ipsis neutq; accedentibus: atq; manentibus assurgere sustinuit Verum stimulantibus ad regiæ appellationis nomen: assensum re ipsa præstitit. Cæteras dignitates: consulatu per decennium excepto: sibi assumens. consules in futurum se: & Antonium magistrum equitum eius declarauit: Lepido imperans ut interim pro Antonio magistratum gereret qui hiberiæ præpositus amicorum gratia illi præerat. Exules oēs reuocauit nisi si quis ad intolerabiles fuga peruenisset. Inimicis ueniam cōcessit: & plerisq; qui illum oppugnauerāt sæpenumero magistratus annos cōtulit: & ad prouinciarum curam: aut exercitum emisit. Q uibus ex rebus adductus populus: democratiam se illi concessurum confisus ē: quemadmodum Sylla pari modo potētia usus præstitisset. Cæterum in hoc q̄maxime uidetur abertas se Imaginem qppe eius: quidam ex adulatorum numero ex uerbo ad effectum regni repræsentans: lauro tenia peralba inserta coronauit. Hunc Tribuni Maryllus: Cesetiusq; carceri incluse re: simulante & in hoc Cæsari rem gratam agere: qui ad regni mentionez continuo subirasci consueuerat: quod ille patienter perferre uisus. Alii circa portas aliquando gradientem salutātibus: ut regem: cum populus ad uocem ingemisceret: per callide in hunc modum respōdisse dicitur: se Cæsarem esset nō regem: quasi ad nomen eius aberrassent. Cum Maryllus eos: qui principium huic rei præstitissent: subinde deprehendissent: & a ministris in iudicium deduci iuberet: Cæsar non ulteri? ferendum ratus de Maryllo in Senatu grauiter conquestus est: neluti astute in eum insidias instruente: ob tyrannidis calumniam: dignum quoq; morte esse censuit: uel amagistratu saltez & Senatu summouēdum: q̄ potissimum illi calūniam influxit: quasi huiusmodi nomē affectaret: q̄ ad experimentum usq; pgressus tyrānidem inclulam gereret. Siue enim occasio eundem puniēdi regii nominis apellatio prætensa est: siue q̄ Tribunorum potestatem ueteri sacramento: atq; lege sacram: inuiolatamq; censeret: irā certe peringentem extulit q reliquum eius magistratus tēpus perferre nequisset. Q uod & ipse intelligens penitentia adductus cum hoc solum nullo belli initio in ipsa pace intolerabile graueq; iudicaret: amicis dixisse fertur cum illuz diligentius præcauere: admonuisset. Inimicis aduersum inqrentibus: occasionem se abunde p̄stitisse. Adhortantibus denuo illis ut custodiā corporis libericis cohortibus exhibere uellet. Nihil assidua custodia infœlicius esse inquit: & in perpetuo timore commorantibus. Neq; propterea adipiscendi regni experimenta cessauere. Nam eodem Lupercos in foro contemplante: ante rostra in trono aureo: Antonius in consulatu collega eius cum nudus nuctusq; decurreret: ut celebritatis ilius sacerdotibus mos olim fuit ad rostra delatis Cæsaris capiti diaderna intullit. Q uamobrem cum a paucis plausus redderetur: plures autē ingemiscerent: Cæsar diadema subito reiecit quod Antonius iteruz illi appofuit. Reiiciente iterum Cæsare: & id munus abnuente populus ad eorum contentionem silens perstitit: suspensus quoq; finem: & euentum morabatur. Cæsare diadema omnino respuente clamore lætitia prodidit: : Cæsaremq; summis laudibus omnes extulere. Ille igitur siue desperans: frustra labori innixius: & experimentum tandem euitans aut calumniam: aut ciuilibus quibusdam hostibus ultro cedens: siue ualitudini curam adhibens epilensiæ silicet: & caduco morbo: qui plerumq; inter ocium illi acciderat: ingentem parthos Getasque expeditionem meditatus est Getis quidem ut insolentioribus & pugnæ cupidis & propinquis sibi nationibus bellum parans parthis uero ut crassi ulciscereturiniuriam quem præter fœdus bello inausissent. Exercitum igitur sex: & decem legionum peditum: equitum decem millium: qui Ionium transmitteret præire iussit. Sem

Cęsar } coss. Anton?

Clementia cęsaris.

Diadema cuiusmodi.

Manulus trib. plēb.

Cęsar Regis nomē affectat et auersat.

Antonius lupcalib? diadema cęsari Imposuit.

Cęsar Impositū ei diadema reiecit

Cęsar communi morbo laborabat.

Cęsar In parthos expeditionē parat.

mo interim alius ex Sybillinis montis uulgatus est: Non ante parthos romanis paritu ros: q̃ rex ad eorum bellum mitteretur. Q ua ex causa nonnulli in medium afferre ausi ut dictatorem prius: sic nunc imperatorem Cæsarem esse uocitandum: & quocunq; alio nomine reges appellantur: omnesq; nationes romanis subditas nullum alium appella re regem. Ille id ipsum abhorrere simulans omnino ad egressum suum properabat cũ iam inuidia in urbe laboraret. Cæterum per quatriduum ante q̃ ad parthos profectu rus esset ab æmulis in Senatu occisus est: siue ob fœlicitatis zelum: ac potentiæ quarum iam ad summum uidebatur peruenisse. siue ut ab illis assertum est patriæ desiderio: & caritate ducerentur. Iam enim abunde notum erat: & si parthos non uicisset: haud ambiguum tamen romanorum futurum regem. Hac igitur ratione ductos arbitror in eum assumpsisse impetum: nomine duntaxat inter se dissidẽtes: opere uero di ctatorem eum & regem intuentes. Insurrexere autem in ẽo duo potissimum uiri Marcus Brutus Capio cognomine Bruti illius: qui a Sylla interfectus fuit filius: & bello apud pharsalum gesto a Cæsare profugerat: & Caius Cassius: qui triremes circa Helespontum in potestate eius dederat. Hi quippe ambo Pompeii partes olim secuti: & ab ipso Cæsare in amicorum numero habiti fuerant. Decimus etiam Brutus: & Albinus omnes apud Cæsarem honoris: & fidei causa uenerati: quibusq; res magnas idez credi disset: & in libya ad bellum proficiscens exercitum suorum curam demandasset. Nam celtas supra alpes Decimo regendos dederat. Q ui uero intra alpes essent Bruto. Cuz igitur Brutus: & Cassius inuicem de prætura urbis dissiderent: siue aliarum dignitatuz siue prætura ipsius causa: aut simulationis potius inter se contenderent: ne in cæteris una conuenire uiderentur Cæsar uerbis eos deliniens ad amicos ita dixisse fertur. Iusta Cassium exposcere: Bruto tamen indulgendum fore. Tanta omni in re beniuolentia: & honore erga illum usus est: ut a quibusdam Cæsaris filius existimatus sit: cum Seruiliam Catonis sororem: Bruti matrem tempore: quo Brutus natus est ardentissime adamasset. Itaque ad pharsalum uictoria potius: magna sollicitudine ducibus impo suisse dicitur: ut Brutum quoad liceret incolumen præstarent Verum ille siue ingratus: siue culpæ matris inscius: siue Cæsari minus fidens erubescensue: siue libertatem pluris faciens: scelus patriamque præferret: siue ex Bruti prisci stirpe genitus: qui reges expulit: & a populo conuiciis ad id opus irritatus. Nam multa Bruti prioris statuæ & ipsius tribunali inscripta clam reperta sunt: in hunc fere modum. Brute munera accipis Brute mortuus es Vtinam Brute uiueres. Q uam indignam sortitus es Brute prolem? Neque ab illo profecto es genitus pluraque huiusmodi iuuenem incenderint: ad hoc certe facinus: ueluti maiorum auctoritate dignum deflexit animum.

Increbescente itaque regis fama & concilio inter eos de hac re tum primum affuturo: Cassius dextra Bruto præbita: Q uid in consilio facturi sumus inquit o Brute? an ut Cæsaris adulatores decet sententiam de rege proponemus? Minime huic consilio adesse uelim respondit Brutus. Elatus his uerbis Cassius: Q uid si nos inquit: ut prætores aduocarint? quid agemus Brute optime? Patriæ inquit usque ad mortem opez afferemus. Q uibus dictis complexus eum Cassius: Q uis te inquit non optimus sequetur ita sentientem? An artifices: & caupones tribunal tuum inscribere magis autumas quam romanorum quosque optimos: qui a cæteris prætoribus equorum duntaxat spectacula: aut ferarum a te autem libertatem tanquam maiorum tuorum insigne opus exiguit. Hæc igitur iampridem meditati tunc quidem palam inter se protulere: primum quidem amicos proprios: dein Cæsaris ipsius attentare ausi: quos in utrãque partem audaciores nouerant. Ex suis potissimum fratres duos Cecilium: & Bu-

eolianum: & ultra hos Rubrium Rigam. Q. Ligarium: Marchum Spurium: Seruilium Galbam: Sextium Naſonem: Pontium Aquilam. Hos quippe ex domeſticis aſciuerant. Ex amicis uero Cæſaris: Decimum: de quo præſcripſimus: Caium Caſcam: Trebonium prætera: & Attilium Cimbrum: Minucium: Baſillumque. Cum abunde ipſis prouiſum uideretur nec pluribus communicandum eſſe ulterius: inuicem conſpirauere omnes: nullo iureiurando: aut ſacrificio adhibito. neq; tamen quiſquam ex ipſis ſe inmutauit: aut fidem prodidit. Tempus duntaxat: & locum requirebant. Attulit autem uel maxime commoditatem tempus: cum Cæſar die quarta ad exercitum eſſet profecturus Sed cuſtodia militum ipſum circumſtante: locum in Senatu prius elegere: rati Senatores: & cõſpirationem minime intelligerent: inſpecta repromptiſſime manus ad opus allaturos: quemadmodum in Romulum: cum ex rege tyrannꝰ effectus eſſet: euenisſe ſatis conſtat. Sic iſti pariformiter accidere: cum in Senatu fieret: non ab inſultu exſtimare homines. ſed ab uniuerſa ciuitate perpetratum eſſe: & ueluti commune facinus nullum periculum a Cæſaris militibus afferri poſſe: Verum laudem ipſis non ignorantibus: quantum negocii aggreſſi eſſent permanere. His rationibus permoti omnes. Senatum pro loco ſibi deſtinant. De modo autem inter eos dubitatum eſt. Nõ nulli quippe Antonium Cæſaris collegam in conſulatu: & amicum eius præpotentem: militibus quoq; pernotiſſimum cum eodem interficiendum eſſe cenſebant. Quibus aduerſatus Brutus: In Cæſarem inquit uelut in regem inſurgentes: tyrannicidarum habitu ros famam. In amicos uero eius: non ſecus: ac Pompeianæ ſeditionis duces: hoſtium cenſeri loco. Ad quæ potiſſimum adhibentes animum futuram Senatus unionem expectabant. Cæſar pridie quam ſenatum ingrederetur. Lepido magiſtro equitum cœnæ adhibito Decimum Brutum: Albinumq; pariter induxerat. Sermone deinde inter calices appoſito: quod mortis iocundius haberetur genus: aliis alia diuerſe ſentientibus: ipſe immeditatum cunctis antetulerat. In hunc modum de ſe ꝓſo uaticinatus eſt: & de his quæ poſtridiæ paſſurus eſſet: illuſiſſe uiſus. Nocte poſtmodum defeſſo corpore cum accubuiſſet: Calfurnia eius uxor per quietem exiſtimaſſe uiſa eſt: eundem sãguine plurimo madentem: obq; id e domo exire prohibebat. Sacrificanti etiam ut plurimum ſigna apparuere perhorrenda. Quamobrem Antonium: qui Senatum diſſolueret emittere curabat: Aſſiſtente ãt Decimo: ac illum ad horrãte: ne ſuſpitionis infamiam ſubire uellet: ſed præſens ipſe ad locum ꝓficiſcens: Senatuꝫ ſponte emitteret: lectica in Senatum delatus eſt. Spectacula tunc qdem in Pompeii theatro agitabantur & Senatus in proximis ædibus cõuocabat: ſolitus & ad ſpectacula huiuſmodi accedere. Brutus interim ſummo mane in porticu: quæ ante theatruꝫ ſita erat: exigentibus ab eo ueluti prætor ius adminiſtrabat. Intelligentes itaque coniurati de Cæſaris ſacris: & Senatus intermiſſione omnino quid agerent addubitabant. Quidam igitur ad eos ſic ſe habentes profectus: unius ex coniuratis cui Caſca nomen fuit apprehenſa manu: Tu me inquit amicum latere uoluiſti? Brutus autem omnia retttuilt. Cum Caſca ob conſcientiam trepidare cœpiſſet: ſurridens ille: a quo inquit has pecunias: quibus ædilitatem emeres tibi comparaſti? Quo audito Caſca timere deſiit. Ipſos autem Brutum: & caſſium ſimul colloquentes: quidam ex ſenatoribus Publius Lena uerbis aggreſſus: Dii uobiſque cogitatis fœlicitent inquit. Verum celeritate opus eſt. Quibus auditis conturbati ambo: ex ſtupore ſiluerunt. Cum Cæſar in Senatum deferretur: quidam ex familiaribus coniuratione percepta: ut: quæ didicerat illi annunciaret: ad Calfurniam acceſſit: hoc ſolum inquiens. Inſtante re magna: Cæſarem a Senatu redeuntem operiri uelle: cum omnia: quæ in eum parabantur haud abunde in-

tellexisset. Et alius in Gnido hospes illi notus: Artemidorus nomine ad Senatum ac- Artemidor?
currens nuperrime eum interfectum repperit. Ab alio etiam insidiarum libellus in Senatum properanti traditus: qui subinde in defuncti manibus repertus est. Antequam e lectica egre-
deretur: Lena quidam cum Cassio paulo ante sermonem habuit Cæsari obuius: quædam instan-
tius eloquebatur. Eius rei aspectus ac dilatio: adeo eos conterruit ut se uicissim intuentes
prius quam deprehenderetur: facinus aggredi uelle properarent. Verum cum sermone in longum
productio: Lenam potius deprecatem pro aliquo suadentemque quam aliquid annunciantem suspi-
carentur perstiterunt. Deinde cum Cæsaris ultro genua amplectentem uiderent itaque as-
sumpsisse animos. Mox fuit principibus Senatum ingredientibus statim ab ingressu Mos
sacra facere. Denuo itaque Cæsari id agenti uictimarum prima corde caruisse uisa uel ut alii uict
referunt: caput uisceribus in primis defuit: Aruspice periculum mortem protendi re-
ferente: subridens Cæsar id ipsum in hiberia cum Pompeio depugnanti euenisse: sibi ret-
tulit. Respondente aruspice non mediocre tunc eum adiisse periculum & nunc inquit pro
pitius nobis aderit: iterumque immolare monuit. Cum nec eodem modo litare posset consi-
lii tarditatem erubescens & ab hostibus ueluti amicis adhortatus contemptis sacrificiis in-
gressus est: hoc inquiens: Necesse est quo necesse est uenire Cæsari. Cōiurati interea Tre-
bonium: qui Antonium ante fores moraretur reliquere. Cæsarem uero in throno consiedentem amicorum in morem circunstetere omnes pugionibus instructi. Et primum quidem Attilius Cimber in conspectu positus fratris sui reditum: qui tum exul erat suplex precabatur. Attilius cimber.
Contradicēte Cæsare & omnino renuēte: Cimber uestem eius ueluti precaturus denuo
apprehēdit: exertoque pugione collum perculit uoce elata: Quid immoramini o amici? C. Cæsaris cædes.
Casca caput eius inuadens primus ferrum gutturi infixi ac fere pectus ex ictu apparuit
Tunc uero Cæsar Cimbri uestem fortius apprehensa: correpta etiam ipsius manu a thro
no decurrit & conuersus Cascam magna ui propulit. Sic se igitur habentis ac latus in
conuersione simul detegentis: alius transfixit altius. Casius pugionem in uultum adi-
git. Brutus femur uulnerauit. Bucolianus inter scapulas impressit ictum: adeo: ut
Cæsar fere in modum ira elatus unumquenque eorum a se auerteret. Post Bruti pla-
gam ueluti desperatis rebus: uestem se circundedit: quo honestius caderet. Cecidit autem
in conspectu Pompeii statuæ illi incadentis dedecus: tres & uiginti impressere plagas
Plerique etiam se mutuo impellentes aduersis percussere ictibus. Expleto ab ipsis tam
ingenti scelere hoc loco sacro & in hominem pariter sacrum: intemeratumque: subito
fuga per Senatum uniuersamque urbem fieri cœpta. Non nulli Senatorum in tumul- Tumultus ob necē
tu uulnerati sunt: alii interempti: plurima etiam ciuium: exterorumque cædes edita: nul- cæsaris.
la meditatione: sed ut in tumultu ciuitatis. per inuadentium ignorantiam solet fieri. Gla
diatores quippe summo mane instructi armis ad spectacula edenda: theatro in Sena-
tum per septa decurrere: Theatrum quoque ex strepitu cum timore: & fuga dissolu-
tum. Venalia direpta omnia: fores occlusæ & a tectis parata præsidia. Antonius ad
proprias ædes reuersus est: Rebus Cæsaris consilium afferre meditatus. Lepidus ue-
ro præfectus equitum: cum in foro persistens: quid actum esset intelligeret: ad insu- Insula thyberma.
lam quæ intra fluuium sita est accurrens: ibi enim militum legio consederat: in cam-
pum adduxit ut ad Antonii mandata paratam retineret. Antonio quippe adhæse- Lepidus antonio
rat: ut pote Cæsaris amico: & consuli in primis existenti. Ipsis igitur inter se conuenien addictus.
tibus uisum est. Cæsaris iniuriam quoquo modo ulcisci. Senatum autem cum in-
terfectoribus una conuenturum magnopere timebant. Quid fieret itaque intenti pro-
spectabant: Circa Cæsarem milites fere nulli affuerant: non enim custodibus ullis ute-
batur principatus officium duntaxat inerat. Plericque porro magistratus ciuium & exte-

Lentulus Spinther
Faconius
Aquilius
Dolabella
Murcus
Petiscus

occisi cesaris gloriá affectant.

rorum multitudo: non mediocri seruorum turba: qui se in libertatem uendicantes: ad domos proprias abscesserant. Ex his tres solum cum eo commorati: corpus ferículo imponentes nullo ornatu domum detulerunt: & eius quidē qui paulo ante terræ marīq; imperabat. Interfectores Cæsaris non nulla in Senatu dicere conati: auscultāte nemine: uestes clypeorum in morem sinistris annectentes: pugiones quoq; cruore illitos palam deferentes regem se ac tyrannum occidisse clamitabant. Ex his quidam pileum in hasta præferebat libertatis signum: uniuersoq; ad ciuilitatem patriam uocabant. Brutus: quæ ueteres in reges peregissent illis memorabat. Accurrere itaque ad eos pleriq; ensibus instructi: qui eius operis minime participes se tamen affuisse simulabant. Lentulus scilicet Spinter: Faonius & Acuinus Dolobella īsuper & Murcus & Petiscus. Hi gloriæ nullam partem consecuti supplicii & reorum causas subire. Populo ad eos minime accurrente ad dubitare & uereri admodum cœpere. Senatus nempe a principio ob insciciam: tumultumq; difugerat. Confisi itaq; his amicis & cognatis & tyrannidem insuper odio habentibus populum econtra uerebantur. Multos quoque ex Cæsaris militibus in urbe commorantes & qui tunc forte præsentes aderant: quosdam q; a militaribus soluti ōderibus inter suffragia distributi essent Alios q; ad expeditionem præparati: Cæsarem ad exercitum euntem secuturi forent. Lepidi insuper aspectu: militumque sub eo existentium timore ducebantur. Antonii ad hæc consulis: ne Senatus loco populum ad se traheret: aliquidq; eum ipso crudele moliretur. Hæc igitur animo uoluentes cum gladiatoribus in capitolium una peruenerunt. Consultantibus quid optimus factu esset: mercedem populo conferre uisum. Nam quibusdā: quæ gesta fuerant laudare incipientibus reliquos secuturos sperabam libertatis causa & reipublicæ desiderio pelectos: cum populum ex Romanis q̄ sinceriſſimum esse existimarent: quemadmodum Bruti illius prisci ætate fuerat qui reges expulit: nec satis animaduertebant duo hæc ad inuicem contraria: qui libertatis simul & mercedis cupidos sibi utiles arbitrārētur esse: quorū alterum facillimum erat republica iampridem deprauata. Permixta iam quidē multitudo ex aduenis emersit & libertinus par illis habetur ciuis & seruus herilem quodammodo præfert imaginē: Senatoribus exceptis quibus alia uestis q̄ quæ seruis communis est. Annona insuper: quæ romæ solummodo pauperibus impenditur: desidem æque & pauperem industrium ue Italorū in urbem conuocat nec turba eorū qui a militia soluti sunt uiritim prisco more per patrias diuiditur: Sic enim iniusta ꝓpulsabantur bella. Verum communiter ad suffragia iniqua alienæ uerbis alienarū domorū properabant homines & in sacris locis templisq; residebant sub uno signo uno præside suæ ciuitatis quæ præsentis illis erant ueluti erogationē quandā reputantes beniuoli ubi mercedem adesse noscerent. Quamobrem non difficulter admodū ex tot talibusq; uiris multitudo ingens fori in medio circa Cassiū statim coit: Qui licet mercede ducerentur: quæ gesta erant neutiq; laudare audebant: Cæsaris gloriam & aliorum qui ab eo futuri erant formidantes. Cæterum ut in communi commodo pacem conclamabant: & plerunq; primores ad eam hortabantur. Id enim interfectorum figmentum fuerat salutem suā per hunc mōdū meditantiū: cū pax non nisi delictorū obliuione indita sperari posset. His ita se habentibus primus Cinna qui prætor erat & Cæsari cognatione deuictus in conspectū uenit inopinecq; in medium ꝓgressus uestem militatē: qua erat indutus exuit: quasi a tyranno præbitam despiceret & Cæsarem tyrannum cœpit conclamare: & qui eum occidissent tyranni interfectores esse & quæ acta essent in maius collaudare: q; maiorum suorum uirtutem forent imitati. Viros eos e capitolio ut benefactores auocandos: & honoribus meritis afficiendos esse. Sic Cinna locu-

Brut⁹ et cęsaris interfectors in capitoliū

Romanorū uestis oīū cois ꝑterq; senatorū.

Cinna prętor et cesaris cognat⁹

tus est. At uero qui plebē ipsis permixtaz: nō adeo sinceraz esse cognouissent non utiq; eos uiros euocare satagebāt: nec aliud amplius: q̄ pacē conclamabāt Dolobella etiā adolescens & insignis nomine: & q sub Cæsare in reliquuz anni tēpus cōsulatū gesturus uidebatur: Cæsar urbe excessisset: & consularez uestē sibi induerat & cōsulatus signa circū tulerat eū qui talia sibi cōcessisset secundus accusabat: & his q in illū conspirassent ignoscendum esse se manu sola inuitū abfuisse prædicabat. Fuere q dicerēt: eundez natalem urbis ea die statuendū censuisse Ad'quæ mercede ducti in primis exultabāt. ueluti prætore & cōsule ipsoz īdulgētia in urbe cōstitutis Cassiuz quoq; &. Brutū e tēplo deposcebant. Illi Dolobellæ maxime cōfisi eundez & prudentez & iuuenē & p̄terea cōsulem Antonii cōatibus aduersaturz existimabāt. Descendere tandē ad eos soli Cassius & Marcus Brutus manus adhuc sanguine fœdatas p̄ferens. Intulerant. n. in Cæsarez hi plagas ad inuicē certātes. Cū in mediū stetissent nihil miserandū: aut abiectū uterq; eoz locutus est: sed ut in rebus honestis solet fieri: se mutuo laudarūt urbē beatā appellātes & plurimum Decimo attribuētes: q̄ gladiatores in tēpore illis præstitisset. Deinde populuz adhortari pergunt ut patria suis maiorib9 experiri uellet. Q ui reges non ex ui imperantes: ut Cæsar egerat: sed in pace sub legibus degentes pepulissent. Ad hæc Sextum Pōpeium magni filiū eius qui pro democratia in Cæsarē mouisset arma esse reuocandum cū aduersus Cæsaris duces in hiberia adhuc p̄ferre bellū. Tribunos plebis Cesetium & Marullum: q regnum Cæsari abstuliſſent eligendos esse. Hæc Brutus & Cassius palaz elocuti capitolium denuo ascendunt. non enim præsentibus satis fiderant. Sed cuz domesticis eorū ac cognatis: q̄primuz ad templuz ire licuisset: legatos elegere: qui pro ipsis ad Lepidum p̄ficiscerentur: & Antoniuz conciliationis & libertatis p̄uidendæ causa & ut patriæ ignoscerent: quæ nisi inter se omnes conuenirent magnoz maloz discrimen esset aditura: Hæc quippe legati exorare iussi: q̄ actum erat nequaq̄ extollentes cum de Cæsaris amicis minime confiderent uez id ipsum perferre suadentes misericordia eoz: quæ gesta fuerant non alicuius odio sed patriæ potius caritate & amore. ac urbis pietate: iam odiis exhauste assiduis: cum futura seditio reliquos bonos uideretur ereptura. Non enim esse equum si qua priuatim odia inter eos extitissent: ea in publicam conferre perniciem: Q uinimmo multo magis in rebus publicis singulares inimicitias esse eliminandas. Antonius autē & lepidus Cæsarem ulciſci: ut prius diximus: in animo habebant siue amicitiæ causa siue fœderum siue dominandi potius cupiditate ac subinde cogitantes omnia ipsis faciliora esse tot & talibus e medio sublatis uiris: Cognatos tamen & amicos eorum formidabant: Reliquum p̄ro Senatum ad eos conuersum ac Decimum p̄sertim a Cæsare finitimis celtarum populis præesse iussum qui exercitus magnos contineret. Q uibus ex causis: q̄ tutissimum uisum est futurorum p̄stolari euentum ac subinde meditari quo pacto Decimi copias assiduis laboribus attritas sibi assumeret. Hæc machinatus Antonius legatis ita redidit. Ob priuatas inimicitias nihil attentabimus: uerum odii causa & eorum quæ Cæsari iureiurādo polliciti omnes sumus custodes fore eius corporis: aut quippiaz perpesso adesse ulctores. optimū id erit iusiurandum scelus uindicare & cuz pauciorib9 innocuā potius uitam agere q̄ omnibus execrationibus esse obnoxios. Verum hæc nos: quibus sic uidet: uobiscum in cōsilio scrutabimur & id utile urbi facinus credemus esse: quod communi omnium consensu erit approbatum. Sic Antonius aperte locutus est. Illi relata gratia discedunt in spe firma ponentes omnia: Senatum certe in cunctis obsecuturum illis esse confidebant. Antonius interea magistratus nocte urbem custodire imperat quemadmodum per diem ex interuallo in medio locatis. Conspiciebantur itaq; per uniuersam

Antonius dominationē affectat.

urbem ignes: quorū gratia nocte tota coniuratorum amici ad Senatorum domos de
currebāt: eosq; ad patriæ salutem: ac suam hortabātur. Ex aduerso: eorum qui ex sorte
electi fuerant duces ferebantur palā cōminantes: nisi illis ꝓmissa etiam ultro data seruarentur. Et iam ciuium pars sincerior fiduciam acceperat. paucitate eorū qui quicq; agerent inspecta: & ad Cæsaris memoriam una ferebat: animosq; erexerat. Eadem nocte
Antonius adse & Cæsaris pecunias cum imperii codicillis in Antonii domum detulere siue Cæsaris uxor
ris cōmentarios id iubēte: q; a minus tuta in securiorē Antonii domū se cōtulerat: siue Antonii mādato.
cunias trās His peractis decretū nocte perlectū ē: Antonii sequenti die in Telluris tēplo haud lōge
tulit. ab ipsius domo Senatū habituꝝ. nō enim in cōsiliū quod capitolio subiectū fuit accedere audebat: gladiatoribus apud cōiuratos cōmorantib⁹: nec exercitū urbi inferre ne tumultū cōcitaret: quē lepidus subinde intulit. Appropinquāte die quidā ex Senatoribus
tumult in telluris templum conuenere: Et Cinna prætor uestem adhuc exutus militarem quā
mnꝰ prętoris pridie ueluti a tyrāno ꝓbitam reiecerat una uenit. Hunc q̄dam ex Cæsaris militib⁹ ira
amilitib⁹ cæsaris cōciti: q; primus q̄q̄ Cæsaris affinis maledicta in eum cōgessisset egre perferētes: lapidib⁹
periculū. insecuti sunt & ad domū quādam fugientem comitati igne adhibito succēdere tentabāt
nisi q; a lepido exercitū ductante sunt ꝓhibiti. Id cōfidentiæ in primis signū: Cæsaris rebus uidetur affuisse: & q; mercede ductis cōiuratisq; incuteret timorē. In senatu uero p
exigua quædā sinceroꝝ manus aderat. uiolentoꝝ quoq;: & quæruloꝝ. Plures. n. uaria
apparatu ad cōiuratos se cōtulerant & primū fide dignos seipsos existimātes cū illis una
adesse: & commorari & a reis ad optimos trāsire lætabant: Quod ab Antonio neutiq;
ꝓhibitū fuit satis fiso eos minime uenturos eē quemadmodum nō uenere quidē. Senatus scrutatione præposita quidā: quod ab illis audacius admodum tentatū fuerat laudaSenatorꝫ sntiꝫ
bant uiros eos tyrāni interfectores; & meritis honorib⁹ donādos prædicabāt. Quidā demorit cæsaris.
honores dandos abnuebant: recusantibus ipsis nec ob id quæ egissent fecisse profitentibus. satis esse illos ut benefactores collaudare. Alii laudationem eam omittēdam esse: solum illis cognoscendum iudicabant. Non nulli circa huiusmodi subdole se habebant satis animaduertentes: si a Senatu a principio admissi essent ad reliqua post modicum: faciliorem illis affutuꝝ aditum. Erant & qui cæteris sinceriores: hoc opus ut nefandum abhorrent. q; autem ab illustrium domibus salui præstarentur. nequaq; ꝓhibebant quę rebātur tamen si eos ut benefactores honoribus excolerent. Pleriq; econtrario dicebāt non conuenire quibus: salutem præstitissent inuidere: ut tuti esse possent. Cum uero quispiam dixisset eorum laudem Cæsari calumniam afferre neutiq; concedendum putauerunt ut defunctus uiuis præferetur. Alio constanter admodum dicente ex duobus alterum eligendum esse aut Cæsarem scilicet tyrannum profiteri: aut hos uiros ex misericordia saluos facere. hoc solum reliqui admirantes sortes ad hæc tradendas postularunt ut de Cæsaris iureiurando inter se scrutarētur sententiam q̄ sincerissime ab illis ferri posse: nihil ad sortes necessitate latas intuentibus: neque ut prius de se ipsis solicitis atque ferentibus defuncto Cæsare sub quo nihil sponte egissent: Pompeio exempto rebus humanis ac post Pompeium infinitis aliis Antonius eos contemplatus cum insidias ꝫstrueret in sermonum materiam haud inopem: & quæ ambiguitatem aꝫferret: eos incidisse uidens quod animo conceperat domestico quodam pauore ac sollicitudine illis aperit: & Senatorum multitudine conspecta qui partim ad urbanos magistratus atque sacerdotia: partim ad prouinciarum exercitum ut præfecturas a Cæsare in futurum creati fuerant: quasi & ipse in expeditionem ad quinquennium esset abiturus: silentio per tubicinem indicto: consulari potestate sic effatus est. Quū sortes de
Antonij cos. In Senatu verba. Cæsare denuo emittendas censent: eos hæc intelligere necesse est: Ipso scilicet im-

perante:& præside iuste electo omnia ab eodem facta:& præbita:illæsa permanere. Sin uiolentia:& tyrannide crassatum asserunt corpus extra urbem insepultum abiiciendu3 esse:eiusq; gesta omnia pro nihilo habenda. Est autem ut coniector:quæcunq; per omnem terram mariaq; prouehuntur nobis uendicare:& multa eorum nolentibus etiam nobis obtinere:quod post modicum ostendam. Quod autem ad nos solum pertinet: quoniam de nobis solis id ipsum est:uobis ante omnia proponam:ut perfacili difficiliorum imaginem positis cernere. Nos quippe fere omnes partim sub Cæsare magistratum gessimus partim adhuc gerimus ultra illos designati:partim in futuru3 gerere electi sumus. Ad quinquennium quippe ut scitis:& urbani uobis magistratus:& anniuersarii ad prouinciarum:aut exercituum curam destributi sunt. An hos spõte estis omissuri:hoc enim in potestate uestra est. Hæc igitur uos in primis diiudicare censeo:deinde reliqua perspicere. Ita Antonius ingens:non pro Cæsare:uerum pro seipsis:incendium exuscitans:loqui desiit. Illi subito uoce elata nullas alias sortes deposcentes in medium prosiliunt:nihil prius a populo:q̃ ut ipsis rata permanerẽt etiã quæ concessa fuerant expostulant:quibusq; uel ætatis imbecilitas:aut aliud quippiam in electione nocuisset indulgerent. Horum innumero Dolobella ascribi uidebatur. cui minime licere existimabant cum quintum supra uigesimum ætatis annum duntaxat ageret:unica ex lege cõcessum sibi inire consulatum. Subita igitur eorum quæ pridia interagenda dixerat:in mutatio ab illo facta ẽ:eodem conuiciis multos incessente:qui coniuratis honores afferre decreuissent:ducesq; suos accusassent:quo cõdecentem percussoribus salutem quererent. Alii porro Dololobellam:cæterosq; ad spem magnã incitabant gratiã ob id a populo sperãtes si magistratus statim declararet non ex præsidentium in mutatione ulla: sed ut legaliorem creationem fore ostẽderet quæ a monarcha ipso esset edita:& quæ ornamentum quoddam ipsis in monarchia:& democratia pariter afferret. Dum hæc illi loquerentur:q̃dam ex prætoribus uestes in cõtradicentium deceptionem ultro exuũt: ut demum cũ cæteris illas assumẽtes iustiore impetu efferri uiderent:neq; creatiõis huiusmõi fuisse. Sic procedentibus rebus Antonius Lepidusq; e Senatu simul exeunt:& statim non nulli a longe accurrẽtes eos uocitabãt. Cũ ab alto cõspecti essent & uociferãtium quies uix tandem subsecuta foret quida3 ex illis siue sua sponte:siue ab aliis inductus:ne similia patiant præcauere eos admonet. Quo dicto Antonius exuta ueste thoracem:quo erat indutus aperuit Aspiciẽtes deinde uerbis irritans neminẽ sine armis: ac ne consules inquit tutos esse posse. Acclamãtibus utraq; ex parte plurimis ad id facinus accurrendu3 esse multis econtra ad pacem ꝓuocantibus his quide pace loquebant ita respondit. De hac igit perscrutemur q̃lis futura sit & facta quemadmodũ seruari possit. Inscrutabilis quippe eius est securitas quoniam neq; Cæsari sacramẽta quide3 ꝓfuerũt neq; execrationes. Ad illos uero qui exire eu3 suadebant subinde conuersus consilium coru3 cõmendauit quasi sacratiora & pia præeligerent. Et ipse inquit in aciem uos educerem primus uerbis intonans nisi q; consul sum cui dictorum magis q̃ iustitiæ cura imminet:Qui enim intus sunt ita nobis suadent. In hunc modu3 Cæsar quos hostes ex ciuibus ceperat ob urbis utilitate3 saluare studens ab illis interfectus est:Hæc Antonio sensim machinãte qui factis opem afferre suadeban:Lepidum in auxiliu3 simul prouocant. Lepido uero loqui incipiente qui longius aberant ut in forum descenderet eum hortabãtur ut oĩbus æque uox eius nota esset. Quamobrẽ & ipse subito ꝓcessit ratus plebẽ ad se cõuertere & ad rostra delatus suspirare flereq; ĩ multoꝝ ꝓspectu cœpit. deinde sic orsus est. Hoc ĩ loco heri cũ Cæsare una affui. Eode3 ĩ loco uicissim defuncti necẽ cogor inqrere. Quid igit a me uultis:Acclamãtibus multis:ut Cæsaris nece3 ulcisce-

Dolabellæ leuitas

Lepidi cocio ad plẽb:

retur:e cõtra mercede conductis reclamantibus:ut pacem urbi impẽderet:Hoc inquit consulemus.sed qualem pacem dicitis:& quibus firmatam sacramentis?Nos quidẽ per deos patrios oẽs iureiurando Cæsari polliciti sumus deinde fefellimus:qui iuratorum optimi esse dicimur.deinde ad eos qui ulctiones postulabãt se cõuertens. Cæsar inquit a uobis ademptus est:sanctus re ipsa:& collendus uir. Vrbem ne:& cæteros lædere uerebimur?Hæc itaq; primores e uobis perscrutentur.si pluribus uidetur. Exclamantibus iterum illis solus perscrutato.Sic uolo inquit:& optimum mihi etiam adest iusiurandum & soli quidem: Cæterum nec mihi:nec uobis solis hoc uelle sufficiet: aut solis contradicere.Hæc & huiusmodi machinantes qui mercede ducebant: liberales intuentes:laudare incipiunt:& ad sacerdotium Cæsaris ineundum adhortãtur. Quo audito nihil exhilaratus est & hoc inquit posterius mihi memineritis. nam indignus esse uideor. Magis adhuc confidentiæ ob sacerdotium de pace:assumentibus his qui mercede ducebantur & instantius urgentibus. Hoc impius & iniquus inquit, faciã tamen quæ uolueritis:Et his dictis in Senatum reuersus est. In quo Dolobella per omne id tẽpus consulatus cã turpissime institerat Antonius.q̃ in populo fierẽt opperiens:cuius risu eum intuebatur. Diuerse quippe sentiebãt:ut abunde ex aspectu licebat intueri nec aliquid in populo feruentius actum apparebat. Coniuratos itaq; ex necessitate saluare instituit:necessitatẽ occulens:quasi in re difficili ex gratia eos præseruaret. Quæ igitur a Cæsare facta erant:consilio firmare studens:& cõsulta perficere:silentio a tubicine iterũ indicto sic orsus est.Ego quippe o uiri de ciuium facinore:consulentibus in unũ uobis nihil locutus sum. his autẽ qui de Cæsaris sorte ex aduerso pro illis deposcebant:unicũ attulit. Si enim magistratus deposuerimus:facile confitebimur:tot:& tales uiros indigne eos assumpsisse.q̃ igitur minus audistis:pscrutemini nunc:& numero colligite urbes nationes reges dynastas & quæcunq; ut sic dixerim:ab oriente in occidentẽ Cæsar nobis uirtute:ac potentia subegit legibus clementia & benignitate firmauit.Hos non nulla uos sinere necesse est his qui ea sibi uendicarunt:in oĩa bellis discidiisq; ad implere uultis qui patriæ maxime ægrotãti ob facinora nuper gesta salutes afferre cupitis.Et hæc quidem:q̃ a difficillimis & tremendis rebus longe absunt omittemus. Illa uero:q̃ non solus uobis propinqua uerum domestica p Italiam omnẽ sunt referam eos qui uictoriæ præmia sumpserunt:quos multitudo ingẽs est in armis sub eodem ordine a Cæsare instituta:& multa uicissim in urbe armatos millia quid eos acturos existimatis si q̃ accepere aut q̃ ex ciuitatibus:puinciisq; auferre satagunt illis abstuleritis?Hæc quidem nox præterita p imagines uobis anteposuit deprecantibus quippe uobis pro his q deliquarant illi ex aduerso cõminantes accurrere.Corpus cæsaris attractũ ac fœdatus insepultum quoq; abiectum.Hæc.n. Ex legibus in tyrannos fieri solent Circunspicite nũc & cogitate:qui cum eo militabant Celtas Britannos quæ accepere stabilia ne sibi fore existiment:illo qui concesserat sic turpissime affecto? Quid populum ipsum facturum quid Italos oẽs creditis? Quantas in uos concitaturos esse inuidias deos hominumq; si imperiũ uestrũ ab oceano usq; ad ignotas gentes ppagatum fœdaueritis?Non enim causa & reprehensione minus caueritis ob huiusmodi inconstantiam uestram q̃ hi qui consulem in consilio:sacrum hominẽ sacro in loco conuocato Senatu in cõspectu deorum occidentes honore dignos arbitrantur. Indignum uero illum haberi uolunt qui etiam apud hostes ob uirtutem est dignissimus. Ab his igitur ut fœdissimis:nec in nobis existentibus. abstinere uos omnino cupio:Sententiam autem affero ut ea quæ per Cæsarem facta:& consulta sunt stabilia permanebant.Delinquentes uero laudibus extollere neutiq; dignum puto. Non enim sanctum non iustum aut consonans id qui-

lepido pontifici Max. uero delat a populo.

Antonij uerba ad populũ.

dem est si: quæ a Cæsare acta sunt uelimus cõfirmari. At si ex misericordia eos saluare cupitis: affinium: & amicorum causa: idq; ad eorum gratiam illi ipsi habituri sunt. minime reꝓhendo. Hæc cum in crepatione: & impetu quodam grauitatis: differẽte Antonio: decretum statim silentibus omnibus: & id approbantibus perlectum est. Nullas in morte Cæsaris controuersiarum causas habendas esse: quæcunq; ab eo facta essent: & consulta: ꝓmanere. Ad utilitatem porro urbis: & eorum q̃ salui futuri essent firmitatem: ab necessariis eorum extortum ẽ: ut hoc etiam adderetur: non ob iusticiam: magis q̃ ob utilitatem ea fore conseruanda quod ab Antonio cõcessum est. Dum hæc ab illis decernuntur: quicunq; sortientium duces aderant proprium pro ipsis decretum cum cõmuni adiiciendum postulant: ut quæ sorte collocata: & data fuerant: immota permanerẽt. Quod nec prohibuit Antonius Senatui trepidatione iniecta Itaq; id etiam concessus est. Secutum est & aliud huic simile: Senatoribus ad domos properãtibus. Cæsar nempe apud Lucium Pisonem testamentum deposuerat. Non nulli igitur Senatum a consilio redeunte intuentes suadere illi properant: neq; testamẽtum publicandum: neq; corpus publice humandum esse: ne quid noui tumultus in urbe fieret. Senatoribus minime assentientibus ipsimet publicare uelle dixerunt ut quod cõmuni cõsensu factum esset populo minus uirium afferre posset tyrãnidem rursus designantes. Ad quæ permaxime exclamans Piso consules Senatum adhuc præsentem cõuocare admonet: deinde ita fatur. Qui tyrãnum unum interemisse gloriãtur plures nobis pro uno effecti sunt tyranni qui a me sacrorum principem sepeliri prohibent & testamẽtum efferenti minitantur & substantiã eius ut tyranni inter se partiri cupiunt & ultra hæc quæ ab illo publice facta & decreta sunt rata esse statuerũt. Quæ uero a seipso dereliquit: minime uale re asserunt. Quis iste: nõ Brutus certe aut Cassius sed q̃ illos ad hoc impulere facinus. Sepulchri igitur uos domini eritis testamenti ego. Nec. n. qui fidei meæ cõmendauit prius falli sinam: q̃ quispiam spiritum mihi adimat. Tumultu: & indignatione inter omnes subito coortis & maxime ab his qui se aliquid ex testamento adepturos cogitabant uisum est testamentum ipsum in medium afferre & cõmuni impẽsa corpus sepelire. Et super his consilium dissolutum ẽ. Brutus interim & Cassius ꝓceptis hisq; gesta fuerãt ad multitudinem misẽ ut ad eos in capitolium ueniret. Accurrentibus statim plurimis: Brutus sic exorsus est. In hunc locum uobiscum cõuenimus o ciues: qui heri in foro simul ueneramus non tanq̃ ad templum fugientes cum nihil delinquerimus neq; tanq̃ ad prærupta quædam cum rex proprias curæ uestræ mãdauerimus. Cæterum Cinnæ clade qua indigniſſime & crudeliſſime affectus est ad id cõpulsi sumus. Sẽsimus quæ ab hostibus pro iureiurando obiiciuntur nobis & ob id securitatem nullam pacis afferentibus. Quæ igitur ad ea respõdere uelimus uobis refrem? o ciues cum qbus & alia quæ ad popularem statum ꝓtinebãt cõsulimus. Postq̃ e Gallia Cæsar cõtra patriã hostilibus armis ꝓfectus est & Põpeius in primis popularis inter uos ea passus est q̃ oẽs norunt: & post eus multitudo alia bonorum ciuius qui in Lybia & hiberia bello cõciderunt haud imprudenter illum ueriti qui tyrannide iam firmas possideret præteritorum obliuionẽ a nobis exigenti facile concessimus: eamq; iureiurando confirmauimus. Verum cum a nobis idem ex sacramẽto exegerit: non ꝑsentia solum patiẽter ferre: sed in futurum quoque seruos esse uelle. quid egerunt: qui contra nos calumnias molliri student? Ego quippe romanos eos qui uere romani sunt: mortem sæpius electuros reor: q̃ ultroneam iurando subire seruitutem. Sin hucusq; nihil ad seruitutem mollitus est Cæsar nos peieraſſe confitemur utiq;. Sin uero neq; magistratus in urbe: neq; prouinciarum præfecturas: & exercituum: neq; sacerdotia: sortilegiaue: aut honores alios uobis cõtulit neq;

Cęsaris acta
ꝯ. C. cõfirmata

L. piso cęsaris
socer
Cęsaris testamẽtum.

L. pisonis occiſo
cesare uerba.

Testamẽtũ cęs:

Bruti oro ad plẽ.

Cinnę prętoris
cladis:

de quo q̃ prius consuluit Senatus: neq; populus quicq̃ confirmauit: quin in omnibus Cæsar ex mandato adesse uellet: neq; malis satiari unq̃ potuit: sed Syllæ similis effectus est: q̃q̃ ille de inimicis ultus. rem publicam uobis rediddit. Hic autem ad aliam expeditionem profecturus ad quinquennium suffragia uobis sustulit. qualem huiusmodi libertatem dicemus esse: cuius nec spes hucusq; affulxit? Quid populo præsidentes Cesetius Marullus Trib. pulsi Cesetius qdem & Maryllus? non ne sacro muneri: intemeratoq; præfecti: cum contumelia repulsi sunt? & lex una maiorum: & iusiurandum? neq; causaz inquirere Tribunis adhuc existentibus licuit. At Cæsar eos nulla in dicta causa expulit. Vtri igitur in sacros deliquere? An Cæsar ipse sacer: & intemeratus: cui ista non sponte: sed ui coacti facere concessimus: pro quo priusq̃ in patriam rediret armatus: tot ac tales: & bonos quidez ciues neci dedimus? Tribunorum quippe magistratum: num sacrum intemeratumq; partes Trib: sacrosancti. Tribunitia potestas quæ: nostri: in populari regine: nulla necessitate ducti esse uoluerunt? Idq; iureiurando perpetuo fore confirmarunt? Ad quem redditus imperii: rationesq; deferunt. Quis nobis inuitis ærarium aperuit? Quis intactos: & inuiolabiles pecuniarum thesauros rapuit: & alteri Tribuno prohibenti: necem est comminatus? Sed quale iusiurandum ad seruandam pacem iam tutum erit inquiunt: Si quidem nemo tyrannus sit. nullo sacramento necesse est: neq; partibus nostris ullo tempore opus fuit. Si uero alius tyrannus esse cupit: nihil fidum romanis: aut iusiurandum ullum expectat. Hæc enim in periculo adhuc constituti ipsi dicimus: & pro patria cõtinue dicemus. Nam cum stabili adhuc dignitate frueremur apud Cæsarem: patriam honori nostro præposuimus. Calumniẽtur igitur: & insortionibus irritantes uos Iam quidam ex incollentibus & incolatum habituris hic adestis. Annuite mihi & significate uos adesse. Annuentibus plurimis: Eya inquit o uiri: sic in aliis facite simul accedentes. Oportet quippe uos: quæ conuenientia sunt perferentes: atq; facientes: a patria uicissim: a qua premissi estis: æqua præmia suscipere. Vos populus romanus Cæsari contra Britannos: Celtasq; concessit. Aequum est Consutatio mantuani et cæsaris. igitur uox strenue agentes honorum: & utilitatum esse participes. At ille uos sacramẽtis anteueniens: q̃q̃ inuitos contra patriam armauit: & in optimos icues in Lybiam pariter dubitantes ire compulit. Si enim hæc duntaxat effecissetis: forsitan & pro his lætare mini: præmia ab illo petere. Sed cum nullus liuor: nullus tempus aut humana obliuio: quæ in Celtas: & Britannos per uos facta sunt: extinctura uideatur: pro his præmia exMilitib⁹ agri q distribuebant. poscere: æquum dicimus: quæ priscis militibus a populo dari cõsueuerant: qui domesticis: & immaculatis uiris: nunquam tellurem eripere sustinuit: neq; aliis aliena distribuit neq; uictoria potitus: æquum retributionis opus ab hostium delicta arbitratus est uni uersos agros sibi uendicare. Cæterum partem illis abstulit: eosq; milites iussit incolere ueluti deuictorum custodes hostium. Et plerunq; non sufficientibus agris: qui sub hasta aquisiti fuerant: ex cõmuni partem diuisit: aut aliam illis præcio coemit: Sic populus Cæsar militib⁹ suis quos agros distribuerit. a cura uacuos incolatum uos habere uoluit. Sylla uero: & Cæsar: qui in patriam cum armis ueluti hostilem irruerunt: super ipsam custodibus: satellitibusq; indigẽtes: neq; uos per prouincias diuisere ullas: neq; tellurem nobis compararunt: nec bonorum: quæ in publicum relata fuerant partem contulerunt: neq; honores his: quibus adẽpti fuerant: ad eorum solamen reddiderunt: cum multa ex ærario: multa ex his quæ in publicũ uenerãt haberent. Verum Italiæ nihil delinquẽti: aut qppiam iniq; agenti. lege belli ac prædatoria lege: agros: domos: sepulchra tẽpla abstulere: q̃ ne alienigenis qdem hostibus ipsi tolleremus: sed decimaz illis fructuũ imposuimus. Sic uobis: quæ nostraz sunt gentiuz partiti sunt. Eorum uidelicet: q uos supra celtas: Cæsaris militiæ cõiunxerunt præmiserunt q̃: & mutla ex uictoria uobis exoptarunt prouenire. Vos ãt sub signis militari ordi

Lex predatoria.

Hostes a romanis domiti quid P. R. penderet.

// Decimæ publicanorũ quæ. Tributũ quod hostes domiti P. R. pendebãt

ne confertos collocarunt: neq; pacem assequi potentes: neq; intrepide degentes: eorum causa: qui e ꝑpriis expulsi fuerant. Nanq; errabundus: & quæcunq; sibi uendicans uos in multis obseruato tempore: custodes habere meditat⁹ est: Sic enim tyrāni in primis cupiunt: non āt tellurem uos assumere: quam aliunde ꝑbere potuit: sed ut in hostes cōti nue insidiantes: custodes uos fidos: & stabiles haberet: ac uicissim principatus ab eo op pressi: & similia uobiscum iniuste ꝑferentis. Beniuolentia nēpe tyrānorum ad satellites ex iniuriarum illatione fit: timoreq; ꝑferendi: & hanc qdem o dii immortales cohabitationem uocāt: in qua gemitus eiusdem nationis hominuꝫ: & insultus ad eos q nihil egere ꝑpetrantur. Verum illi nunc qdem consilio nationi nostræ inimicos uos pro sua utilitate reddidere. Nos āt: quos nunc urbi præsidētes: ex misericordia saluare uelle asserūt: eandem tellurem uobis imꝑpetuum firmauimus: firmamusq; & testem horum deum facimus & habetis: & habebitis quæ accepistis neq; uobis quisq̄ eripiet. Nō Brutus: nō Cassius: non oēs qui pro uestra libertate periculuꝫ adiuimus. Quod unicum in hac re querela dignum ē. Sanemus nosipsos Id. n. cōciliationem ad oēs uobis similes nationes afferet: & iocundum erit obsequentibus: qbus honorem ablatæ telluris ex publico reddere intēdimus & ex primis qdeꝫ conferre uectigalibus ut nō solum ex sorte uobis præbita certa teneatis uerum sine inuidia incolere possitis. Hæc differēte Bruto: audientes oēs & inter se una cōferentes ut iustissima cōprobarunt. & hos uiros intrepidos & populi presertim amicissimos admirati: summa beniuolētia cōplexi sunt & in sequētem diem eorum operā nauare pollicentur. Cum illuxisset: cōsules multitudinem ad conciōnē conuocant & quæ illis uideantur intelligunt. In his Cicero uir dissentissimus de discordiarum obliuione laudationem per ingētem rettulit. Ita oēs exultantes Brutum Cassiū que e templo auocāt. Illi obsides interim sibi mitti poscunt qbus Antonii & Lepidi filii ꝑmissi sunt. Quāprimum Brutus: & Cassius in cōspectu uenere: adeo plausus ingens: & uociferatio exorta ē: ut consulibus nō nulla dicere cupiētibus nemo assisteret sed eos q̄primum inter se conciliari: amplectiq; iuberent. Quod ab illis factum est: statimque cōsulibus animus hebetari uisus siue timore siue inuidia ut uiros illos in re. p. diuersa ab ipsis sentientes cōspexere. Interea Cæsaris testamētum tabulis quibusdam affertur q̄ multitudo recitari iussit. In eo Octauius sororis suæ nepos adoptiuus filius inuentus ē. Populo hortāti trāstyberini ꝑbiti. singulis romanoruꝫ ciuibus: q̄ in urbe aderāt: quinq; & octuaginta drachmæ atticæ collatæ. Qua ex causa populis ad iraꝫ subito concitus ē: cum tyranni calumnia seductus: uiri patriæ suæ amicissimi: testamētum intueretur. Miserandum porro uel in ꝓmis id uisum ē: cum Decimum Brutum ex eius ꝓcussoribus: inter secundos hæredes scriptum cognouisset. Cōsuetudo nēpe romanoruꝫ in testamētis fuit: primis hæredibus secundos addere: ut si primi hereditatem non adissent nāciscerentur ultimi Ob id non mediocriter cunctorum aī turbati sunt: dirum ac nefāduꝫ existimantes: Decimum in Cæsarem ultro cōspirasse: qui ab illo filius esset noīatus. Pisone deinde Cæsaris corpus in forum deferente: turba ingens ad custodiam eius cum armis aduolat: corpusq; magna uociferatione & in signi pōpa in rostris collocāt. Subito itaq; heiulatus & suspiria audiri: arma ab his: q deferebāt cōcuti cœpere: nec multo post obliuiōis secuta pœnitētia. Antonius sic se habētes cōtēplatus: neutiq; occasioneꝫ negligendā ratus: laudes Cæsaris dicere exorsus: ut cōsuleꝫ cōsulis: amicuꝫ amici: cognatum sibi cognati decet: Erat. n. Cæsari iam sanguine cōiunctus: ita rettulit. Nō dignū arbitror o ciues tāti uiri cōmendationē in funere eius a me potit⁹ q unicus sum q̄ ab uniuersa patria eē referēdaꝫ. Quæcūq;. n. uirtuti Cæsaris: quē nos ꝑiter amauim⁹: Sēatus & post ꝑpum populus uiuēti adhuc: ex decreto cōtulit: uestraꝫ: & nō Antonii uocē esse existi-

finis orationis bruti.

Cicero pacis fœdamenta iecit Inter antoniū et cæsaris percussores.

amnestia ꝑpetuꝫ.

Testimētū cæsaris octauius adoptiuus cæsaris filius et hæres Testamento.

hortati

plebis i cōstantia.

Decimus brut⁹ Inter cæsaris hæredes.

Corpus cæsaris In rostris.

Antonius cæsarē mortuū laudauit.

ꝑ Dant obsides cōiuratis Antonij et lepidi filij.

ꝑ Testamentoꝝ mos apd R.

mans referaz. Et hæc uultu mœsto: grauiq; recensuit. Voce deinde singula indicans: & in his diutius insistẽs: maxime in q̃bus ex decreto eum cõsecrarant: cũ diuinum scilicet: & intemeratum: patrem patriæ & benefactorẽ: uel p̃sidentem: & qualez neminem unq̃ appellasset in oibus. Antonius uultũ: manũq; ad Cæsaris corp⁹ inferẽs: sermõis apuit. Ad singulos ẽt oratiõe breui inuens: misericordia: indignatiõeq; repleta. Hoc inqt decretum patris patriæ: hoc pietatis testimoniũ: hic sanctus & itemeratus: & illæsibilis uir: & ad quem aliqs p̃fugeret: non ãt ab eo diffugeret q̃q̃. Vex ille uobis sacer & imaculatus interẽptus ẽ: nõ tyrãni in mortẽ per uim honores capiẽs: quos nec unq̃ postulauit. Illi berrimi qppe nos: q hæc indignis: & minime poscẽtibus impẽdimus. Vex uos pro nobis respõdete: q̃re non illiberi: O fideles ciues qui tali honore defunctũ estis p̃secuti: Et his dictis: iusiurãdum iterum recẽsuit. Nos Cæsarez: & Cæsaris corpus totis uiribus custodire pollicemur: si qs insidiabitur: Extorrẽ esse si quis opem nõ attulerit decernimus In hoc maxime uocẽ: manũq; capitoliuz uersus erigẽs. Ego Iuppiter patriæ: cæteriq; dii inqt opez afferre paratus sum: quẽadmodum iureiurãdo sum pollicitus cũ collegis meis quæ cognita sunt inferre libeat: & iferri dep̃cor. Tumultu igit̃ a Senatu sup hoc maxĩe: qd̃ in eum publice dicebat̃ elato paulisp se refrigerãs Antonius: & ad se rediẽs itex fari cœpit. Videnť inqto ciues: quæ gesta sunt nõ hominum manu: sed demonũ potius opa esse facta: & qd̃ adest: magis q̃ qd̃ factum ẽ: decet p̃scrutari: cum maius piculuz nobis allatura uideãtur quæ futura: q̃ quæ sunt præsentia: ne ad pristinas seditiões reuertamur: & quicqd generosi in urbe resĩdet conteratur denuo. Præmittamus igitur eum tanq̃ sacrum in beatorum numex solitum illi hymnum: & fletum decantantes. Hæc referens uestem a pectore quasi lymphaticus qdam abscidit: secq; ea accingẽs manuũ dexteritate: lectum sub tentorio posuit: nunc abscõdens: nõnunq̃ detegens: ut deuz celestem primũ uersibus cecinit: & ad fidez ex deo geniti manus protẽdit: cõcita uoce bella: pugnans: uictorias: gẽtesq;: quas idem patriæ subegerat edisserẽs: Spolia p̃terea quæ detulerat summa admiratiõe recẽsẽns: & continue exclamans. Hic solus inuictus cõtra oẽs: qui cuz eo cõgressi sunt. Tu solus patriæ: p tercẽtos annos turpiter afflictæ attulisti opem: & feras gentes: q̃ solæ in Romã uenerant: & incẽdium urbi solæ intulerãt ad genua tibi subiecisti. Multa alia demuz deprecatus: uocez explẽdida uertit in flebilem: & ut amicum indigniſſima p̃pessum deflere cœpit ac lamentari: palãq; exoptare pro Cæsare aĩam propriã cõmutare posse. Dein uehemẽtissime cõuersus in lachrymas: Cæsaris corpus nudum protulit: uestez pilo impositã ostẽtans: plagis laceratã undiq; : & impatoris sui sanguine fœdatã. Ad q̃ populus ueluti lugubri in turba lamẽtatus: ex luctu in irã cõmotus ẽ. Cũ uero ad hos fletus: & alii uicissim ritu patrio: cũ cãtu referrent̃: uoluptate ductus: opera eius denuo: cedẽq; recensebat: potissimum ĩ his: in q̃bus Cæsar erumnas proprias deflere uidebatur: aut q̃bus ex hostibus beneficus fuisset nominatim p̃dicabat: uel cum de p̃cussoribus eius: ueluti admirans querebat̃. Men. seruasse ut essent: q̃ me p̃derent: Ad ea populus quasi in re admiranda agebatur: maxime oẽs scilicet in cædem eius coniuras se: q ex põpeiana seditione. Decimo excepto in potestatem eius uenerant: & pro suppliciis ad magistratus nationumq; præfecturas: & exercitum elati fuerãt. Decimum p̃terea ab eo dignum habitum: ut filius institueretur: ac hæres. Sic furente turba: cum ad manus sese accingeret: qdam ex Cæsaris lecto imaginem eius extulit: cæra fabricatam. naz corpus supinum in lecto resĩdens haud ab ullo cerni poterat. Imago ãt ex machina undequaq; uertebat̃: & tres supra uiginti plagas p̃ uniuersum corpus: uultusq; ostẽdebat: ferino ritu ĩpressas atq; patentes. Hanc igit̃ imaginẽ: ut lugubrez intuẽs uulgus: dolorẽ ulterius ferre nõ potuit. uex in unum statim cõiurauit: ac locuz in quo Cæsar ab æmu-

Cęsar interdicos ab antonio primũ relatus. — uestẽ scindert maroris indiciũ.

gallos intelligit.

Antonius adimui diã brutj uestẽ cęsaris ęaqunefœdatã ꝓtulit.

Nenię in funere C. cęsaris.

Imago cęs: & cetera.

lis interemptus fuerat circundedit:igneq; combussit:& percussores longe fugientes in secutus est:adeoq; ītemperanter ex ira & dolore cōmotus ē:ut Tribunum Cinnam ex nominis parilitate deceptus:cum prætor:q in Cæsarem orauerat Cinna diceret:eundē esse existimans:nō expectato iudicio crudelissime necauerit:contrucidaueritq;:ut nulla pars sepulchro potuerit inferri ignem quoq; ad cremandas pcussorum domos cōporta rit. Verum resistentibus strenue illis:uicinisq; rogātibus:ab incēdio temperatum ē: q̄q̄ populo arma in sequētem diem afferre cōminanti. Q ua ex causa percussores se occultā tes ex urbe diffugere. Populus ad Cæsaris corpus denuo reuersus:in capitolium defer re:ueluti rem cōmendatiōe dignam:& cum diis tumulare pariter cōtendit: Aduersanti bus demum sacerdotibus in forum retulit:quo in loco uetera romanoꝝ regum uisebā tur monumenta. Et ligna:sedesq;:& quæcunq; in foro parata inuenerāt:aliaq; huiusmo di intulere oēs:ac pompam uicissim abundātem inferrentes:nōnulli coronas a seipsis: & donaria multa iniecere flāmæ & p noctem circa pyram cōstitere:quo in loco primum ara erecta ē:nunc templum Cæsaris ipsius residet:quod diuinus condignum celebraue re honoribus. Et enim hæres:& filius Octauius:Cæsaris nomine assumpto:& p uestigia illius:rēpublicam disponens:principatum:q nunc etiam permanet:ab illo radices as sumentem:maiorem in modum auxit:& ut parētem summis prosequeret honoribus: parem diis īmortalibus haberi uoluit. A quo primo nunc etiaꝫ Romani cuicunq; huic imperio assistenti:nisi tyrānus:aut indignus sit huiusmodi honores cum e uita cesserit so lent impartiri:q prius illis p̄sidentes:ne regis qdem appellatiōe dignos censuere. Sic Ca ius Cæsar extinctus est in die:quam idus Martias appellant:& quam uates non euasu rum eum esse prædixerat:q̄q̄ ille irridens circa auroram:aduenisse idus diceret:uatesq; ī territus nundum præteriisse respōderet. Is igit talibus:& a tanto uate præmonitus indi ciis:signisq; aliis:q̄ a nobis præmissa sunt irrisis: progressus interiit:annum sextum su pra quinquagesimum ætatis agens:uir ad oīa fœlix:ac beatus:& qui præclara multa ges serat: Alexandro fere ad oīa consimilis. Ambo qppe ambitiosissimi oīum fuere ac belli cosissimi:& ad quæcunq; cōcupita ineunda citatissimi ad pericula īpetuosi:corporis etiā contēptores proprii neq; militari disciplina magis fræti:q̄ audacia & fortuna. Q uoruꝫ alter per inaquosa plurima ad Hamonem æstatis temporibus profectus est:& Panphi lium sinum:enauigato mari fœliciter excurrit:& pelagus fortuna continente transmi sit:& in itinere instante hyeme: per importuosum mare ad Indos usq; penetrauit:& in oppugnatione oppidi per scalam primus ascendit: & in hostes e muro prosiluit solus: tribus supra decem uulneribus corpore exceptis: & inuictus semper existens: singulo ferme aut duplici opere unum quodq; belluꝫ superauit:multa Europæ barbara sibi uen dicans. Græcos porro manu uicit: bellicosissimam gentem & libertatis cupidam: nec ulli priusquam Philippo: per ornatum ad belli præsidentiam: modicum quid parere as suetam. Asiam ferme totam:ut sic dixerim: excurrit: Sic ut Alexandri fortunam:ac po tentiam ex regionibus:quas adeptus est:metiri possimus:qui cum reliquum orbis ani mo conciperet extinctus est. Cæsari autem Ionium mare hyeme media patuit:& naui gationi eius tranquillum se præstitit. Hesperium etiam oceanum supra Britannos idem enauigauit:& cum nundum coum promontoria esset expertus cedentes guber natores naues appropinquare iussit. Ipse uero per alios fluctus solus parua rate: no cte per uim profectus gubernatori ut uela uentis traderet imponit & ut maiorem in Cæsaris fortuna quam in mari spem apponeret edixit. Intra hostes sæpenumero pro siluit solus trepidantibus cæteris: & tercenties ipse in celtas aciem instruxit: donec qua tercentias nationes potestatem sibi subdidit:sic Romanis formidabiles ut sacerdotum:

Lex immunitatis sacerdotū et seniorum.

Sacerdotes uacationē militiæ habebant.

Cæsar namdo periculū mortis euasit

seniorumq; lege: de immunitate belli edita ascriptum sit nisi celticum instaret bellum: in cumbente eo: sacerdotes: senioresq; in armis esse oportere. Cæsar circa Alexandriam de pugnans: & in ponte solus derelictus: & oppressus undiq; uestē purpuream abiecit: & in mare desiluit: & ab hostibus perquisitus in profundum enatauit diu latens: solam ex interuallo respirationem hauriens: donec amica appropinquante naui manus extulit & seipsum ostentans saluatus est. Ciuilibus autem in bellis uel propter timorem: ut dicere solebat: uel propter dominandi libidinem illapsus ducibus in bello optimis usus ē. Exercitibus præterea multis: & magnis: nō barbarorum modo sed romanorom occurrens: qui uirtutem: & fœlicitate p̄stiterāt oēs superauit unico prœlio: aut duobus ad summum expertus hostes. Neq; tamē in oībus exercitui inuicto quemadmodum Alexander est uisus. Nam & apud celtas fœde deuicti Cotta: & Titurius prætores eius: magnam sustinuere cladem. Et hiberia Petreius & Affranius: obsessorum in modum milites eius concluserunt & Dyrrhachio & in libya aperte fugam meditati sunt. Et in hyberia iterum Pōpeium iuuenem extimuerunt. Cæsar qdem ipse interritus semp fuit & in fine cuiusq; prœlii inuictus habitus. Romanoq; potētiam terra mariq; ab occidente ad Eufratem usq; pertinentem p̄uim pariter clemētiamq; subegit multo q̄ppe Sylla constantior multoq; cōtinentior. Regē enim seipsum nolentibus ostēdit & si appellatione eius abstinuerit. Cum bella alia aio conciperet uicissim & ipse extinctus ē. Affuit ambobus exercituum quoq; similitudo. prōptissimi q̄ppe utriq; affuere ac beniuoli & in p̄liis feritate similimi. Inobedientes sæpenumero suis impatoribus & ob assiduos labores ad seditionē proni quos defunctos deplorauere desiderauereq; q̄ maxime & deoq; honoribus dignos cēsuere. Vterq; ēt corporis robore & pulchritudine p̄celluit. Vtriq; louegenus. Ille qdem ab Aeaco & Hercule hic ab Anchise & Venere duxit originem. Cōtētio si aduersus irritātes ambo ad cōciliandum uero p̄faciles & in captiuos pariter clementes habiti ultra clemētiam beneficii quoq; neq; aliud q̄ uicere affectātes. Hæc igit in hūc modum cōgrua & si dispari utercq; potētia ad principatuq; accesserit. Ille. n. ex regno iaq; adaucto a Philippo atq; exercito hic ex priuato ordine nobili tamē & illustri pecuniaq; destitutus copia ad gloriaq; emersit. Signoq; porro quæ pereximia illis euenere utercq; contēptor: & uatibus eoruq; finē prædicētibus neuter succēssit. Signa utriusq; sæpenumero paria & idē amborum exitus. Vtriq; etenim bis infœlicia affuere pronostica: in quibus ambo a principio dubiuq; subiere piculum. Nam Alexander inter Oxidraces: sup hostilem ante macedones p̄uectus murum: cōfractis scalis in summo destitutus: ob audaciā ad hostes interius prosiluit: quo in loco errabundus: pectus primū: deinde collum superiori ex parte grauiter saucius cū iam cōcideret: macedōibus portas ex timore p̄sternēti bus saluatus ē. Cæsar uero in hiberia: cū exercitus pauore trepidaret: iniuniorē Pōpeiuq; sumpturus arma: & pugnaq; inire uereret: in mediuq; p̄siliit: & ducētis supra clypeum exceptis telis tam diu p̄stitit: quoad ab exercitu accurrente uerecundia: timoreq; correpto tutatus ē. Sic ipsis prima quidem pronostica periculus attulere mortis. Secunda uero mortem consumarunt. Pythagoras quondam uates: Apollodoq;: Alexandrum: Ephestionemque metuentem: sacrificio rite peracto: ne metueret admonuit: statim quippe ambos medio abituros. Defuncto deinde Ephestione: ueritus Apollodorus: ne quis insidias regi strueret: uaticinium illi prodidit. Ad quod subridens rex Pythagoram interrogauit: quid id signum portenderet. Cum ille ultima significare diceret: denuo arridens: Apollodorum ex beniuolentia uatem uero ex confidentia laudauit. Cæsari uicissim cum ad ultimum in Senatum accessisset: ut a nobis pauloante dictum est: eadem obuenere signa: ad quæ illæ irridens: similia sibi in hiberia euenisse dixit. Respondente

Cæsar interritus

Alex gnus ab æaco et hercule.

Cæsaris gnus a uenere.

Signa

pnostica oxidracū

Cæsaris in prælio audacia.

Pythagoras alex vātis.

vaticinij fides

Cæsari mortē extorserūt.

uate & tunc quidem ipsum in periculo fuisse. Et nunc quidem inquit propitium nobis aderit: Aliquidq; ad fiduciam adiiciens: denuo sacra fecit: donec retardãtibus eum sacrificiis subiratus Senatum ingressus est: ibiq; interficitur. Simile & Alexandro contigit cum ex Indis in Babylonem cum exercitu rediret: & iam pximis urbi esset Chaldei ad monuere ut ab ingressu se in presenti contineret. Illo uero lambum proferente: Quoniam optimus uates is est qui bene meditatur secundo monuere Chaldei ne in occidẽtem se conuertens cum exercitu ingredi uellet: cæteꝝ ad orientem conuerso aspectu circuneundo urbeꝫ caperet quibus illuꝫ annuisse ferunt & urbem circũire statuisse sed ab interiacente palude ꝓhibitum cum ira contempsisse eos & in occidentem conuerso aspectu introiisse urbem. Egressum deinde & per Euphratem & Pollacota flumen nauigantem quod Euphratem suscipiens in paludes stagnaq; diffunditur & assyriam telurem fere nauigabilem uniq; reddit cum fluuium muro sepire destinasset ob idq; nauigaret Chaldeorum uerba irrisisse aiunt q Babyioniam saluus ingressus esset & Simili contemptione & Cæsar uidetur usus. Vate quippe diem mortis illi prædicẽte q martias idus non euaderet cum dies illuxisset uatem irridens idus adesse dixit. Et in his similiter extinctus est. Pari modo pronostica quisq; sua contempsisse dicitur nec tamen uatibus hæc ipsa referentibus succensuisse & ambos nihilhominus sub uatum prædictione decessisse memorant. Fuere præterea ad uirtutis disciplinam & patrii & græci & exteri simul sermonis studiosi ambo. Alexãder quideꝫ inter Indos potissimũ Brachmanas qui doctissimi habentur apud eos quemadmodum apud persas magis eorum sapientiam perscrutatus est. Cæsar uero ægyptiorum ingenia cum ægyptum peragrans Cleopatram regno præficeret diligenter tentare studuit. Quorum causa pleraq; inter Romanos prudentissime direxit & anni cursum nullo ordine fluentem ob intercalares menses ad lunę quippe cursum mentiri eum soliti ad solis conuertit motuꝫ: ut ægyptiis mos fuit. Contigit etiam ambobus neminem ex conspirantibus in eos euasisse sed eorum stirpi condignas impendisse pœnas quemadmodum & Alexandro qui Philippuꝫ occidere. Quod Cæsari uicissim ut contigit insequentibus referemus libris.

Alexandro mortẽ uates ꝓdixerũt. Caldei.

pollacotis flu.

Cęsari mors a uatib⁹ prędicta

Alex magn⁹ disciplinarũ studios⁹

Cęsar ęgyptiorũ exemplo annũ correxit.

Appiani Alexandrini sophistæ bellorum ciuilium. Traductio. P. Candidi. Liber Secundus Explicit. Incipit Liber Tertius.

CAIVS igitur Cæsar plurimi apud Romanos in imperio dignus habitus in hunc modum ab hostibus interfectus est: & a populo sepultus. Quas autem percussores eius & in primis clarissimi pœnas dederint: liber iste: & insequens uicissim explicant: qui ciuilia Romanorum bella deinceps ab illis gesta complectuntur. Senatus quidem Antonium ob Cæsaris funus suspectum habebat: q eius causa populus ad tumultum concitatus: discordiarum obliui-
16 onem ex decreto statutam contempsisset: & ad percussorum domos cum igne decurrisset: quam suspitionẽ idem unico opere in re. p. edito: ad beniuolentiam conuertit. Erat Amatius quidam prioris Marii falso filius: qui parentis causa populo fuerat acceptus. Is igitur ob hanc simulationem cum Cæsaris affinis crederetur eius interitum permolestæ ferens: aram ante pyram constituerat. Collectaque in unum audaciorum manu iis qui effugerant tremendum se præstiterat. Hoꝫ non nulli urbe cesserant. Quiuero sub Cæsare prouinciaꝫ curã sibi assumpserãt: ad eas se contulerãt. Decimus quidẽ Brutus ad finitimã Italiæ celtaꝫ gentem. Trebonius in asiam: quæ circa Ioniaꝫ sita est. Tul-

Antonius Senatui suspectus.

Amatius Marij filiũ falso sic dictus.

ꝓcuratores cęsaris urbe cesserũt.

Decim⁹ brut⁹ In gallią.
Trebon⁹ In Asią.
Cimber In bythinią.
Cassius In Syrią.
M. brut⁹ In Macedoniã.

16 Amnestiã quã tullius induxerat: anton⁹ sustulerat.

lius cimber in Bithiniam. Cassius uero & Marcus Brutus: quibus Senatus plurimuꝫ fauebat: & ipsi sub Cæsare ad prouinciarum regimen insequenti ãno electi dicebantᵉ: ut Syriæ Cassius: Brutus Macedoniæ præesset: Sed cum urbani p̃tores adhuc essent ex necessitate sub mandato tenebantᵉ: sortilegisq; adulabantur maxime & aliis quoscunq; supicabantur: suffragia ad se uendicantes uenundare lege prohibente ne cui intra uigesi mum annũ prouinciæ administratio conferri posset. Cuꝫ his Amatius una conferre: & insidiari dicebatur. Hæc igitur ratione motus Antonius: ueluti consul in eos inuectus. Amatium cœpit interficitq; nullo iudicio exhibito audacter admodum. Quod opus tanq̃ arduuꝫ: iniquũq; Senatus admiratus est percepta tamẽ utilitate dissimulanter tu lit satis conscius sine huiusmodi audacia q̃ ad Brutum pertinebant & Cassium neutiq; in tuto collocari potuisse. Cæteruꝫ Amatii milites: & reliquus ad hos populus: Amatii desiderio: ac eoꝝ quæ gesta fuerant dolore correpti: quoniaꝫ permaxime Antonius ob illum populo acceptus ferebatur: eo modo se sperni conquerentes magnis clamoribus forum occupant: Antoniũ calumniis insequuntur magistratibus quoq; persuadent: ut Amatii loco aram collustrantes super ipsam Cæsari q̃primũ sacra faciant. Expulsi dein de foro a militibus: qui ab Antonio præmissi fuerant: maiori adhuc indignatione uoces emittebant. Non nulli Cæsaris imagines interẽpti pferebant. Veruꝫ cũ quidã illis prædixisset locum in quo Cæsaris imagines fierent demõstrare uelle: statim insequun tur hisq; pspectis ignẽ iniecerunt: quod ab aliis ab Antonio missis: quidã resistentes in terfecti sunt: alii deprehensi ex seruoꝝ numero cruci delegantur. Qui uero ex liberis in unum aderant ex edito quodam loco præcipites truduntur: ecq; modo tumultus in populo sedatur. Verum insigne odium ex magna populi beniuolentia in Antonium su bito exarsit. Qua ex re Senatus ex hilaratus est: quasi nemo ex his qui circa Brutum fuerant amplius trepidare posset. Cum ãt Sextum Põpeium magni Pompeii filiuꝫ qui ab oĩbus fere diligebatur: Antonius ex hiberia acciri suaderet: quo in loco aduersus Cæ saris prætores bellum gereret. Illiq; pro paternis bonis in publicũ collatis uicies & quin quagies decem mille drachmas atticas impendi: maris quoq; præsidem instituꝰ debere: quemadmodum & parens eius olim extitisset: rebusq; ingruentibus Romanoꝝ classe ubicunq; ea esset: uti posse. Senatus singula admiratus facile cõcessit: Antoniumq; per uniuersam diem laudibus immensis extulit. Non. n. quispiam Magno popularior: aut acceptior illis fuisse uidebatur: quãobrem desiderabatur ab omnibus. Cassius porro & Brutus qui ex pompeiana: factione esse dicebantur: & tunc quidem in honore habiti: salutẽ indubiã adipisci putabantᵉ: & eoꝝ quæ peregissent intentũ optinere popularem insuper statum ad optatuꝫ duxisse exitum: sorte eoꝝ iam in tuto collocata. Ob quæ Ci cero continua oratione Antoniuꝫ palã cõmendauit. Senatus ob uulgi insidias illuꝫ mi seratus ut custodiam corpori adhiberet: & ex militibus: peregrinisq; idoneos sibi de ligeret indulsit. At is siue ad salutem hæc omnia referret: siue fortunam ueluti arri dentem compleꝫti cuperet: assidue custodias sibi deligebat. Et iam ad sex mille: non ex ar matorũ numero: quos facile in necessitatibus: & alibi habere putabatur sed exturmaꝝ ducibus electos sibi asciuerat: p̃cipuos in armis: & bellicaꝝ reꝝ experientia doctissimos Ad hæc porro notissimos ex militia: quã sub Cæsare gessissent. Ex his ordinum princi pes summo ornatu dietim eligebat eosq; magno in honore penes se habebat. Illustriuꝫ quoq; consiliorum participes una deducebat. Senatus cum multitudinem eoꝝ & ele ctionem suspectam haberet: Antonio consuluit ut custodiam huiusmodi: inuidiæ plu rimum obnoxiam dissolueret: & ad sufficientem numerum ac debitum referret: quod ille facere est pollicitus: q̃primuꝫ populi tumultus quieuisset. Sed cum stabilia fore de-

Amatius Antonius indemnatus ab antonio occidit?

Antonius adsumtã redisse uꝝ

Imagines cæsaris exustæ.

Antonius in magna populi inuidia.

Ex. Pompeio decretũ maris impiũ adnutẽ antonio.

Antonius a cicerone cõmuna oratione cõmendat?

Antonij fraus

Antoni? pfectus sequut? exẽplu.

faberius cesaris scriba.

creuisset quæ Cæsar constituerat: eaq; in commentariis a Cæsare relata penes se haberet: Cæsaris item scribam Faberium nomine in oibus fidum atq; obsequentem retineret: pterea q; ex urbe proficiscens Cæsar: hæc omnia apud Antonium deposuerat in quibus multa ad multoꝝ gratiam conscripta erant: quæ urbibus: dynastis: & eoꝝ præsidiis dono impenderat: Ad singulos ea deposcentes scribebat Antonius hi uero ex huiusmodi gratia deuicti Antonio fauebant. In hunc modum plures in Senatum introduxerat: reliquis ex senatorio ordine obsequentibus: ne custodiæ eius uiderentur inuidere. Dum hæc ab Antonio Fabrioq; agitantur: Brutus & Cassius nihil a populo aut exercitibus tutum intuentes non ob Amatii insidias se ab ullius scelere īmunes arbitrati: non Antonii dissimulationem: ac uarietatem: qui exercitum parasset: ulterius ferētes non populi statuꝫ ullo opere firmari posse cogitantes ueꝝ ob id ipsum Antoniū suspectum habētes. Decimo consisi: qui tres in lateribus legiones paratas retinebat: ad Treboniuꝫ in asiaꝫ: ad Tulliuꝫ uero in Bithyniā claculuꝫ misere: ut pecunias secreto cumularent: exercitum insuper pararent. Properabāt āt ut eaꝝ prouinciaꝝ quas a Cæsare acceperant: cōpotes fierent. Indecens. n. uidebaī nunduꝫ transacto tēpore præturā: quaꝫ in urbe gererēt omittere: q̄ suspitioneꝫ ineundi dominatus gētium afferre posset. Malebantq; ob necessitateꝫ medio tēpore priuatiꝫ degere q̄ in urbe esse ptores: cū nec timore carerent: neq; conueniētia his q̄ pro patria egissent exequi liceret. Sic se habētibus rebus: Senatus cognita eoꝝ uolūtate: ut de frumēto urbi inuehēdo ab oibus terraꝝ partibus curā sumerēt illis imperat: quoad puinciaꝝ ab illi sumendaꝝ aduenisset tempus. Id. n. meditabaī: ne Brutus aut Cassius ex urbe uiderenī effugere. Tāta illoꝝ senatu ui cura & uerecūdia inerat: cū eoꝝ cā percussores reliquos in tutelā suā suscepisset. Bruto deinde & Cassio urbe egressis Antonius potestate adauctus: & iā monarchicus existēs præfecturas nationū: & exercitus sibi uendicabat: Syriamq; in primis habere cupiebat Sed cū se suspectū esse animaduerteret maiori tamen suspitione detineri putabat si prouinciaꝫ illaꝫ postulasset. Nam Senatus Dolobellā cōsulem alteꝝ: secreto: cōtra ipsuꝫ sibi asciuerat: quē cōtinue Antonio aduersum cognouisset. Dolobellaꝫ igit iuuenē & ambitiosum intuēs Antonius: Syriā Cassii loco: ac exercitū in Parthos p̄paratū petere suasit nō a senatu quidē: quod fieri minime putabat: sed a populo plata lege: Q ua de re lætatus ipse legem ptulit. Increpāte deinde illuꝫ Senatu q; a Cæsare decreta dissoluere tēptaret: bellum cōtra Parthos sub Cæsare statum minime īmutatuꝫ esse ait. Cassiuꝫ Syriæ administratione dignū habitum qui: Cæsaris acta in primis opugnaret: Sortes pterea plurimis impenderet: qui uigesimū ætatis annuꝫ nūdum attigissent: se maxime erubescere: cū Dolobella esset: si ad Syriæ administrationē Cassio minus haberet dignus. Ob hæc senatus Tribunū quēdam Asprinā noīe: in creatione p duobus significatem iussit illudere: sperans Antoniū ad id quippiaꝫ allatuꝝ esse consulem existētem: ac signoꝝ sacerdotes: & iam discordes cū Dolobella habitū. Antonius sortiōe facta: cū Asprina duo significare retulisset: idq; nefastuꝫ esse diceret q̄ppe mos fuit alios subinde eligere iratus Asprinæ mēdacio: tribꝰ de Dolobella sentētiaꝫ iussit efferre. In hunc moduꝫ Dolobella Syriæ p̄ficitur: & belli cōtra Parthos prætor designat: ac exercitus uniuersi circa Macedoniam a Cæsare collecti. Et tunc q̄deꝫ Dolobellæ Antonius suffragari instituit. His in populo peractis: Antonius Macedoniā a Senatu sibi postulauit: arbitratus post SyriaꝫDolobellæ traditam minime Senatum pro Macedonia sibi aduersaturum esse potissimum cum prætore esset destita. Eam igitur licet inuitus Antonio concessit admiratiōe ductus quemadmodum exercitum in ea existentē Dolobellæ esset traditurus quem tamen Dolobellam ante Antonium lætabatur. In tempore uero qui pro Cassio & Bru-

Cęsaris commētarijs antoni abutitur ad impudētes rapinas

bruti & cassij consilia.

brut? cassi? & prętores

bruto cassioq; frumenti curanio Ç. C. decreta.

Antoni? regnū affectabat.

Dolabella cos. adnitēte collega antonio Syriā puīciā plebiscito cōsequit? est.

Asprina Trib: plēb.

augurē

puīciā bruto erepta Ç sibi assūpsit

to aderant: alias prouincias sibi dari earum loco deposcebant. Cyrenē igitur ac Cretam illis tradidere. Vt aliis uisum est utrunq; Cassio Bithyniam uero Bruto cōcessere. Quæ igitur agitabātur huiusmodi fuisse constat. Octauius autē Caii Cæsaris sororis nepos: princeps equitum per annum apud eum fuerat: ex quo Cæsar hunc honorem ad amicos eius deferens plerunq; ad annum illis conseruauerat. Is cum adolescens adhuc esset: in Apoloniam supra Ionium: ut litteris erudiretur. & militiæ simul instrueretur a Cæsare præmissus fuit: & ut in hostes pfecturus ibi moraretur. Eo in loco equitum turmæ ex Macedonia aduentantes exercitabantur. Copiarum insuper prætores quidam quasi ad Cæsaris affines atq; cognatus sæpe commeabant. Ob id a plurimis cognitus: exercitus quoq; beniuolentiam sibi cōparauerat: cum omnes ad se uenientes summa charitate liberalitateq; cōplecteret. Sextū igitur iam mensem in Apolonia degenti circa uesperā nunciatur: Cæsarem in Senatu ab amicissimis suis: & apud ipsum maxime potentibus interfectum esse. At cum de reliquis nihil referetur timor: atq; ignorantia eum inuasere. utrum cōmune aut Senatus: uel eorum qui peregerāt: id esset opus & an pluribus causam tribuissent: uel cuius id esset & an multitudo cū illis conspirasset. Pro quibus amici eidē talia ab urbe p̄misere. Laudare eos: ut pro custodia sui corporis: in macedoniam ad exercitum transiret quo in loco cōmune id opus non esse intelligens hostibus timorem incutere & Cæsari necem ulcisci posset. Et affuere ex ducibus quidam qui uenientem ad se tueri pollicerētur. Mater uero & philippus eius uitricus e roma scripsere ne se quipiā extolleret: neue confideret: memor eorum q̄ Cæsar post deuictos hostes ab inimicissimis eius pertulisset: priuatas conditiones: ueluti periculorum magis expertes in præsenti eligendas esse: Romam ut ad eos properaret suadere: a quibus custodiretur. His adductus Octauius ob inscitiam eorum quæ post Cæsaris necem gesta fuerant complexis exercituum primoribus Ioniū enauigauit: neutiq; ad Brundusium accedens. Nam cū exercitui. qui illic aderat: minime confideret cuncta præcauebat. & ad aliam non longe a Brundusio extra iter sitam urbem: apulit. cui Lupium nomen est. In hanc itaq; delatus moram protrahebat: ibidemq; de Cæsaris nece: tumultuq; populi: ac testamenti publicatione: eorumue quæ decreta fuerant: diligenter ad eum scripta deferuntur ex quibus adhuc magis admonebatur Cæsaris præcauere hostes: cū filius eius: atq; heres esset nominatus dehortabaturq; ab his hæreditatem adire. At ille Cæsaris ultionem: non assumere erubescens: Brundusium accessit: præmissis tamen qui diligenter explorent ne quis ex Cæsaris percussoribus in insidiis lateret. Sed cum eo in loco exercitus ueluti Cæsaris filio obuiam prodisset: libensq; suscepisset: lætatus sacra peregit ac subito Cæsar appellatus est romanorum more: qui adoptiuis filiis: adoptantium nomina solem imponere: quod ille non solum libens assumpsit: uerum eodem tempore paternum nomen penitus amisit: & pro octauio Octauii filio: Cæsaris filium se: ac Cæsarē dici malluit: qua appellatione usq; in finem usus est: ac subito ad ipsum omni ex parte ueluti ad Cæsaris filium: multitudo hominum affluxit ex quibus alii Cæsaris amicitia ducebantur: alii q; liberti: aut serui Cæsaris fuissent nōnulli q; milites cū illis extitissent: Ac eorum quidā arma: & appatus: aut pecunias in macedoniā ferētes quidā res alias: & aliorum prouinciarum reditus Brundusium attulerāt. Ille igitur & gentiū multitudine ad eum confluētium: & Cæsaris gloria: & otium in eum beniuolentia cōfisus romā uersus iter arripit cōuenienti stipatus turba: & q̄ torrentis in morem dietim augeretur. Aperte igitur in Senatum uendicaturus: ob gentium multitudinē & ob id insidias magis ueritus nupertime gentibus sibi notis: fere omnibus stipatus accedebat: Verum aliarum urbium: non æque fauor illi aderat. Cæsaris tantū milites: & qui per sortes diuisi fuerāt ex coloniis adolescentiis beniuolen-

Cassi creta et cyrene decreta prouincia

Bruto Bithynia q. c. data.

octauius quid in Apollonia.

octauius audita morte cæsaris in Apollonia

philippus octauij uitricus.

octauius & apollonia Lupium

Lupium ciuitas que nūc lycium.

adoptādi mos. ¶ Adoptationis ritus.

octauius cæsar militū studio fult.

¶ octauius qm primū cæsar appellatus

tia confluxerant. Hi Cæsarem deplorare: Antoniũ calumniis insectari cœperant. qui se e tanto uulgi odio minime eximeret. Si quis preiret se Cæsarez ulcisci uelle prædicabãt. Quos Cæsar laudibus ornatos: & in præsenti quiescere iussos a se dimisit. Ad Terracinam deinde delato: qui locus per tercenta stadia distat a Roma: nunciatuz est: quemadmodum Brutus: & Cassius sublatis ipsis a consulibus Macedonia & Syria & ad eorum solamen modicis quibusdam præbitis: Cyrenem Cretamq; suscepissent: exules quidaz restituti forent: Põpeius reuocatus: & ex Cæsaris codicibus non nulli in Senatuz accitu: & alia plura subinde gesta. Cum in urbẽ itaq; ueniisset: mater denuo & philippus & qui cunq; necessarii eius aderant: Senatus alienationẽ a Cæsare uerendaz arbitrabãtur: Decretum põterea: ne de Cæsaris nece questio haberetur. Antonii ad hæc potestatẽ & suspitionem in eum formidabant: qui neq; ad aduentum Cæsaris filii obuiaz prodisset: neq; aliquem ad eum põmisisset: q̃ omnia sedate idem perferens: æquum esse inquit: se ad Antonium prius: tanq̃ iuuenẽ ad ætate prouectuz: priuatum ad consulem accedere debere Senatum q̃ conuenientia forent procurare decretum locuz habuisse nemine Cæsaris hostes persequente. Sin aliquis psequi confideret populuz auxilio affuturꝝ: senatũ uero ut in lege deos. ut in iustitia causæ eius & Antoniuz uicissim allaturos opem. Si uero sortem eius adoptionẽq; spreuisset primũ erga Cæsarem delinquere populuz etiam ꝑpriis defraudare commodis. In fine demum professus est: non solum subire periculũ pro hac re honestum esse: uerum etiaz obire mortem. quando quidez præ omnibus electus ad tam magna: Cæsaris loco dignus habitus. indignus uideretur eo qui ad pericula omnia semper fuisset promptissimus. Achillis demum uerbis quibus ille ad thetidem usus dicitur in matrem conuersus inquit. Sed prius opto mori si non fas est mihi uiuo. Vlcisci sortem cari morientis amici. Et hæc referens Achilli ex oĩbus immortalem laudem id uerbum attulisse ait: sibi uero hoc opus potissimum allatuꝝ esse. Non enim Cæsarez amicuz: sed patrez non comilitonez: sed inperatorẽ: nõ lege bellipcum bẽtem sed in senatu impie necatuz. Pro quibus mater ex timore in læticiã conuersa cõplexa euz dicitur: & solum Cæsare dignuz affirmasse. Cõpresso deinde sermone ad ea quæ meditarẽtur fauste: fœliciterq; accelerare iussit. Arte tamen potius: & tolerantia q̃ aperta audacia uti persuasit: Quod ille collaudãs: ita se facturum esse respondit ac uelpere quidem subito ad amicos destinat. & ut mane in foro cũ multitudine adesse uelint unumquenq; cõuocat. Eo in loco cũ Caium Antonium Marci Antonii fratrẽ qui põturam gerebat in urbe obuium forte habuisset se Cæsaris adoptionez suscepisse ait. Mos quippe Romanis fuit adoptiuos testimonium exhibere prætoribus: quo publice descripto subito ex foro ad Antoniũ consulem alterũ euadit. Ille Pompeianis in hortis: a Cæsare dono quondam sibi traditis tunc quidẽ uersebatur. Mora igitur in longũ acta circa fores: Cæsar Antonii alienationem per hæc ipsa facile deprehẽdit. Cum ingressus esset colloquia inter eos primum: & blanditiæ conuenientes affuere. Cum uero de his: q̃ opportuna fuerant differendum esset: Cæsar in hunc modum locutus est. Ego pater Antoni: patrez quidem te mihi esse beneficia Cæsaris in te collata testantur: & tua in illum gratia eoꝝ omnium: q̃ pro illo operatus es equidem partem laudo & gratias tibi uicissim pro iis debere fateor partez accuso & summa confidentia in quibus me dolor adigit expromã. Cũ interficeretur Cæsar minime affuisti: pereussoribꝰ eius te ad portas destinentibus: quoniaz uel illum saluũ præstitisses uel cuz illo una concidisses quoꝝ alterutrũ futuꝝ esset honeste tamen nõ affuisti. Statuẽtibus nõnullis eisdez honores ut in tyrannũ seruiẽtibus audacissime restitisti: cuius rei gratias tibi scio deberi q̃ amplissimas. Cæteꝝ si uiros illos: ut te perimerent consilium iniisse intelligis: non ut nos putamus ultorem Cæsaris futu-

Terracina

Octauius cæsar In urbẽ redijt

Octauij cõsilia postq̃ romã uenit

Achilles vlcisci patroclũ statuit

Octauius Jncæsaris perussores mittit consilia.

Adoptiui nomina dabãt ad albũ prætoris.

Octauij verba ad antoniũ cos.

C. antonius prætor urbanus

pompeianos hortos antoni? possidebat.

rum:ſed ut ipſi aiunt tyrannidis eius ſucceſſorem non utiq; tyranni occiſores eſſe pote runt:quin & homicidæ ſimul ſint. Quamobrē itaq; in capitoliū confugere an ueluti ad templum ut peccatore ſupplices:aut ut in arcem hoſtes? Vnde igitur ipſis actorum obliuio: & cædis inocentia? Vtrum a Senatu: aut a populo:aut ab eo:qui ſub illis interfectus eſt? Nam te inter plures inſpicere id opportuit:cum conſul ſis. Verum alterutra conſulente te principatus eos abſoluit uindicante te tam inſigne facinus & errātes una perdocente:ueniæ tamen obſides ex propriis ad percuſſores in capitolium miſiſti. Eſto & hæc a corruptis:per uim a te exorta eſſe. At cum perlecto teſtamento:& commendatione ut æquum fuit in funere a te acta:populus iam Cæſaris memoria firmatus: ignem in percuſſores detuliſſet:& uicinorum cauſa illis peperciſſet:armaq; in ſequentem diem eſſet:comminatus cur auxilium non atuliſti? uel ut dux eum igne aut armis accurriſti: uel percuſſoribus mulctam inſcripſiſti ſi mulcta opus eſt ei qui per ſe deferre poteſt? & Cæſaris amicus eſt:& conſul & Antonius. Sed Auatius ex mandato interfectus eſt: ob principatus poteſtatem percuſſores quomodo effugere ſiuiſti? & ad prouincias ad miniſtrationes:non nullos ſe tranſferre? quas iniuſte poſſident eo qui conceſſerat ab illis interfecto. Syriam quidem & Macedoniam:conſules rite decernentes tu ſcilicet ac Dolobella conſtitutis rebus ab illis abſtuliſtis:pro quibus gratias uobis agerem ni ſtatim Cyrenem & Cretam ex decreto illis dediſſetis & fugituas ſtatuiſſetis prouincias. Continue aduerſum me ſatellites habentis:& decimum celtas proximos tenentem:uidere negligitis:& hunc cum aliis dominum ſub patre meo effectum. Sed hæc Senatū cognouiſſe dicet quiſpaz. Tu tamen ex decreto confirmaſti:& in ſenatu præſediſti quo in loco potiſſimum congregatus eſt:ut per te contradiceret. Actorum obliuionem illis concedere ſalutem dare eſt quod gratificantium uidetur ſolum: Cæterum prouincias ex decreto itez præbere:& præmia conferre:Cæſari iniuriam inferentium:& ſententiā tuam abolentium dicetur. Ex quo igiiur me paſſio ad hoc impulit:ultra id quod moderatio ætatis meæ:& uerecundia erga te poſtulare uiſa eſt dicam liberius:ut ad amicum Cæſaris:& plurimum apud illum honoris poteſtatiſq; aſſecutum & fortaſſis futurum adoptiuum ſi te ex herculeo æneadem fieri malle cognouiſſet. Hæc enim res dubitationem illi attulit plurimam de ſucceſſore cogitanti. In futurum itaq; Antoni:ſi qua deorum immortalium:ſi qua tibi Cæſaris uerentia ineſt:quippiam ex his quæ facta ſunt uelis immutare. potes enim ſi uelis. Sin autez ad reliqua:ſaltem in percuſſores cum populo:amiciſq; paternis opem afferas. At ſi uiroz aut Senatus reuerentia te detinet in his quæ neceſſaria mihi ſunt ne te aggraues:Scis enim q̄tum oneris domi mihi incumbat ad impenſam quam pater populo iuſſit exponi quæ ſollicitudo amicoz adſit ne retardans ingratus uidear:ne ue qui in coloniis diſtributi ſunt me operiētes diutius in urbe cogantur permanere. Quæcunq; igitur in morte Cæſaris:confeſtim apud te tanq̄ in tutum redacta ſunt ob domus periculum donaria eius & apparatum omnez nos habere ſinito & quæcunq; alia a nobis uelis aſſumi. Ad diſtributionem uero aurum illud per inſigne quod ad bellozz uſum Cæſar cumulauerat abunde fuerit:ſi uſq; ad tercenta millia nūmum mihi impenderis. Reſidua diſtributionis eius & ſi hoc confidere odioſum ſit a te fortaſſe aut per te ex publicis mutuo ſumpſerim pecuniis quoad reliquam ſubſtantiam uenundare conceſſeris. Hæc loquente Cæſare:Antonius ex confidentia eius & audacia quam præter opinionez & ætatem illi adeſſe uiderat obſtupuit. Conturbatus igitur huiuſmodi ſermonibus non quantum honeſtati congruebat potiſſimuz ex pecuniarum repetitione inſolentius in hunc modum illi reſponſum reddit. ſi quidez opuer cum hereditate:& cognomine imperium tibi Cæſar reliquiſſet:æquum fortaſ-

Decimꝰ brutꝰ galliā optinebat.

Antonius & genere heraulis.

Octauius ab antonio cęſaris bona poſtulat.

Antonij reſponſio inſolētiſſima ad octauiū.

se foret: te publicarum rerum rationem poscere: & me polliceri. Verum romani principatum nulli ex hereditate tradidere: neq; regibus: quibus eiectis iureiurãdo sanxerunt: neminem ulterius uelle suscipere: quod precipue patri tuo obiiciẽtes percussores eius: ob id eum interemisse asserunt: regnãtem: non ãt imperantem amplius. Mihi quidem: neq; responso circa publica opus est: similiq; ratione te releuo: ne gratias pro his debere mihi asseris. Quid enim id est nõ tui gratia: sed populi romãi factum ẽ: uno opere duntaxat excepto: quod præcipuum: & maximum oĩum in tuam: & Cæsaris beniuolẽtiam effectum dixerim. Si enim ego mihimet in trepidus: & nulla motus inuidia: honores percussoribus: & tyrannicidis decretos contempsissem: tyrãnus habitus fuisset Cæsar: cui neq; gloriæ quicq̃: neq; honoris: aut actoꝝ stabilitas ulla affuisset. nõ decreta: non heredem: non substãtiam ullam esset cõsecutus: nõ corpus sepulchro dignum habitum: ne priuato quidez. Leges qppe tyrãnorum corpora insepulta iubẽt abiici memoriam oẽm aboleri: & si quid peculii illis adest: in cõmune redigi. Quæ singula ipse ueritus pro Cæsare pugnaui: ut imortali gloria: & publico potiretur funere: non expers periculi: atq; inuidiæ: quæ ab hominibus prõptissimis & cæde crassantibus mihi incubuit: & ut intelle xisse potes in me conspirantibus ad Senatum patris tui impium iam grauiter ferẽtem. Verum ob hæc sponte me periculis obieci: & quodcũq; pati prius prælegi: q̃ insepultũ Cæsarem: & infamia fœdatum intueri: optimum uiroruꝫ qui sub illo fuere: & in multis fœliciss̃imum: & præ oĩbus honore digniss̃imum a me habitum. His igitur propriis periculis meis: quæ Cæsaris præsentia tibi sunt illustria oĩa: accepisti genus: nomen: dignitatem: substantiam: pro quibus iustius fuisset: te mihi gratias agere: q̃ quæ ad Senatus sedationem derelicta sunt: uel in retributionem eorum: quæ a me gesta fuerunt: uel ad alias opportunitates: ac rationes distributa reprehendere: maxime cum iunior sis: ego ætate prouectior. Et hæc pro iis: quæ dixisti abunde sint. Insinuasti præterea me principatum appetisse: quem nunq̃ concupiui: q̃q̃ non indigniss̃imum arbitreris & dolere existimas: non consecutum fuisse Cæsaris adoptionem: professus genus Herculis mihi sufficere. Pro necessitatibus ãt tuis: in quibus ais ex publico mutuari uelle satis crederez te ironia uti: nisi persuasum haberem: te adhuc ignorare: publica oĩa apparente tuo inania esse derelicta. ex quo ad imperium accessit: cum ad eum ærarii loco deferrentur: & subinde in substantia eius reperta sint: q̃primum illa inquirere decreuimus. Hoc minime impium in Cæsarem fuerit: defunctum iam humanis rebus: nec attestãtem: id esse impiũ: & si rationes uiuus exegerit. Cum autem priuatorum plurimi de unaquaq; eius facultate tecum decertabunt: satis intelliges: non sine controuersia: te eam possidere. Pecuniarum uero: quas ad me translatas esse asseris: neq; copia ea est quam existimas neq; nunc quidem penes me est: cum oẽs in magistratibus a potentiis: Dolobella & fratribus meis duntaxat exceptis: ueluti tyranni distributæ sit: & per me translatæ ad eoꝝ gratiã: q̃ a Gæsare decreta fuerant: & tu reliqua tecum feres: si rite sapis: Indignantibus populi loco potius impendes. Illi populum ad colonias remittent. si rite sentient. Populꝰ quippe: & tu græcis imbutus disciplinis optime scis instabilis est: ut in mari unda fluctuans: hæc aduenit. Illa reuertitur. Simili ratione populus e nobis ambitiosiores ad summum eleuans: ad ima demum abiicit. Horum plurimis indignatus Cæsar: cum ad cõtumeliam referri crederet: abscessit: patrem nomine sæpe inuocans. ac confestim omnem substantiam uenui subiecit: quantam ex hæreditate fuerat adeptus: populum in auxilium eius ex hac liberalitate conuertere festinans: Antonii odio in eum iam palam perspecto & cognito: Senatu præterea publicarum pecuniarum inquisitionem ex decreto statuente. nam plericq; nouũ Cæsarem uereri cœperant: ob paternaz militum: & populi in eum be

Tyrannorũ corpora insepulta sinere, corpq; memoriã abolere lege cautũ est.

Antonius octauio cesaris pecuniã negat.

Populus instabilis. vulgi mobilitas

octauius abiurata sibi pris nbonto nio pecunia: populi fauore captus.

niuolentiam. facultatibus insuper plurimis illis adsistentibus: quas in largitionibus: & populi ambitione conferret: neutiq; eundem in priuatorum numero mansurum cogitabant: neq; cum Antonio societatem initurum Cæsarem: nouũ uirum: diuitiis & gloria abundantem: uerum inter se pariter certaturos fore: quis ad Cæsaris imperium celerius esset euasurus. Quidam ex his uoluptatem capiebãt: q̃si huiusmodi uiris sibi ipsis impedimento futuris: & opibus Cæsaris: & pecuniarum inquisitione dissolutis: ærariũ summa opulentia: repletum iri uideretur. nam multa expublicis penes Cæsarem posse reperiri. Instante uero spectaculo: qđ pro Bruto prætore Caius Antonius Antonii frater esset præbiturus: inter alia: quæ ad prætura3 absentis Bruti: curiose dispositasunt ab eo: apparatus abunde affuit: ac donariorum copia: Spes quoq; affulxit: populum spectaculo placatum. Brutum reuocaturum esse Verum Cæsar alia ex parte populo subblandiens omne: quod ex uenditione cumulauerat argentum: continuo ambitiosis per partes diuidebat: ut præuenientibus impenderent. Porro p opida deuectus publice proclamari iusserat: qui minimo uenundarẽt: cum ob causas: dubia: & incerta adhuc essent tum propter Cæsaris studium: quo omnem populum ad beniuolentiam eius conuerterat: ac pietatem: q̃ indigne hæc pati uideretur. Cum autem ad ipsius hereditatem: ac facultates proprias quæcunq; apud Octauium patrem: aut alicubi sibi adessent: & matris uniuersa: & Philippi uendisset & a Pedio: & Pinario hæreditatis partem requisisset: sigilatim omnia uẽdere proposuit: tanquam Cæsaris substantiam. hisq; nõ abunde sufficientibus ob effusiones: populus non iam a Caio Cæsare: sed ab ipso largitionem fieri existimans: ex indulgentia cœpit misereri: & ad mirari similia agentem: & in hunc modum contendentem. Iam enim clarum erat: non multo post eundem Antonii contumeliam despecturum esse. q̃ in Bruti spectaculis splendide æditis intueri licuit. Nã mercenariis quibusdam acclamantibus: Brutum: & Cassium reuocandos esse: cum residuũ theatri ob pietatem assentiri uideretur accurrere plurimi qui spectacula compescerent donec postulationem eorum penitus extingerent Brutus uero & Cassius cum eorum spes a Cæsare in spectaculis effusas intelligerent in Syria3 & Macedoniã ueluti ipsis ante Antonium Dolobellamq; decretas: per uim p̃ficisci statuunt. Quibus intellectis Dolobella confestim in Syriam: & ex ea in Asiam: quasi pecunias his in locis coacturus accelerat. Antonius uero in futurum potentia sibi necesse esse existimans: exercitum: qui in Macedonia fuerat: uirtute precipuum: magnitudine copia3 amplissimu3: Sex quippe legiones inerant & alia multitudo sagittarioru3: ac leuis armaturæ: exercitatorumq; cum illo adiuncta: equitatus plurimus. apparatus præterea iuxta exercitum insignis: & qui Dolobellam secututus uidebatur: in Syriam: & ad Parthos sese conferentem: cum Cæsar in Parthos eo usurus diceretur: ad se q̃ primum transferre statuit: & ubi q̃ maxime ad Ionii transitum esset propinquis in Italiam traducere. Interea subito fama aduolat Getas cognito Cæsaris interitu Macedoniam ingressos depopulari. Quamobrem Antonius exercitum a Senatu petiit: ueluti in Getas expeditionem paraturus. Nam in ipsos ante Parthos a Cæsare institutus fuerat: ut in Parthos sensim profecturus. Senatus rumore percepto: qui scrutarentur emisit. Antonius timorem: suspitionemq; ob hæc emanatam: dissoluere festinans decreto sanxit: se nulla ex causa profecturum si dictator crearetur neq; decreturum se: aut assumpturum ullo modo dictaturam si illi præberetur Si quid horum quis spernentem uiseret ab obuio quoq; uelle trucidari. Ac per hunc modum audientes maxime deliniens & his qui Dolobellæ fauebant per largitionem sibi ascitis exercitus in macedonia existentis prætor & imperator constituitur. Qui cum ea quæ concupisset foret adeptus Caiũ fratrem magna celeritate ut decretum fer-

te t:ad exercitum emittit. Exploratores interim rumoris præmissi reuertuntur:Getasq; in Macedonia nequaquã se uidisse referunt Addidere tamen:siue uere:siue ab Antonio perdocti:trepidare omnes ne Getarum copiæ aduentantes Macedoniam excurrerent. Hæc dum Romæ geruntur:Cassius.Brutusq; exercitus:& pecunias quotidie parabãt. Trebonius Asiæ præfectus ciuitates muro sepiebat:& uenientẽ ad se Dolobellam:Per
lb gamo:& Smyrna non admiserat. solum commeatum ueluti consuli extra mœnia para uerat Aggrediente eodem cum ira urbes:nihilq; perficiente:Trebonius in Epheso su/scipi mandauit:& ad Ephesum euntem:quosdam ex interuallo subsequi iussit.Hi nocte ingruente Dolobellam recedentem intuentes:nec ulterius quicq̃ suspicati:paucos ex su is:qui illum sequerentur reliquere. Ipsi uero ad Smyrnam rediere Dolobella eos qui de relicti fuerant per insidias adeptus interfecit omnes:& nocte adhuc instante:Smyrnaꝫ uersus gressum mouet:quam incustoditam offendens per scalas occupat Trebonius in lecto a militibus deprehensus:se ad Dolobellam deduci supplicat:sponte se illos esse secu turum:Huic turmæ ductor eum intuens:Eia tu sequere inquit caput interim nobis de relinquens.non enim te:sed caput tuuꝫ afferre nobis iniunctum est. Quo dicto caput illi subito abscidit. Orta luce Dolobella: Trebonii caput prætorio in solio : quo iudicare solitus erat:iussit affigi:Exercitus ira commotus:& supplex turba omnis ob necem Cæ saris:cuius Trebonius particeps fuisse dicebatur:eo q̃ defuncto eo:Antonium ad Se/natus fores urbis tenuisset:in reliquum corpus eius crudeliter exeanduit. Caput sphe/ræ in morem instrato lapidi:cum risu ad inuicem diu prouolutum:donec contritũ:effu sumq; est.Et hic primus expercussorum numero huiusmodi pœnas dedisse dicitur. An tonius'interea exercitum ex Macedonia in Italiam transferre meditatus omni alia occa/sione destitutus a Senatu petiit:ut celtarum prouinciam intra alpes residentem : quam Decimus Brutus detinebat Macedoniæ loco:sibi ascriberet:& mente repetens:Cæsarẽ ex celtis prodeuntem:Pompeium superasse:quasi exercitum non in Italiam:sed in Cel
celtarũ gens. tas postularet: Senatus celtarum gentem ueluti arcem in se præparari metuens:contur bari eœpit:& insidias eius tum primum intelligere:& iam Macedoniam illi tribuisse pœ nitebat. Priuatim itaq; potentiores ad Decimum præmittit: & ut prouinciã firmiter te neat hortatur:exercitum alium ac pecunias parare suadet:ut ueniẽti Antonio possit ob sistere:Adeo enim eum uerebantur & odio habebant. Antonius econtra Senatus loco celtas a populo ex lege petere instituit quemadmodum Cæsarem prouinciam eaꝫ in pri mis obtinuisse meminerat:& Syriam Dolobellam occupasse. Ad Senatus uero trepi/dationem exercitum:qui in Macedonia erat:Brundusium Caium fratrem per Ionium transferre admonet.Et hic quidem quæ Antonius expeteret facturus uidebatur. For/te spectacula instabant:quæ Critonius ædilis exhibiturus erat. Inter que Cæsar aureuꝫ solium:& coronam auream patri preparauerat:quemadmodum illi in theatris omnib9 apponere decreuerant. Conquerente itaq; Critonio neutiq; admissurum esse se:ut Cæ sar ad impensas eius coleretur:Cæsar eum ad Antonium:tanq̃ ad consulem confestim attrahit. Antonio uero dicente ad Senatum esse deferendum:subiratus Cæsar:ego so/lium hoc inquit:quoad decretum tuum extiterit apponam. At quæ conturbatus An tonius:ut apponeret inhibuit:uetuitq; subinde in spectaculis:q̃ indecentius uisum est: quæ Cæsar ipse fecerat apponi:repetitis a patre in Venerem genitricem : cui & templuꝫ pater in foro:& foruꝫ ulterius addiderat. Tunc igitur uehementis odium : & aperte qui dem ab omnibus in Antonium exarsit:quasi non solum cum Cæsare præsente conten deret ueꝛe in priorem ingrate cõtumeliis insurgeret. Ipse autem Cæsar multitudine ue/luti custodia stipatus:populum:& qui sub patre beneficia acceperant:uel sub illo milita-

Templũ ueneris genitricis lb

lb forũ cæsaris

lb Dolabella cos. à trebonio non receptus.

Trebonij nasia a pparatus.

Dolabella smyrnã do Lo occup

Trebonij mors.

Spheromachia pilę lusus.

Antoñ gallia Si/bi decerni postu/lat.

Ant. a populo gal/liã prouinciã petit

brutj spectacula

octauiã honori cę/soris auream sel/lã pub. ludis po nere tẽtauit

Antonij et octa/uij Inimicitię

uerant:circũibat inuidioseq; deprecabatur: ne se talia ac tanta sustinentem ultro despicerent uerum Cæsari eorum impatori atq; benefactori contra Antonium auxilium afferrent:tuerentur seipsos:quibus nihil tutum eorum quæ a Cæsare habuissent futuꝝ esset:nisi quæ ab illo decreta fuerant:stabilia firmaq; manerent. Ad oĩa præterea urbis loca editiora conscendens:in Antonium clamabat his uerbis. Cæsari propter me ne iraſ caris:ne ue iniuriã inferas Antonii benefactori tuo:& in maximis tibi affecto. Mihi quã tum uis iniuriam infer:& facultatum eius cõpesce rapinam quoad ciues distributioneꝫ debitam sint consecuti:Reliqua omnia tibi habeto. abunde etenim mihi fuerit:q̃q̃ indẽ genti:si paternam assequar gloriam:& distributionem populo sinas impendi. Quibus ex uerbis iam in Antoniũ emissæ uoces palã innotu erant. Cõminante uero illo acerbisſime:& minis in publicum elatis:adhuc magis omnes accurrebãt. Quamobrem militiæ primores:qui ad Antonii custodiam delecti fuerant:ac sub Cæsare primo militaueꝛant:ab Antonio summo in honore habiti: ut ab iniuria abstineret hortabantur:eoꝛum intuitu:ac sui ipsius qui sub Cæsare una meruisset totq; ingentia cõmoda ab eo suscepisse. Quæ mente repetens Antonius:cum uera fateretur:& deferentes ad eum eruberescꝛet. & Cæsare ad fauorem populi ob celticas res promerendum indigeret:tandem acquiescere cepit:& ea confiteri:quasi præter mentem eius gesta essent. uerum ob adolescentis animum:tam superbe elati acta recenseret:qui nihil pudoris aut reuerentiæ ergaduces:& quidem antiquiores habuisset:cuius causa solito magis reprehensione in eum esset usus:Cæterum eoꝝ gratia:qui hæc deposcerent:ab ira temperare uelle:& ad pristinam eius naturam:consuetudinemq; redire:si & ille ab huiusmodi insolentia desisteret. Hæc duces læto animo audientes:in unum ambos coniunxere:& inter se conquestos iamicitiam reduxere denuo. ac statim lex deceltis perscripta est:Senatu ab horrente: & iam præmeditante si eum consuleret Antonius:prohibere uelle. Sin absq; Senatus cõsulto ad populum deferꝛet:Tribunos e contra:ut illi prohiberent opponere. Fuere insuper qui gentem illã omnino liberam a prætore iudicarẽt adeo celtas sibi propinquos formidabant. Antonius econtra palam proclamabat:si eam prouinciam Decimo permitterent:qui Cæsarem interemisset:sibi uero minime confiderent:qui prouinciam eam acqꝛentem:& ad genua eius prosternentem neutiq; occidisset:aperte iam omnia in oẽs effundens:quasi Cæsaris necem exoptassent. Cum comiciorum adesset dies:Senatus tribuum multitudinem ad concione acciri cogitabat. Illi uero nocte adhuc instante:circa forum tabernaculis appositis speculatoriam conuocant cohortem a signo prodeuntes. Quæ ex re conturbata popularis concio:Antonio ob Cæsarem fauere istituit:circa tabernacula assidentem atq; deprecantem. Verebatur etenim permaxime ne Decimus prouinciæ opportunissimæ:& exercitui in ea existẽti imperaret:qui patris percussor extitisset:& ob id ad Antonii gratiam cuꝫ eo conciliati una uenerat. nam & ipse aliquid ab Antonio uicissim suscipe sperabat. Corruptis ãt ab Antonio ob pecunias Tribunis:& subinde conticentibus:lex promulgatur:& exercitus ad Antonium præstita concedenti cã per Ionium accedit. Defuncto deinde quodam ex Tribunis:in creatiõe alterius Cæsar Flaminio plurimum fauit:qua ex causa ratus populus eundem tribuniciam affectare dignitatem:sed ob adolescentiaꝫ minime petere:in comiciis Tribunuꝫ declarare instituit. Verꝝ Senatus incremẽto eius inuidens:timore correptus ẽ:ne si Tribunus creaꝛetur:percussores patris ad populum in iudicium uocaret. Antonius amicitiaꝫ cum Cæsare in primis conturbatam haud multifariẽs siue ad senatus gratiaꝫ, siue ad leniẽdos aĩos ob legem recens in celtas æditam:siue profectionis causa id esset meditatus:ueluti cõsul decretum edidit. Nemini Cæsarem præter legem insurgere debere:nec ex seipso poten-

Octauij querelle In antoniũ.

Antonius et octauius mutuas redeunt.

Antonius admittit octauio galliã decimi bruti prouinciã plebiscito obtinuit.

Octauius Trib. plꝫ a populo declaratus.

Antonij cos edictũ In octauiũ

lb militū verba ad antoniū

tie magnitudine ūti posse. Q uæ cum Cæsari ingrata essent: & in populus huiusmodi scriptio indigna uideretur, multitudo subiraſci cœpit: & in ſufragiis contentione uti ſtatuit: ita ut trepidaret Antonius: ad decretum abolendum cæteris Tribunis tanquaꝫ ſufficientibus omitteret. Cæſar ex aduerſo ut aperte circūuentus: plures ad colonias a patre deductas ire iubet: & quæ patiatur nota facere: ac cuiuſq; mentem ſcrutari imperat. Miſit & ad Antonii exercitum non nullos cōmeatum ferentes: qui cæteris ſeſe immiſcerent: & hortantibus in primis ſe concrederent in turba quoq; libellos clanculum eiicerent. Hic igitur in his uerſabatur. Ordinum interim primores ab Antonio temporis octauius antonij legionēz ad deſectionē ſolliciat.

lb cōmoditate percepta: in hunc modum fari incipiunt. Nos quidem Antonii: & quicunque alii tecum cum Cæſare meruimus: & imperium illi ſimul conſtituimus: & in hanc uſq; diem ad illius obſequia uitam duximus: pari odio & inſidiis percuſſores eius: in nos uti: & Senatum illis obſequentem eſſe non ambigimus. Populo uero eos expellente: fiduciam aſſumpſimus cum Cæſarem non omnino amicis deſtitutum: aut obliuioni traditū: aut gratia carentem cerneremus. Securitatem tamen omnem in futuꝫ: in te uno colocauimus: ut pote Cæſaris amico: & poſt illum p̄cunctis ad militiam edocto: & nunc nobis imperante: idoneoq; ad omnia q̄ maxime. Inſurgentibus autem nobis inimicis: & audater in Syriam Macedoniamq; craſſantibus: pecunias porro & exercitum in nos colligentibus: ac Senatu Decimum contra te præparante: & te curas omnes in Cæſaris noui diſſenſione conſumente: non inepte formidamus: ne in futurum: quale nullum ī præſēti affuit: hæc inter uos diſſenſio bellum afferat. & facultatem inimicis cōtra nos q̄ uoluerint agendi: facile cōcedat. Q uæ omnia cum ipſe animaduertas: te præcamur: ut pro tua in Cæſarem gratia: & noſtri caritate: qui nihil querela dignum in te egimus: & ultra hæc utilitatis tuæ cauſa: quoad licet: & Cæſari duntaxat abunde ſit: inſurgentes depugnanti opem præſtes. Q uæ res te ab omni cura uacuum in īperio conſtituet: & nos pro te & nobis ipſis trepidantes: in tutum collocabit. His a primoribus ordinum relatis Antonius in hunc modum redidit. Q uanta beniuolentia & ſtudio erga Cæſarem ſemper fuerim: cum ad omnes eius neceſſitates in periculis præ cæteris me obiecerim: clare cognouiſtis: qui una militantes his quæ geſta ſunt preſentes affuiſtis: Q uantum uero & ipſe caritatis ac prōptitudinis erga me uſq; in finem conſeruarit: non neceſſe mihi arbitror teſtari: Hæc enim utraq; intuentes eius percuſſores: me cum illo interficere, me ditati ſunt: quaſi me ſuperſtite: neutique quæ animo conceperant in tuto collocari crederent. Q uod ſi quis eos ab hac ſententia deterrere conatus eſt. non beniuolentia aut cura ſalutis meæ id egit: ſed honeſtate potius: ne multis inimicos ſuos inſectari uoluiſſe non autem tyrannum occidiſſe uiderentur. Q uis igitur me Cæſarez amplius neglegere exiſtimat: bene factorem meum? & hoſtes præ illo in honore habiturum eſſe? & necem illis ſponte indulgere: qui mihi inſidiantur: quemadmodum hic nouus Cæſar opinatur? Vnde igitur ipſis necis obliuio: & prouinciarum cura? Hæc enim mihi pro Senatu obiicere conatur. Q uemadmodum id euenerit audite. Cæſare inopine interfecto ī Senatu: timor omnes inuaſerat: potiſſimum tamen me: ob Cæſaris amicitiam. & facti huius ignorantiam. non enim coniurationem intellexeram: nec quot ad eam conſpirarent audieram Populus quippe tumultum concirarat. percuſſores cum gladiatoribus capitolium ingreſſi ianuas occluſerant. Senatus cum illis aderat: ut nunc etiam uerſatur clarius. & honores percuſſoribus ueluti tyrānicidis inſtituerat. Q uod ſi tyrannus habitus fuiſſet Cæſar: nobis quoq; indilate fuiſſet pereundū: ueluti tyranni amicis: Sic mihi a tumultu cura. & timore p̄pedito: ratio nulla aderat. Impoſſibile qppe nō timere. Id aío ſcrutantes facile cernetis. Vna qdem ex parte audacia incredibili opus erat: ex al-

Antonij oro.

Antonij ſutelę, frandez, ac dolj
poſt mortē cęſaris.

tera dissimulatione mirbaili. Hoc igitur ex omnibus primum erat: reliqua deinde congruebant. honores scilicet his uiris decretos abolere: Quod ex meipso facere instituēs: Senatui & percusoribus me opposui: & fortissime operatus sum: audacia frætꝰ eximia. periculo me solum obiiciens: & nos. Cæsaris amicos in tuto esse existimans: si idem minime tyrannus haberetur. Simili itaq; pauore & hostes in Senatum detinente: ne si tyrānus non haberetur Cæsar: homicidii causa & ipsi tenerentur: & ob id contendentibus cedere uisum est: & obliuionem necis honorum loco illis contribuere: ut quantuꝫ necesse mihi esset ab illis sumerem. Et hæc sunt quanta & qualia: neq; cognomē Cæsaris aboleri sinere: quo uno maxime delectatus sum: neq; substantiam eius in publicum deferri neq; adoptionem qua nunc potissime iste exultat dissolui premittere neq;. decreta eius in irritum euadere. Corpus sepeliri regie: & honores iampridem illi deditos immortalitati cōsecrari: & omnia deniq; ab illo facta: illesa conseruare: filiumq; eius: & nos una: amicos: prætores: militesq; in salute tuta consistere: & in glorioſa uita pro turpi commendari. Hæc ne uobis minima: aut parua pro necis obliuiōe a Senatu exegisse uideor: aut Senatum sine obliuione daturum fuisse arbitramini? Quam sincere illis tradere pro his rebus condignum arbitror: & cum ueritate percussorum animis ignoscere ob Cæsaris imortalem gloriam & nostri salutem ac tutellam: Que tamen nō ea uoluntate suꝫ executus: sed ut causam in contrarium euerterem: ex quo Senatum in iis: quæ utilia primū fuerant induxi: & ut percussores in quiete consisterent adhortatus sum: & obliuionem non decreto: aut statuto: non enim licuit: sed insigni populi ambitione dissolui: Cæsaris corpus sepulchri occasione in forum efferens: & uulnerum eius multitudinem detegens. Vestem præterea sanguine mardentem & laceram ostentans: ac uirtutem eius: beniuolentiamq; ad populum: miseranda oratione in medium recenses: deflensq;: ut ociſum deum insuper appellans. Hæc omnia mea opera & uerba sunt: quibus irritatus populus: assumpto igne: cum obliuione ad percussorum domos se conuertit: eosq; ex urbe tandem expulit. Et hæc quemadmodum aduersante Senatu: & grauiter ferente acta sint: confestim ipse ostendit: nam me ambitus primum accusauit percussoribus prouincias habere concessit: Bruto & Cassio Syriam scilicet & Macedoniam: quæ magnis exercitibus repletæ fuerant: & ne ante statutū tempus accelerare uiderentur: occasionem frumenti in urbem conuehendi eis detulit. Quamobrem maior adhuc me pauor tenuit: cum nullum priuatum exercitum haberem: & contra tot armatos ipsi inermes proderemus. Collega ad hæc suspectus mihi aderat: & discors continue nam Cæsari insidias struxisse ferebat & in die necis ut i urbe adesset statuisse. Quibus ex rebus uehemēter ad dubitās: & hostes exarmare festinās: & ab illis arma ad nos trāsferre: amatiū occidi: Pōpeium reuocanduꝫ esse cēsui: ut his adductus senatus: denuo se ad me conuerteret.. Nec ꝓpterea illi cōfisus: Dolobellæ Syriā petere suasi: nō a Senatu: sed a populo prolata lege petentiq; operā & opē p̄stiti: ut percusoribus ex amico hostis fieret: & Senatoribus turpe uideret post Dolobellæ cōcessionē pro Macedonia mihi obsistere: non enim aliter prouinciā eā michi tradidissent: neq; ulterius exercitū in ea existentem concessissent: ni prius Dolobellæ eū pmisissent: ueluti in Syriā & Parthos ꝓfecturo: neq; uicissim Cassio & Bruto Macedoniā & Syriā eripuissent: si nullas alias prouincias ad securitatem eorum præbuissent. necesse quidem erat pro illis alias tradere: Sed quales: pro quibus dederint cogitare? exercitu uacuas: Cyrenem scilicet & Cretam: quas hostes ueluti inutiles eis futuras contempserunt: & in eas quas abstulimus: per uim ingredi conantur. In hunc modum exercitus ab ostibus ad Dolobellam trāslatus ē: artibus & machinationibus: & aliarum prouinciarum traditionibus. Sic enim nullis apparētibus ar-

Antonij simulata reco'ciliatio cū cæsaris percussoribꝰ.

Antonij hostilis animꝰ in rempꝰ.

Dolabella cos. antonij collega ab eo discrepabat.

Amatius

mis:legibus operari neceſſe fuit. His igitur geſtis & hoſtibus exercitum aliũ congregã tibus:opus mihi erat exercitu & copiis in Macedonia exiſtẽtibus nec in hoc occaſionez ullam preuidebã. Interim fama pcrebuit:Getas Macedoniã ingreſſos depopulari. Diffidente Senatu & exploratores ad hæc præmittẽte de dictatoris magiſtratu ſentẽtiam attuli non licere mihi poſcere:aut decreto conſtituere aut oblatũ magiſtratũ mihi aſſumere. Q ua ex re maxime allecti exercitũ mihi cõceſſere. Ac tunc quidẽ me primũ hoſtibus parẽ eſſe credidi. nõ his manifeſtis & cognitis:ut hic Cæſar arbitrat̃uerũ aliis pluribus ad lõge potẽtioribus & adhuc minime apparentibus. Q uibus a me pfectis alius ex pcuſſoribus in lateribus ad huc hærebat:Decimus Brutus ꝓuinciã nactus opportuñã & copiis ingẽtibus refertã. quẽ ego audaciorẽ cõtemplatus celtas ab eo eripui Senatus honeſtate adhibita cũ Macedoniã tradere uelle pollicerer exercitu nudã atq; deſtitutam. Cæteꝝ cõquerẽte Senatu & iſidias iã palã metuẽte: Sitis. n. quot & quãta a multis Decimo pſcripta ſint q cõſules etiã in me cõcitare ꝓperabãt:ego audacius adhuc prouinciã eã: Senatus loco a populo p legẽ petere diſpoſui exercitũ a Macedõia brunduſiũ adducẽs:q̃ſi eo ad opportunitates uſurus quo diis iuuãtibus utemur:ut neceſſitates aduocabũt. Sic ex magno timore nos pridẽ detinẽte ad ſecuritatẽ ptrãſiuimus & audaciã in hoſtes maximã:q̃bus deficiẽtibus deſiit etiã multoꝝ ad eos ſtudium. Conſiderate igitur quãta illis adſit pœnitentia eoꝝ q̃ decreuerẽ:quãtus labor mihi affuerit Celtas alii traditos adimere. Scitis quæ Decimo ſcribentes & quãta:ut cõſules in me cõcitarẽt ſuadentes:pro celtis cõtra me decernere. Veꝝ cũ diis patriis & pia mẽte:& a nobis recte factis quoꝝ gratia uictoriã Cæſar ẽ adeptus illi ſuccuremus:corporibus una aſſiſtẽtes: & animis afferẽtes opem. Hæc a me geſta cõmilitones adhuc ſecreta eẽ uoluerã quẽadmodum autẽ acta ſint uobis rettuli:quos ego & opere & uerbo in omnibus participes eſſe uolui. Aliis igitur e uobis ſi quis ignorarit dicitote:Cæſare excepto:qui ad omnia erga nos eſt ingratiſſimus. Hæc referẽte Antonio:primoribus exercitus clare innotuit eundem oĩa ex uehementi in percuſſores odio in Senatu peregiſſe decreuereq; cũ Cæſare:ſtetꝝ eum cõciliare. Perſuaſis itaq; ambobus:denuo in capitolio una cõuenere. Nõ multo poſt Antonius nõ nullos ex cuſtodibus corpis ſui ad amicos attrait ueluti miniſtros a Cæſare in eũ per inſidias inſtructos ſiue calũnie cauſa id ageret:ſiue re ipſa adductus:ſiue a Cæſare ad exercitum eius præmiſſos cognouiſſet. & id facinus ad aggreſſionem corporis ſui meditatum referens ſubito in populo tumultum concitauit ita ut indignatio ſimul ſequeretur. Pauci quippe quibus ratio maior inerat id opus Cæſari conferre lætabantur Antonium quidem lædentez facile ſuperare poſſe qui percuſſoribus tremẽdus eſſet. Defuncto uero eo audacius in omnes illos inſurrecturos eſſe quia Senatu iuuarentur. Sic enim prudentiores exiſtimabant. Plericq; autem inſpicientes qualia per ſingulos dies Cæſar contumeliis:& diſpendiis affectus pateretur non ab re calumnias huiuſmodi fieri arbitrabantur neque æquum porro aut tollerabile exiſtimabant. Antoniũ conſulatu perfruentem:inſidiis ab illo peti. Cæſar igitur ad ſic ſe habentes cũ ira & furore aduolans clamabat:inſidias ab Antonio ſibi inferri ob amicitiam quam in populo habere eum ſolum exiſtimabat. Amplius Antonii fores percurrens:eadẽ magnis clamoribus intonabat:deos teſtes inuocans:execrationes omnes efferens : ut ad iudicium accederet prouocabat. Nemine uero prodeunte:ab amicis inquit tuis iudicari poſtulo. & his dictis intra domum progreſſus eſt . Prohibitus ſubinde : iureiurando conqueri cœpit : & qui circa fores erant inſectari quod Antonium redarguj ab eo prohiberent . Diſcedens demum in populo teſtatus eſt. Si quid mali pateretur ab Antonio ſibi dolo infligi. Q uibus cum inuidia in publicum ela-

Antonius oppima rẽ & cur ſimu Lat

D. brut̃ i Gallia.

finis ōris antonij.

Antonius et octauiuius iterũ redeũt in gr̃az

Antoni octauiũ

In ſimulat q̃ percuſſores in eũ ſumiſiſſet.

Octauij audacia

tis:multitudo ingemuit:& quædam illi prioris opinionis pœnitentia accessit. Erant & qui tunc ambigentes ne utiq; fidem utriq; impenderent. Simulationem alii in his quæ fierent:adesse existimarent:& ob ea quæ in templo una statuissent:hæc inter se aduersus hostes machinatos esse crederent. Non nulli Antonium hæc ipsa meditatum fuisse cogitabant:ad occasionem custodiæ maioris ineundæ:aut quo Cæsari suffragia adimeret. Cum deinde Cæsari a quibusdam occulte præmissis:nunciatum esset:exercitus qui in Brundusio erat:nec non eos qui in colonias deducti fuerant: ira in Antonium efferri q; Cæsaris interitum negligeret:ipsos in uindictam paratos esse:si quid licuisset: Antonium autem ob hæc Brundusium ueritus Cæsar ne cum exercitu rediens Antonius:eum omni custodia destitutum caperet:pecuniis assumptis in Campaniam proceſſit ciuitatibus:q̃ sub patre conditæ olim fuerant:ut militiam secum inirent psuadens ut Celatiam primum deinde Silium quæ utraq; ex parte Capuæ finitimæ aderant:sibi adiungerẽt. Sic unicuiq; drachmas pollicitus quingẽtas ad decem millia hominum in unum coegit neq; sufficienter armis instructa neq; in legiones aut cohortes distributa sed ut ad corporis custodiam:sub uno uexillo allecta. Q uui uero in urbe aderant:Antonium eum exercitu redeuntem metuentes:cum Cæsar alio aduentare diceretur in duplo formidabant. Q uidam igitur ut in Antonium insurrecturi:Cæsari se coniunxerant. Non nulli conciliationes inter eos iampridem in capitolio factas mente repetẽtes. hæc omnia ad simulationem quandam referebant:& retributionem Antonio potestatis esse:Cæsari in pcussores ultiõis existimabãt. Sic ipsis trepidãtibus Carnutius qdam Tribunus q Antonio aduersabat:& ob id Cæsari amic⁹ fuerat:cæsari occurrit:Cuius p specta mẽte:populo clarius ãnunciat. Cæsarẽ:ut Antonii hostes aduentare necesse esse ipsis ambigentibus:pro Antonii tyrannide:Cæsari se coniungere cum exercitum aliũ in præsenti nullum habeat. Hæc effatus Cæsarem ante urbem in templo Martis commorantem:quod per quinq; & decem stadia haud longe aberat ingredi iubet. Cum ingressus esset:in tẽplo Pollucis Castorisq; consedit. Templum uero circundedere milites palam gladiis accincti. Primus Carnutius in Antonium fari cœpit. Ille patris sui memoriam cunctis subiicit & quæ ab antonio idem patiatur edifferit:qua ex causa coactus fuerit exercitum pro eius custodia in unum comparare: cum ad omnia patriæ obsequi & inseruire promptus sit:& nunc in Antonium paratus. Hæc loquẽte eo & iam concionem dissoluẽte:exercitus in oppositum pro reconciliatione Antonii & Cæsaris præmissus aduentat:uel ad solam duntaxat Cæsaris custodiam & in percussores apparatus Q uãobrem indigne ferre uisi milites:hæc in antoniũ dici q eoꝛ imperator esset:& cõsul simul existeret. At illi ad eorum domos:quasi arma sumpturi demitti postulant. Nõ enim aliis q̃ propriis armis indigere:q; uere dixisse uidebantur. Cæsar interim magna dubitatione afficiebatur:in contrarium ac putabat rem euasisse intuens. Sperans itaq; eos suasione:potius q̃ ui superare posse:occasioni statim cessit:& hos quidem ad sumenda arma:quosdam simpliciter ad propria redire iussit:ac mœrorẽ contegẽs reditum laudauit omnibus:nouis quoq; donis insigniuit:& adhuc liberalius uelle facere est pollicitus & ad occurrentia:eorum opera in primis uti ueluti paternis amicis potius q̃ militibus sibi obnoxiis. Hæc dicens mille duntaxat:aut ter mille ex decem millibus:ut manerent a cæteris diuisit. Dissidentibus autem illis ob numerum: reliqui tunc quidem abiere. Laborum deinde agricolationis memores:utilitatumq; militiæ:pollicitationuꝫ ad hæc Cæsaris: & suasionis eius ad quæcunque libuisset:mumerum quoque quæ acceꝛ issent: in futurumq; susceptuꝛos se sperarent: ut populorum inexpertorum mos est: eos pœnitere cœpit: & ex occasione ad honestatem conuersi: se armis instruxe-

re:& ad eũ redire denuo. Ille nouis pecuniis assumptis:Rauennam & finitima quæq; peragrabat. Aliis insuper alios ad militiã adiiciens:Arritium ire iussit. Antonio inter m ex quinq; legionib9:quæ in Macedonia fuerãt q̃ttuor Brundusiuꝫ omnino peruenere. & hæ quidꝫ cõquerẽtes:q; Cæsaris necꝫ minime ulcisci pergeret:nulla laudatione habita:ad tribunal ire suadent ueluti ad ea re q̃ primũ ad eos orationẽ habiturus esset. Eã taciturnitatꝫ permoleste ferens Antoniis nequaq̃ ira cohibere potuit ueꝝ ingratitudinem eoꝝ improbauit:q; a Parthis ad quos delecti fuerant:in Italiam acciti essent:nec ullum testimoniũ caritatis huius reddidissent. Q uestus est insuper:q; uiros a iuuene proteruo quẽ Cæsarem appellãt:ad dissensionꝫ eoꝝ missos:ad se non adduxissent:sed ipse eos solus inuenisset. Exercituꝫ uero ad q̃uinciam ex decreto sibi traditã celtaꝝ gentem uberem & beatã ducere & singulis ibi assistentibus:drachmas centum elargari statuisse. Eam uocꝫ milites:ut pusilanimem irridere cœperunt Cũ turbaretur ille:adhuc magis tumultuari:& discurrere perseuerabãt. Q uamobrem exurgẽs hoc soluꝫ iratus protulit. Sub imperio regi cõdiscite. Deinde seditiosiores a Tribuno quodã deposcẽs: Mos enim Romanis in eoꝝ exercitibus olim fuit:Singulatim per numeꝝ quosq; describere lege militari sortitus est:neq; decimũ quemq;:sed partem eoꝝ interfecit:ratus hũc in modum ob paucitatꝫ eos deterrere. At illi minime cõterriti maiori:adhuc odio atq; ira ferebanẽ. Q uæ intuentes:qui a Cæsare ad seditionꝫ premissi fuerãt:libellos plurimos in Antonii exercitũ emittunt:& p eius auaritia crudelitate:ac Cæsaris primi memoria: ad Cæsaris noui opem dona ac liberalitatꝫ milites inuitant. Eos Antonius summa diligentia perscrutari nixus:si quis occuliisset pœnã cõminatus est: Veꝝ cum neminꝫ deprehenderet:maiori adhuc exæstuabat ira quasi ab exercitu omni tegerẽtur. Intellectis deinde his qui in coloniis ac Romæ a Cæsare dictim fierent animo cõmotus exercituꝫ denuo his uerbis allocutus est. Conturbarer equidem ob ea:quæ militari necessitate gesta sunt o uiri:paucis q̃busdam pluriũ loco per legꝫ interfectis:ipsis clare intelligentibus neq; crudelꝫ:neq; pusilanimꝫ esse Antoniũ nisi q; peccatis & suppliciis iam abunde satiata a me discessit inuidia. Centum quippe drachmas:nõ dono nobis tradere nec enim id Antonii fortunæ congruum:sed ueluti primæ inter nos congressionis professionem quandam non donum exhibere uolui:ac sic lege patria & militari:in his:& in cæteris mihi benefidere superesse uobis. Sic Antonius elocutus est. Nihil muneri tamen addidit:ne imperator ab exercitu uinci uideretur. Illi siue pœnitentia: siue timore ducti id ipsum susceperunt. Ex his ordinum primores uel seditionis ira uel alia suspitione motus permutauit. Reliquos uero:& quæcunq; alia ad opportunitates suas transtulit:& exercitum per partes iuxta mare:Ariminum properare iussit. Ipse ex omnibus desumpta cohorte militari eoꝝ qui corporibus & obsequio præcellerent:Romam profectus est:ut exinde Ariminum uicissim graderetur. Ingressus est autem superbe admodum cohortem ante urbem statuens:& qui circa se fuerant succinctos ducens & notu circa domum ad custodiam armatos continẽs. Insignia etiam illis tribuit aderantq; ueluti in castris custodiæ p uices positæ. Coacto in unuꝫ Senatu:ut de his:quæ Cæsar egerat ad eum quæreretur ab ingressu statim intelligit:ex quattuor legionibus:eaꝫ:q̃ Martia appellabatur ex itinere ad Cæsarẽ iuisse. Ipsi porro ingressum cohibẽti & addubitanti plurimum denuo annunciatur legionẽ eam quæ quarta dicebatur:Martiæ in morẽ ad Cæsarẽ uicissim transiuisse. Q uibus uehemẽter territus:Senatus quidẽ ingressus est: q̃si ob alia euꝫ conuocasset:ac pauca præfatus subito ad portas transiit ut ab illis Albã p fectus deficientes quosq; reuocaret. Reiectus deinde a muris iteruꝫ retrocessit:& ad reliquas legiones misit:quingentas drachmas unicuiq; dare pollicitus. Ipse cũ his qui ade-

Mutinis anno ad uersio:

Antonij concio ad milites brũdusij tumultuãtes

Antonius ebrundusio romã.

Antonius amaci donicis legionib⁹ desertus.

rant Tybur usq; progreditur apparatum habens his qui in hostes tendūt consuetum iam.n. bellum clare iminebat. Decimo celtas nequaq; deponente. Eo igit in loco assisten ti Senatus fere omnis ac plurimi equitū cū honore accessere. Ex populo queq; pars nō contemnenda eumq; iusiurandū a militibus qui aderant sumētem offendētes & ex his qui pridem cū illo militauerāt multos accurrentes magnus quippe id erat sponte & ipsi iusiurandū præstitere neutiq; fides & beniuolentiā q̄ erga Antoniū habuerāt omissu/ ros esse ita ut nō nulli trepidarēt: qui paulo ante i cōcione noui Cæsaris. Antoniū calū niis insecuti fuerāt. Sic illæ splendide admodū Ariminū premissus ē: quo in loco celticæ prouinciæ initium adesse noscitur. Fuitq; illi exercitus exceptis nouiter delectis legio/ num trium nuper e Macedonia ad eum profectarum. Iam.n. illi residuum aduenerat. Commilitabant pterea non nulli ex ueteranis: qui tyronibus in duplo potiores habebā tur. Sic Antonio bellicosissimos uiros legiones quattuor adhæsisse referunt: & quan- tum auxiliatos illi subsequi cōsuetū est. custodū præterea corporis: & nouiter electos illi affuisse cōstat. Lepidus uero quatuor in hiberia legiones habēs: Asinius Pollio duas & Plancus in altera Celtas puincia tres: Antonii partes electuri uidebant. Cæsarem āt duæ similiter legiones delectos sequebant: q̄ ab Antonio ad ipsum transierāt. Tyronū itē una: duæ exprimis cū eo militātibus: nec hæ numero pfectæ aut armis instructæ oēs sed ex nouiter delectis suppletæ fuerant. Omnes igitur Albæ in unum congregans ad Senatū misit. Ille uero ut in re ambigua. item ad Antoniū deflexit oculos. Ac tum qui/ dam affuere: qui Antoniū præponerent permoleste ferētes: q; nō ad Senatus: sed a Cæ sarem legiones diuertissent. Simul deinde Cæsarem eaq; laudātes pollicētur nō multo post quid facto opus esset: ex decreto uelle statuere: cū primū noui magistratus ad agen da processissent. Iam.n. clarum erat eos ope aduersus Antoniu uti uelle. cūq; exercitu proprio carerent neq; auctoritate cōsulum deligere liceret: omnia ad nouos magistra/ tus referre cupere. Cæsari exercitus secures uirgasq; ex ordine paratas ut imperatori ad uersum militanti: & belli duci præferri suadebat: ipsis sub imperatore continue degere assuetis. Ille honore collaudato rem ad Senatum deferri admonet. Cunq; ad eum tur/ matim aduolarent ultro inhibuit: oratores etiam compescuit: quasi Senatus. ea per se esset consulturus: potissimum inquit cum uestram promptitudinem hesitationem meā intellexerit. Quibus uix tum facile repressis ducibus præterea suspitionis se insimula/ ri conquerentibus ita rettulit. Senatum non beniuolentia eius: sed Antonii timore in eum inclinaturum esse exercitus etiā inopia adductum quoad nos inquit Antoniu cō fecerimus: & percussores amici & cognati eos qui in Senatu sunt uires cōparauerint. Quæ ego animaduertens: Senatui obsequi optimū existimo neq; simulationem prius aperire eos pro quibus imperiū nobis: sub cōtumeliæ aut uiolentiæ infamia queat adi- mere. Obsequentibus certe nobis fortasse idipsum facile nobis cōcedet timore ductus: ne id per uim nobis uēdicemus. Talia effatus legiones duas: quæ ab Antonio ad ipsu pertransierant inuicem certantes contemplatus est: spacio inter se distantes: & omnia belli opera nullo respectu habito sola excepta nece peragētes Quo spectaculo lætatus & huic occasioni perlibenter sese inferens alias quingētas drachmas unicuiq; elargitus est & si qua belli necessitas interim ingrueret: uictoribus quinq; mille est pollicitus. Sic Cæsar munerum liberalitate mercenarios sibi uendicabat. Et hæc quidem in Italia agi- tabantur. In celtis uero Decimum Antonius in Macedoniam transire suadebat ut po/ pulo obsequeretur & sibi ipsi uicissim parceret. Ille econuerso litterras a Senatu peror/ n ate sibi scriptas ad eum emittebat quasi per populum sibi cedere non magis honestu foret quam Antonio per Senatum. Antonio diem præfinitam statuente: qua ut inho-

neſtem uti poſſet: longiorem ſibi Decimus diffiniri petit: ne celerius Senatui hoſtis fieret. Antonius facile eo ſuperato: cum in campo adhuc eſſet: ad ciuitates ire properat: a quib⁹ admiſſus eſt. Veritus igit̃ Decimus ne ab oĩum ꝓhiberetur introitu: litteras a Senatu redditas ſibi fingit: q̃ illũ cum exercitu romã ꝓpere euocẽt. Eo modo in italiam conuerſus ire pergit. Recipientibus illum cunctis ueluti redeuntem uſq; mutinã ꝓgreſſus ẽ urbem feliciſſimaz ac ſtatim portas occludi imperat. Mutinenſium oĩa ad uictũ neceſſaria in medium afferri: iumenta ad currus debita ĩmolari: & ſale condiri iubet: ne forte obſidio in lõgum traheret: eoq; mõ Antonium operiri pergit. Copiæ illi aderãt haud cõtemnendæ: gladiatorꝝ manus ingẽs: armatorꝝ legiões tres ex qbus una nuper militãtium: & inexercitatorꝝ fuerat: duæ fideliſſimæ: q̃ prius cũ eo ſtipẽdia meruerant. Antonius cũ ita in euz delatus Mutinæ urbẽ muro: foſſaq; præcinxit: ſic ut Decimus obſidione premeret. Interim in romã cõſules ãniuerſarii: menſis initio creati Ircius: & Panſa: Senatũ ſubito ad ſacra & in ipſo tẽplo cõtra Antoniũ conuocãt. Cicero nempe: & amici eius eundez a ſenatu hoſtez iudicari his potiſſimuz ex cauſis uehemẽtius urgebãt: ꝙ Celtarꝝ ꝓuinciã Senatu inuito ad patriæ oppugnationez ꝓuim armis inuaſiſſet & exercitum in Getas illi aſcriptũ in Italiã deduceret. Adiiciebant ad hæc: ꝙ aliã cũ Cæſare diſſenſionez iniiſſet palam in urbe tot primorib⁹ exercitus ſtipatus: & domũ ueluti arcez quandaz armis ſigniſq; præmuniens: ad cætera ipſis ſuperbior: quam annua poteſtas ferret uideretur: Lucius autem: Piſo: qui Antonii peregre exiſtentis partes tuebatur uir inter romanos apprime inſignis: & quicunq; alii ob ipſum: uel propter Antonium: aut ꝓpriam ſententiaz illi adhæſerant: Antoniuz in iudiciuz uocari depoſcebãt. Non. n. ex patriæ moribus cõgruere aiebat: hoĩem inuaditum iudicari: neq; cõdecens: eũ qui heri conſul extitiſſet: cum laudẽ mereret: in ſequentez diem conuicio perſequi. Alii uero: & Cicero in primis aduerſus hæc uerbis nitebantur. Senatores autez: quibus hæc ſententia haud quaq̃ grata fuerat: rem uſq; in noctez produci depoſcebant. Illuceſcente die ob eam cauſam in Senatum conuenerunt. quo in loco inſtante Cicerone: eiuſq; ſequacibus Antonius hoſtis eſſet iudicatus: niſi ꝙ Saluius Tribunus rem inſequentem diez differendam cenſuit. Inter cæteros nempe magiſtratus præ omnibus potẽtiſſimus ad prohibendum eſt Tribunus. Quamobrem Ciceroniani omnes contumeliis uehemẽtius ĩ illuz inuecti ſunt & populuz ſubinde diſcurrentes ĩ eum cõcitabant: Saluiũ quoq; ad illum prouocabãt. At is interritus: quocunq; in loco præſto aderat donec a Senatu eſt ꝓhibitus: uerito: ne populuz in memoriã Antonii exercituz in diuerſum cõturbaret cum minime ignoraret: uirũ illum ante accuſationem plurimum illuſtrem extitiſſe: nec quia populus celtarꝝ prouinciam illi tradidiſſet: ſed pro percuſſorum uenia & ſalute ſuccenſebat. maxime ꝙ propoſita iniuriarum obliuione populuz in eum concitaſſet. Eam ob cauſam & ipſe Cæſaris opera in illum utebatur. Quæ Cæſar haud ignorans: ſe Antonium q̃ primum oppugnare prædicabat. Hac ratione Senatus Antonio ſubiratus eſt. Sortibus itaq; propoſitis: ut primum a Tribuno conceſſum eſt: Decimuz laudibus proſequendum ſtatuunt: qui e celtarꝝ prouincia Antonio minime ceſſiſſet. Conſulib⁹ porro: Ircio & Panſæ Cæſarem una militare cum his: quas haberet copiis edicunt ſtatuam illi ex auro apponendam fore ſententiaz inter cõſulares afferre poſſe: conſulatũ petere per decem ante annos: q̃ ex lege liceat indulgent. Legionibus quæ ab Antonio ad eũ tranſiuiſſent: tantundem a populo impendi debere quantuz uictoribus Cæſar promiſiſſet. Et hæc ex decreto ſtatuẽtes receſſere. Cum uero Antonium: re ipſa: ut apparuit hoſtem iudicatum ac Tribunũ inſequẽtem diem nihil aduerſante intueri datum eſt: Antoni mater: & uxor: filiuſque adoleſcentior adhuc: aliique neceſſarii: & amici per uni-

D. brut⁹ ab antonio prẽlio fusus.

D. brut⁹ ab antonio mutinẽ obſidet.

hirci? panſa? } Coss.

Antonius hoſtis a ſenatu iudicat?

L. piſo antonio fauebat.

Saluius Trib. plẽb.

Tribunitiæ poteſtatis ẽ interceſſio

ſortes

Octauij decreti honores a ſenatu

Ant. hoſtis iudicat?

uersam noctem potentiorũm domos percurrere:illisq; supplicare:per diem uero in Senatum uenienter eunctos molestia afficere:& ad eoꝝ pedes cum flectu & heiulatibus se prosternere non cessabant:nigra ueste ante fores acclamantes. Quibus illi exciti ob clamorez:aspectũq; ac rei nouitatẽ tam inopine factam flecti:mitigariq; cœpere. Huius rei cã pauefactus Cicero Senatũ in hũc modũ allocutus est. Quæ circa Antonium cognoscenda fuerant patres cõscripti heri abunde percepta sunt a uobis. Quibus enim hostes eius honorauimus hisipsis eundem hostem iudicauimus. Saluium uero solum impedimentum quoddam obiectum nobis uel inter omnes omnino prudẽtiorem iudicare necesse est:uel amicitia commotum uel presentium potius rerum ignorãtia hæc efficere. Ex quo turpissimum nobis iudico:si omnes unico homine & hoc quidem Saluio indoctiores habeamur:aut rei publicæ beniuolentia superior nobis sit qui præsentium ignorantia maxime laboret. Mihi quidẽ consulibus ante ipsum:ac prætoribus: Tribunisq; collegis eius fides uidet adhibẽda:cæterisq; Senatoribus qui tot in hoc ordine: & dignitate & numero:per ætatem quoq; experientia:longe Saluio:Antonium magis norunt. Est enim in iudiciis publicis & causis:id plurimũ quod iustum est. Verum si denuo causas intelligere necesse est:breuiter expediam:& quæ principaliora sunt memoriæ:subiiciam defuncto Cæsare pecunias publicas sibi uendicauit Antonius. Macedoniæ deinde administrationem a nobis sumẽs:in celtas sine consensu nostro ꝓfectus est:exercitũ contra Getas sibi traditum:eorum loco in Italiam contra nos inuexit. Hæc utraq; in nos ad insidias expostulans:cũ adipisci non posset:per seipsum natus est. Cohortem regiam in Brundusio ad custodiã suam delegauit:ita ut ipsum palaz ferro accincti intra urbem circunstarent homines:& noctu sublatis signis custodirent. Eduxit deinde a Brundusio exercitum alium ad omnia promptiorem in urbem:cum ad ea aspiraret quæ Cæsar cõcupisset. uerum a nouo Cæsare cum exercitu alio præuentus ac timore correptus ad Celtaꝝ prouinciam se conuertit:ueluti cõmodiorem in nos habiturus aditum:quoniã Cæsar eo ex loco & ipse contra nos inuectus. nobis imperauit. Exercitum præterea ad hæc terrefaciens:ut ad omnem iniusticiam & crudelitatem eius adhæret:forte delectos morte mulctauit:cum nec seditionem excitassent non custodiam aut ordinem in bello reliquissent:Quibus etiam militaris lex sic sẽtientibus punitionem quandã solet diffinire. Et his pauci maximis solum in periculis:& casibus:necessitate uisi sunt. Hic autem ad uocez & risum ciues ad mortez deduci imperat:mortẽ inquã non deprehensoꝝ sed electoꝝ potius. Itaq; qui potuere ab eo discesserunt:quos ueluti bene meritos hesterna die donis exornauimus. Quibus autez discedere non licuit:hi sunt: qui timore ducti cum illo latrocinant:& hostiuz in modũ prouinciaz nostram inuadũt & exercitum nostrũ:ac ducem obsident:Et cui uos:ut in prouincia celtaꝝ moraretur perscripsistis:eum Antonius exire iubet. Verꝝ igitur nos Antoniuz hostẽ iudicauimus an Antonius ipse hostiliter nos aggreditur:& Tribunus noster hæc adhuc uidet ignorare:quoad Decimo. deuicto prouincia tam ingens:& nobis finitima & ultra puinciaz Decimi exercitus:contra spes nostras Antonio accesserit. Tunc quidez:ut uidet Tribunus eum hostem iudicabit:cum nobis potentior longe extiterit. Hæc eum per orasset Cicero:amici eius tumultu excito neminem in contrarium dicere sinebant:donec Pisone assurgente:reliquus Senatus:eius reuerentia cõmotus silentium tenuit:unaq; Ceronis amici siluere. Tunc Piso ita fari orsus est. Lex quidem patres conscripti reum audire admonet. Audite itaque:& pro eo respondentez iudicate. Potentissimum quippe ad perorandũ. Ciceronẽ adesse postulat:qui præsente Antonio accusare nõ audet: absente uero eo crimina nõ cessat afferre. Ego maxima ex omnibus:& quæ ambigua sunt faci-

Ciceronis ōro In antoniũ.

Antonius Inremp. quæ gessit hosti/ uer.

Antonius Galliã ꝓuinciã cur affec/ tauit

Pisonis ōro p.m. ant.

le transilens: breuibus ea falsa esse ostendam. Pecunias Antonium publicas: post Cæsaris necem sibi uendicasse dicit: lege furem eum: non hostem decernente: & pœnam illi damni statuente. Cum Brutus Cæsarem interemisset & in populo de his palam cõquestus esset: quoniam Cæsar pecunias abstulisset publicas: & ærariuꝫ nobis inane reliquisset: Antonius paulo post eas inquiri debere statuit: uobis sententiam eius approbantibus: & publicæ id ipsum proclamari facientibus. præmium quoq; his: qui indicasset: decimam omnium pollicẽtibus. Itaq; si quis Antonium de his accusare pgit: in duplo eadem uobis persoluemus. Et hæc de pecuniis abunde dicta sint. Celtarum autem prouinciam minime nos Antonio decreuimus: uerum populus ex lege sibi contulit: Ciceronẽ assidente: quo more & alia plerunq; aliis tradidit: & hanc ipsam prouinciam olim Cæsari concessit. Pars itaq; legis habebitur: Antonium prouinciam sibi ascriptaꝫ deposcere: ac Decimo non parenti inferre bellum: & exercitum nundum aduersus Getas motum: in celtis contra eum: qui sibi obsistat inferre. Verum Cicero Decimum nequaquam hostem esse existimat: qui contra legem armis obluctatur. Antonium uero hostem esse putat: qui pro lege bellum gerat: Sin legem eam damnat: eos uicissim: qui legem tulere cõdemnet necesse est. qui tamen dehortandi fuerant: non autem contumeliis insectandi: neq; prouinciam Decimo cõmittendam esse: consulere debuit: quem populus ob Cæsaris necem expulisset: Antonio non committendam esse: cui populus eam tradidisset. non enim bene consulentis: est aduersos populum uelle contendere: his maxime temporibus dubiis atq; periculosis: neq; obliuioni tradere: quod ad populum in primis pertinet. amicos: hosteſq; decernere. Solus quippe ex priscis legibus populus ipse imperator est: belli: pacisq; tractande: quorum nihil populus nobis eduxit: aut imposuit: prefecto assistente. Cæterum non nullos ex militibus occidit Antonium: cum imperator esset: & a nobis ex decreto constitutus. Nullus certe imperator huiusmodi iudicium subisse noscitur. Non enim utile nobis leges putauere: imperatorem militibus in iudicio esse obnoxium: nec insuper æquum fore: si quod in bello constitutum est: id ab ullo negligatur: ob quæ etiam: qui uicere: nõnunq̃ interempti sunt. nec in eos: qui supplicium sumpsere quisq̃ inuectus est: nec in præsenti cognatus: quispiam aut necessarius: sed Cicero solum queritur: & necem eorum improbans honorum loco: qui interfectoribus impendi solent: Antonium cõmunem hostem decerni iubet. Antonii uero: quemadmodum exercitus nullo ordine turbatus sit: & imperatorem suum contẽpserit: satis indicãt duæ legiones: quæ ab eo perfugere: quas uos cum eodem militare decreuistis: nunc præter militarem legem ab eo transfugæ: non ad uos sed ad Cæsarem uenere: quod Cicero simul commendauit: & ex publico mercedem heri dari persuasit: ne uos id exemplum aliquando conturbaret. Ita Ciceronem ad insaniam propria perduxit inimicicia. Antonium etiam tyrannidis accusat: q; milites supplicio affecerit: qui continue insidias meditati sunt. qui uero exercitum curant: puniti non consueuerunt: nec alium Antonio post Cæsare principatum ueluti tyrannicum potuit obiicere. Itaq; de singulis hunc in modum interrogare eum libet. Quem ueluti tyrannus in auditum occidit Antonius: qui nunc inauditus in periculo constitutus est? quem ciuitate expulit. quem nobis cõdemnauit? uel adeo in singulos potens: non omnibus instruxit insidias? Quando hæc o Cicero fecit Antonius? an cum actorum obliuionem confirmauit? uel cum neminem necem prosecutus est? uel cum publicas pecunias inquirendas esse censuit? uel cum Põpeium: Pompei illius uestri filium reuocari in patriam: & ex publico substãtiam illi solui persuasit? uel cum fictum illum Marium inuadens. cæteris insidias struentem interemit? & ab omnibus uobis est collaudatus? Hæc solum propter uos minime reprehendit Cice-

furti pœna.

fict? Marius

ro:uel cũ de dictatoris magiſtratu aliquez referre:aut decẽrnere prohibuit:ũel aduer ſum obnitentes morte mulctandos cenſuit?Hæc ſunt:quæ per duos menſes in re publi ca egit Antonius:cum ſolus poſt Cæſarem urbi præfuiſſet:cum modo percuſſores po pulus inquireret:modo uos futurorum cura perureret. Quo tempore ſi iniquus exti tiſſet Antonius:nullũ cõmodius ad agẽdum fuiſſet habiturus. Verum nunq̃ in contra rium imperio uſus eſt:an non ſolus tunc imperio præfuit:cum Dolobella in Syriã pro fectus eſſet?Num exercitum in urbe paratum habuit a uobis traditum?Num urbis cu ſtodiam per noctem tenuit?Num eam cuſtodiam ob hoſtium egit inſidias?Num occa ſionẽ necis Cæſaris amici eius & benefactoris habuit:ac populo pergrati?Num aliã do mum inuenire potuit cum hoſtium uereretur inſidias?quorum neminem occidit:ne mineꝫ urbe expulit.quinimo illis quantum ex honeſtate licuit indulſit:& prouincias eiſ dem datas nulla motus inuidia cõceſſit. Hæc maxima patres cõſcripti:& dubiam in An toniuꝫ a Cicerone collata crimina perſpicite:ex quo ad accuſationem diuinatiões quoq̃ ad iungit:q̃ Antonius exercitum in urbem fuerit adducturus:ſed metu Cæſaris exer citus urbem præoccupantis abſceſſerit. Quõ igitur:ſi hoc ſoluꝫ cogitare uiri nobis ini mici proprium exiſtimandum eſt eum.qui uenerit:& nullo ſigno dato cõtra nos caſtra metatus ſit:non putat hoſtem? Quomodo igitur pertranſiuit Antonius?nõ ad nos ac ceſſit? Nunquid triginta millia in armis parata ducens:ter mille extimuit:quos inermes nullo ordine circa ſe Cæſar habuit?ad Cæſaris conciliationeꝫ duntaxat aſſiſtẽtes: Qui cum primum bello decernendum eſſe cognouere:educentem euꝫ reliquerunt. Sin au tem cum triginta millibus accedere ueritus eſt:quemadmodum mille comitatꝰ ad nos uenit?cum quibus Tybur quot ex noſtris miſimus?quot nullo adacti ſacramento:iuſiu randum illi obtulimus. Quanta Cicero preconia in laudem conſulatus ab eo geſti con ſumauit? Quemadmodum ergo Antonius ſi hæc intellexit: pignora:quæ Senatus in conſpectu conſtituta ſunt:nobis dereliquit?matrem ſcilicet:& uxorem:& adoleſcenteꝫ filium:qui nunc deflent:illachrymantq̃:& non ea quæ ab Antonio in re.p.geſta ſunt: ſed potentiam inimicorum eius reformidant. Hæc apud uos proferenda duxi patres cõ ſcripti:ueluti exemplum quoddam Antonii defenſionis:Ciceroniſq̃ mutationis.Bene intelligentibus ãt:hanc ſuaſionem in primis afferam:ut neq̃ in populum:neq̃ in Anto nium quicq̃ iniquæ moliri audeant:neq̃ cõmunibus in rebus inimicitias:piculaq̃ con ferre ægrotante re.p.& celeriter iis:qui opem afferant indigente:& qui prius poteſta tem conſtituant in urbe:q̃ quæ ab extra ſunt tumultum inferant:quouſq̃ in eam inſur gentibꝰ abunde liceat obliſtere:& quos libuerit iudicare:& q̃ a uobis iudicatum fuerit perficere poſſitis: Quo modo igitur hæc erunt dicet quiſpiam?Si Antonium ad occa ſionem:aut gratiam populi:celticam ſinemus habere prouinciam:Decimum cum tri bus quas habet legionibus huc euocabimus.& uenientem in Macedoniam mittemꝰ: legiones retinente:& deas quæ ab Antonio receſſere:pariter nobis uẽdicabimus:quem admodum dicit Cicero:& has a Cæſare in urbem acerſemus. Sic quinq̃ legiõibus no bis aſſiſtẽtibus cui uiſum fuerit ex decreto confirmabimus:ad nullius hominis ſpes in hiantes. Et hæc ſine inuidia aut ambitione audientibus dicta ſunt Pro his uero:qui in conſiderate:ac temere ob domeſticas inimicitias:aut contentiones in nos tumultuꝫ ex citant: iudices deprecor:ut neq̃ celeres nimis ſint:neq̃ p̃cipites i uiros magnos:& exer cituum duces prepotentes quicquã agere:ne ue inuitos in bellum attrahant:ſed Marcii Coriolani:eorumq̃:quæ a Cæſare nup geſta ſunt uelint reminiſci:quem exercitum ui ciſſim adducentem:& fœdera uobiſcum facta protendentem:præcipitanter admodum hoſtem iudicantes re ipſa hoſtem fore coegiſtis. Parcite populo q̃ paulo ante impercuſ-

Marcius coriolan?

sores Cæsaris inuectus est: neq; ad contumeliam eius prouincias gentium his impendere uelitis: nec Decimus laudibus extollere: q̃ populi legem despexerit: Antonium hostem iudicare quoniam celtas a populo susceperit: In quibus bene consulentes necesse est pro his quæ fefelerunt adhibere animum: consules uero ac Tribunos plures periclitantibus rebus publicis apponere. Sic Piso pro Antonio elocutus est: cõuiciis simul: & pauore eos incitans: quem aperte causam fuisse afferunt: q̃ Antonius hostis minime iudicatus sit. non tamen ut celticæ præesset obtinere potuit. nam id ipsum percussorum cognati atq; amici timore ducti prohibuere: ne dipositio bello in percussores aliquando insurgeret. Cæsari conciliatus. Quamobrem Cæsarem Antoniumq; inuicem contendere illis placuit. Antonium quoq; Macedoniam assumere celtarum loco decreuere. Cætera alia mandata seu temere: seu consulto Ciceroni perscribenda: ac legatis tradenda cõmisere. Ille sententia prolata in hunc modum scripsisse dicitur. Antonium cõfestim Mutina discedere: Decimo celticam concedere prouinciam: quæ intra Rubiconem amnem qui Italiam a celtis diffinit sita ẽ. Data est dies ad hæc prætinita: in qua Senatu omnia ad se referret. Sic ambitiose admodum ac minus uere mandata Cicero uidetur conscripsisse: non ulla quidem inimicitia: quæ tanta illi cum Antonio suberat. Verum fortuna quadam ut apparet publica ad mutationem impellente: Ciceroniq; insidias iam abinde præstruente: cum iam Trebonii reliquiis allatis: contumelie in eum illatæ: certior Senatus: haud difficulter Dolobellam hostem iudicasset: legati ad Antonium missi: cum ob mãdatorum alienationem uehementer erubescerent: nihil locuti sunt: uerũ Antonio mandata tradiderunt. Antonius ira concitus: multa in Senatum: multa etiam in Ciceronem protulit: potissimum se admirari dicens q̃ Cæsarem: qui principatum maxime adauxerat: tyrannum ac regem putauisset: Ciceronem uero non putarent: quem Cæsar bello cœpisset nec tamen occidisset. Is autem percussores amicis eius prætulisset: & Decimus olim Cæsari amicum odio insectatus esset: nunc autem necis eius participem diligeret & illi qui post Cæsarem a nullo celtas susscepisset: ope assisteret: Sibi uero qui a populo iam prouinciam cœpisset: inferret bellum. Legionibus etiam quæ ab eo transfugissent: honores tribuendos esse decreuisset: His autem: quæ cum eo restitissent: minime decernceret: & militiam non solum apud eum sed: in urbe corrupisset: Percussoribꝰ porro obliuionem concessisset actorum: quam ego inquit confirmaui: & ob id duos insignes uiros Antonium scilicet ac Dolobellam hostes iudicandos esse censet: quoniam quæ nobis data & concessa sunt habemus. Hæc enim uere causa est. Nam si a celtis inquit abeam: neq; hostis neq; manarchicus dicar amplius. Hæc aũt testor: me obliuionem haud quaq̃ gratam soluturum esse. Huiusmodi plurima effatus Antonius: responsum decreto in hunc modum præbuit. Senatui ueluti patriæ in omnibus se obsecuturum esse: Ciceroni uero: qui mandata perscripsisset: ita rettulit. Populus mihi celtas ex lege tradidit: ego Decimum legi non parentem a celtis amouebo: & necis causas repetã ab omnibus: ut & Senatus hoc odium aliquando euomat: quo Ciceronis causa repletus est: qui Decimo auxiliat. Hæc Antoniꝰ cũ dixisset: subito rescripsit: ac Senatus statim eum hostem iudicauit: omnemq; cum eo exercitum: nisi ab illo discessisset. Macedoniæ & Illirici nationibus & utriusq; exercitibus Marcum Brutum præsidere uoluit: donec rempublicam meliorem in statum conuertisset. Ille igitur proprio iam fultus exercitu: ab Apulcio etiam partem acceperat: Naues ad hæc longas onerariasq; in unum conduxetat: pecunias usq; ad sex & decem millia talentorum summam coegerat armorum quoq; ingentem numerum: quæ in Demetridate a Caio Cæsare iampridem cumulata inuenerat quibus omnibus ut ad patriæ utilitatem uteretur: Senatus ex decreto confirmarat. Cas-

finis orationis

Antonius cur hostis à Senatu nõ Judicatus.

Antonio Macedonia p̃ decreta.

Rubicõ flu.

Dolabella hostis à Senatu Judicatus

Antoniꝰ mercurio nũciatꝰ.

Antonij responsio in Senatũ et ciceronẽ.

Ant. a senatu hostis Judicat?

M. bruto decreta Macedonia.

lb

lb M. bruti apparat?

Cassio syria decreta.

sio etiam Syria a Senatu tradita: mandatumq; ut Dolobelle inferret bellum. Aliis quieū que prouincias aut Romanorum exercitus ab Ionio mari usq; in orientem continerēt: edictum ut Bruto Cassioq; parerent. Itaq; qui circa Cassium fuerant: celeri impetu in bellum prodiere. Q uæ singula Cæsar animaduertens magna trepidatione fluctuabat animo. Gestorum nempe obliuionem condecentiam q̄dam humanitatis in eos arbitrabatur: ac cognatorum misericordiam erga uiros: qui simili honore tenerētur. & has breues ad tempus dignitates illis traditas: ad eorum securitatem pertinere. Sic decimo celtas eos cōfirmasse: ut Antonio notam tyrannidis inurerent: Q ua simulatione & ipsuz in Antonium educerent. Dolobellam hostem iudicatum: q; ex percussoribus unum occidisset: Bruto: & Cassio prouincias ad populosiores nationes datas esse: Exercitus plurimos summa celeritate illis additos: Pecunias insuper collatas esse: & ducum qui ultra Ionium mare incolunt: duces eos & principes effectos. Et ea omnia ad pompeianarum partium incrementum clare pertinere: Cæsaris partes ad nihilum deduci. Huiusmodi itaq; artem quæ in eum ueluti adolescentem fabricaretur animaduertens: imaginē quā dam: & insidias ipsis apponentibus: & ueluti ducem in Antonium declarantibus. ut re ipsa exercitum ab illo eriperent: suspectam habuit. Consulibus nempe una militantib9: nihil duce aduersum contendente opus esse: Solis honores ab Antonio ereptos ex decreto uendicantibus: Se autem nulla gloria militaturum apud eos. Postremo bellum omne in infamiam eius decisurum esse: Senatum sua opa aduersum Antonium uti uelle: quod uires eius contriuisset. Hæc intra se meditatus nulli patefecit: uerum sacris pro imperio sibi tradito rite peractis: his uerbis exercitum allocut9 est. Hæc. n. mihi a uobis non modo nunc cōmilitiones: sed ex quo imperium mihi tradidistis: collata sunt. naz & Senatus uestri gratia hæc ipsa contulit: ut intelligatis me horum causa ad gratias uobis reddendas esse obnoxium: quas si diis bene iuuantibus fœliciter agemus: abunde referam. Sic ille exercitum proprium confirmans eduxit agmen. Consulum alter Pansa p Italiam exercitum cogebat. Ircius autem copias cum Cæsare partitus est: & ut a Senatu secreto illi iiunctum fuerat: in partiēdo legiones duas ab illo peciit: quæ ab Antonio ad eum transfugerant: satis conscius ex omni exercitu has potiores esse in bello. Q uæ uniuersa Cæsar facillime concessit. Distributis inuicem copiis in hiberna simul concessere. Finiente hyeme Decimus iam fame laborabat. Ircius & Cæsar Mutinam ꝑpius castra mouent: ne deficientem. Decimi exercitum Antonius sibi uendicaret. Vrbe diligentius custodita ab Antonio: Pansæ milites nequaquam cum illo iniere bellum: imperatorem expectantes. Equitum pugnæ frequenter inter eos fiebant: & q̄q̄ multitudine equituz antecelleret Antonius: campi tamen difficultas: qui interlabente fluuio fossis præpediebatur: auaritiam multitudinis eorum defraudabat. Hæc igitur circa Mutinam agitabā tur. Romæ uero cum consules abessent Cicero ad ambitionem gerebat omnia. Nam conciones assidue aduocabat: Arma etiam: opificibus sine præcio coactis præparabat: Pecunias in unum cumulabat: & grauiora onera Antonii necessariis atq; amicis imponebat: quæ illi calumniam euitantes prompte conferebat: donec Publius Vētidius qui cum Cæsare una militabat Antonii amicissimus: Ciceronis acerbitatem haud ferendaz ratus: ad Cæsaris colonia profectus est: ueluti notior apud omnes: ac duas ad Antoniuz legiones eduxit: Ciceronem quoq; in urbe comprehendere temptauit. Ac tunc statim tumultus ingens exortus est: ita ut multi uxores & filios trepidatione moti ex urbe educerent: & Cicero ex urbe una aufugeret. Q uæ Ventidius intelligens ad Antonium cō uertit iter. Intercluſus deide a Cæsare & Ircio i ū Picenuz se cōtulit: & legionē aliā in unū congregans euentum rei intentus expectabat. At uero qui circa Cæsarez fuerant: Pan-

Octauiꝰ cōtio ad exercitū quē ducebat Antonii.

Pansa Hircius } Coss.

Decim mutinā obsessus fame et Laborat.

quę romę pcā rone gesta sūt

Ventidius duas legiones ad Antoniū duxit.

trepidat in urbe ob uētidij legiones Ciceronis ex urbe fuga.

ſam cum exercitu appropinquare ſentientes: Carſuleium ad illum mittunt qui prætoriam Cæſaris cohortem: ac legionem Martiam deduceret: quo illi p̃ anguſta tranſeunti afferret opem. Antonius anguſtias locorum haud multifaciens quaſi nihil amplius q̃ ab acceſſu eos eſſet prohibitur⁹: & pugnæ ductus deſiderio: cum eq̃tatu anteiret: per campum paluſtrem: & foſſis præpeditum duas ex p̃ſtantioribus legiones in occulto collocat uerſus iter: quod anguſtum & manu factum utraq; ex parte: arundinibus circũſeptum aderat. Carſuleius cum legione martia: anguſtiis locorum p̃ noctem ſuperatis: orta luce martialibus ſolis: ac cohortibus quinq; comitatus: iter manu factum: quod hoſtibus uacuũ inſpiciebatur ingreſſus ẽ: Dumq; paludem utraq; ex parte perſcrutatur: arundinum quippe ſtrepitus ſuſpitionem illi iniecerat: ſtatim clypeos: galeaſq; per arundines emicare uidet: & prætoria Antonii cohors ipſis ſubito a frõte aſtitit. Martiales oĩ ex parte circumuenti: nec ullo ex loco decurrere potentes: eos: q̃ aderant nouiter electos nullã laboris partem ſubire admonẽt: utpote qui illos ob inexp̃ientiam minime p̃turbare uellent: ac prætoriæ Antonii prætoriam Cæſaris cohortem oppoſuere. Ipſi ĩ duas diuiſi acies: utranq; legionem aggreſſi ſunt. Et uni q̃dem parti Panſa p̃ſidebat: alteri uero Carſuleius. Cũq; binæ paludes ĩminerent: bina inter eos reſultabant p̃lia: & in arctis conſtituti neutiq; ſe diſcernere poterant. Et circa tranſitum p̃toriæ cohortes bellum aliud inter ſe gerebant. Mẽs quippe Antonii militibus fuit ex martialibus ueluti tranſfugis: & ipſorum proditoribus uindictam ſumere. Martialibus ãt ob ſuſpitionẽ: qua iãpridem in Brunduſio corrupti fuerant: ſe de ipſis ulciſci uelle: & cum uiciſſim: quod fortiſſimum foret: utraq; in acie adeſſe noſcerẽt: facile eo ope belluꝫ diffiniri poſſe putabant: Illis porro uerecundia aderat: ſi due legiões ab una uincerentur. His uero cõtentio q̃dam honoris: ſi una duntaxat ambas oppreſſiſſet: In hũc modum acriter inter ſe pugnabãt: ira magis ac contentione mutua craſſantes: q̃ odio imperatorẽ: cum id opus proprium eſſe exiſtimarent. ob expientiam uero rei militaris: neq; clamorem ædidere: quaſi non mutuo ſe p̃cuterent: neq; in certamine quiſq̃ emiſit uocem: ſiue uincẽs: ſiue uictus. Cumq; tranſitus nullos haberent: aut excurſus: inter paludes: foſſaſq; cuneatim cõſiſtebant: neq; alter alterum propellere potẽtes: enſibus ueluti in agone cõplexi depugnabãt. nulli ictus fruſtra emiſſi: uex uulnera: mortes: ſuſpiriaq; p̃ uoce reſonabant: cum q̃ cecidiſſet cõfeſtim leuaretur: & alter eius loco opponeretur: nulliſq; ſuaſionibus: aut adhortationibus opus eſſet: ſed q̃ſq; ab experiẽtia ſibi eſſet ĩperator. Cũ uero diu multũq; laboraſſẽt: ut ĩ luctatiõibus mos ẽ: ad reſpirãdum p̃modicum: ſibi mutuo auxilia p̃bebãt: nec ulla ĩteriecta mora ad pugnã denuo: bellũq; redibãt. Pauor ingẽs obiiciebat nup̃ electis ad belluꝫ aduẽtãtibus: huiuſmõi facinora: q̃ tanto ordĩe ac ſilẽtio fierẽt intuẽtibus. Cũctis itaq; ĩ hũc modum ſupra naturã humanã laborãtibus: cohors Cæſaris p̃toria ad unũ cõſciſa ẽ. Martiales q̃cunq; ſub Carſuleio depugnabãt: potiſſimũ ſibi aduerſos p̃pulerunt: nõ turpiter: uex ſenſim pugna decedẽtes. At q̃ ſub Pãſa fuerãt eũdem pœne modum cõſeruabãt: ſuſtinebãtq; fere ab utraq; parte æq̃liter: donec ſagitta p̃ilia cõfoſſus cõſul Bononiã delatus ẽ. Tũ uero: q̃ cũ illo ſteterãt: primũ pedem rettulere: demũ terga uertẽtes arripuere fugã. Quod intuẽtes ii: q̃ nup̃ uenerant: nullo ordĩe in fugam abeũt: magnoq; clamore ad uallum proripiũt: tunc q̃dem a Torq̃to q̃ſtore p̃paratum: cuꝫ pſeuerãte adhuc pugna neceſſarium fore exiſtimauiſſet. Ad eum igiſ nup̃ electi magno ĩpetu uertere greſſum: Itali Martialibus in unũ mixti. Cæterꝫ eadem natio ad tãtam uirtutem plurimum ob exercitationem inter ſe differt. Martiales ob ruborem minime uallũ ĩgreſſi ſunt: uerum in cõſpectu eius cõſtiterũt: defeſſiq; ĩpetum ſi qs ĩſurgeret: ad extremũ belli finem p̃ferre uidebant. Antonius a Martialibus ueluti bellicoſiſſimis ſe cõtinuit. His uero: qui nu-

carſulei⁹.

p̃liũ manguſtijs a Trox.

octauij cohors p̃toria in anguſtijs Laborat.

Panſę cos. uuln⁹.

Panſę exercit⁹ fuga

Torquat⁹ quęſtor.

Strages ab Antonio Hircij Virt?.

per uenerant insurgens magna strage eos perculit. Ircius Mutinæ percepta clade: per sexaginta stadia lõge distans: cum reliqua q̃ ab Antonio legiõe fugerat: cursu in eum ferebat. Iam sol ad occasum uergebat: & Antonii milites uictoria potiti: cum cãtu ĩ castra ferebant: qbus inordinate pdeuntibus. Ircius inopinus affuit: integra legiõe & inuicta cõstipatus. Illi igit' ex necessitate cõfestim ĩ ordines sese referunt: ac multa & splẽdida rei militaris opa ediderunt. Cæterꝝ q̃q̃ potentes: labore oppressi prosternuntur: quorꝝ tamen maior pars: Ircii manu confecta ẽ: licet eos minime insequeret'. Verum paluſtrium locorum metu: insurgente nocte seipsos dissoluerunt. Ex his paludes magna ex parte referte sunt armis scilicet cadaueribus: & semispirãtibus adhuc uiris: uulneribusq; oppressis: Qui uero ĩtegri superfuere: contẽpto labore: eqs' discurrentes: quoscũq; ex Antonii exercitu inuenerant: nocte tota in unum colligentes: quosdam eorꝝ loco: alios cum ipsis in equis statuere: & qui a tergo insequebantur circumcurrere: & sibi auxiliari: salutiq; propriæ adesse monuere. Sic Antonio fœliciter pugnati: uirtus omnis superueniente Ircio confracta est. Mansit itaque iuxta campum in uilla quadam: nullo circumseptus uallo: quæ celtarum forum: seu uilla nuncupatur. Cecidere prima in pugna: ad dimidiam fere partem ex utroq; exercitu. Prætoria Cæsaris cohors integra concisa est. Ex Ircii militibus pauci interiere. Sequenti die Mutinam cum copiis rediere oẽs. Erat anim9 Antonio post acceptam tam insignem stragem: nil ulterius integris moliri uiribus: neq; ad se insurgentibus obuiam prodire: sed solis equitibus continue eos per diem aggredi: donec Decimus extrema fame fatigatus: se ultro traderet. Ircius uero: & Cæsar ob id maxime in pugnam prodire aiebant. Insurgentibus ipsis: cum Antonius se in castris contineret: ad aduersam Mutinæ partem: quæ ob asperitatẽ loci minus custodiebat': se ambo transtulere: ut totis conatibus per uim ingrederent' urbem. Tum uero Antonius solis equitibus ad pugnam proceſſit. Repellentibus illum hostibus: equitu3 pariter auxilio: ac reliquo accedente exercitu ad ea: quæ cõcupierant loca: ueritus Antonius ne urbe potirentur: duas legiones in p̃lium educit. Illi gauisi confestim reuertuntur: pugnamq; ineunt. Cæterꝝ Antonio legionem aliam ab exercitibus aliis ciente: cum ue'uti in re subita: & lõge distracta moraretur: Cæsar uictoriam adeptus est. Ircius in Antonii exercitum ulterius progressus: dum ad prætoria' castra depugnaret: tãdem cõfossus ĩ bello cecidit. Eius corpus mira celeritate præueniens Cæsar ab hostibus eripuit: exercitũq; continuit: quoad paulo post Antoniũ repelleret. Nocte3 itaq; in castris pugilez duxere ambo. Antonius hac'secunda prostratus clade: confestim amicos in consilium conuocat. His prima sententia utendum uidebatur: ut Mutinam obsidione præmeret: nec pugnã ulterius iniret: cladez ambobus esse parem: Ircium interiisse: Pansam ex uulnere periclitari adhuc ipsos equitibus longe præcellere: Mutinam ad extremam decidisse famẽ: ac statim in deditionem peruenturam esse. Hæc ab amicis Antonio consulebant': & erant quæ proponebantur optima: uerum deo aliquo mentem eius conturbante timore correptus est: ne Cæsar quemadmodum anteacta die urbem aggressus introiret aut ipsu3 uallo fossaq; præcluderet operarioru3 copia abundans Qua in re eqtatum parum utilem sibi arbitrabatur esse. Despiciẽt me inquit Lepidus ac Plancus bello supatum. Sin ex Mutina discendam Ventidius confestim ad nos ueniet tres ex Piceno legiões ducẽs Lepidus insuper & Plancus fortissime nobiscum depugnabunt. His dictis non utiq; in piculis timidus: ac contẽnendus uir subito surrexit & ad alpes celeri cursu se proripuit. Decimo ab obsidione liberato timor Cæsarem inuasit. Consulibus nẽpe e medio sublatis: eum uelut hostez formidabat: Põtes igitur fluminis ante diem discecit oẽs. Ille caduceatorib9 ad Cæsarem præmissis: salutis suæ auctorem testatus ẽ: petiitq; quoniam flu-

Celtarũ forũ. forũ Gallor?.

Cæsaris victoria.

Hircij Cos. Mors.

Antonius ad mutinã profligatus.

Lepid? Planc? vẽtid? } ant. amici.

D. brut? ab obsidione liberat?.

uium in medio haberet ad colloquiū accedere una uellet. Ex quo teſtimonio ciuiuꝫ profiteretur ſe fortunæ iniquitate ad conſpirandū in Cæſarē prolapſum eſſe: aliis ipſum inducētibus. Cæſare poſtulationibus eius cū ira reſpondēte: & gratiā quā illi ſe debere Decimus aiebat reſpuēte. Non. n. inquit Decimū ſaluaturus huc acceſſi: ſed oppugnaturus Antoniū cū quo conciliari nō impiuꝫ mihi fuerit. Decimi uero in conſpectū aut ad colloquiū uenire minime ab ingenio pati poſſem: Saluet ille ſe: quoad hiſq; in ciuitate ſunt uideā æquū. Cū ad Decimū relata eſſent: ſtabat. n. nō lōge a fluuio: Cæſarē uocare cœpit: & ut Senatus litteras inſpicere uellet deprecari: q celticæ adminiſtrationē ſibi cō ceſſiſſet: uetuitq; abſentibus conſulibus ptranſire amnē & in alienā ꝓuinciā excurrere: aut in Antoniū conferre ſigna: ſe enim ad eū perſequēdum abūde eſſe. Illuꝫ itaq; ad tantam audaciā a Senatu cōcitum: cū ſine mādato intercipe adhuc poſſet omiſit: & ad Panſam Bononiam uerſus iter capiēs: Senatui de oībus quæ geſta erāt ex ordine ꝑſcripſit. Idem & a Panſa factū ē. Eas litteras Cicero romæ ī populo ueluti a conſule ſcriptas recitauit. Cæſaris uero in Senatu duntaxat publicari iuſſit. Supplicationes ob res ī Antonium geſtas qnquaginta dieꝫ anniuerſarias ſenatus habēdas cenſuit quot nec unq̄ bello celtico aut aliis in prœliis decreuere romani. Conſulum exercitus decimo conceſſus: q̄q̄ ſuperſtite adhuc Panſa: cæteꝫ deſperata ſalute eius imperatorēq; ī Antoniuꝫ ſolum decreuere. Vota etiā publicæ ſuſcepta ſunt: ſi Antoniuꝫ Decimus opprimeret: tanto in Antonium odio: & inſolentia ferebātur oēs. Cōfirmata porro duabus legionibus præmia: quæ ab Antonio ꝑfugerant ſingulis uidelicet militibus: quæ pollicitæ olim fuerāt ex publico drachme quinq; mille quaſi uictoribus conceſſumq; ſolemnibus diebus corona florida uti poſſe. In decretis uero nihil de Cæſare relatum eſt neq; nomen omnino additum: Sic ſtatim contēptui habitus eſt: ueluti debellato penitus Antonio. Scriptum Præterea Lepido & Planco: Aſinioq; Pollioni: ut cum Antonio proximi forent: cum illo depugnarēt. Hæc igitur Romæ agitabantur. Panſa interim ex uulnere morti proximus: Cæſarem ſibi aſſidentem his uerbis allocutus eſt. Ego parenti tuo non ſecus ac mihi amicus fui: Cui cum interficeretur opem minime afferre potui: neq; pluribus aduerſari licuit: quibus & tu prudentiſſime obſecutus es: & ſi exercitū haberes. Veriti itaq; illi te ac Antoniuꝫ ad Cæſaris ſniam procliuē contentioſumq; amboꝫ diſſenſione lætati ſunt: q̄ſi ī unum periclitātium uires proprias. Cum autē te exercitus dominum intuerentur: modicis quibuſdam honoribus honeſtiſq; ſimulatiōe uſi ueluti adoleſcentem decipere tēptarunt. Demum honore adauctum: clariorēq; cernentes cuꝫ magiſtratum ſub exercitu tibi traditum minime admitteres turbati ſunt: & te nobiſcuꝫ ad prœlium prætorē ſtatuerunt: ut duas legiones: quæ cæteris exercitatiores apud te fuerant: ipſi eriperemus: ſatis fiſi ſi ex uobis unus uinceretur: reliquuꝫ infirmiorem: ac unicum tandem futurum eſſe: Eoque modo Cæſaris potentiam bello profligantes: Pompeiī in maius adaucturos fore. Hoc illis totius ſententiæ fere caput: Ego & Ircius: quod mandatum nobis erat adimpleuimus: quoad reprimeremus Antonium ſuſpitione laborantem. Hunc igitur bello ſuperatum: ut tibi reconcilies optimum putamus eſſe: ueluti ex Cæſaris beniuolentia hanc gratiam tibi reddituri: quod unicum fœlicitati tuæ maxime conducere in futurum arbitramur. Hæc quidem pauloante conſulere haud æquum fuit. Nunc autem ſuperato Antonio: defuncto Ircio: & me ab humanis diſcedente in tempore prolatum eſt: non ut gratiam morienti exhibeas: ſed ut fœlici ſorte procreatus: ut hæc opera oſtendunt: q̄ ad utilitatem tuā pertinent: intelligas: & meam: Ircii q; prælectionem pariter ac neceſſitatem non ignores. Exercitum igitur quem nobis præbuiſti: & quem optima occaſione licet reddere: tibi trademus. Nu-

caduceatores. D. bruti ad octauiū.

A verba octauij reſponſio.

verba bruti ad octauiū ex altera flu. ripa.

Litteræ panſę et octauij ad ſenatū.

Supplicationes L. dieꝝ.

D. brut⁹ aduerſus Antoniū Impator declarat⁹.

Militū prēmia. Militaria Dona.

octauius cōtēptui habitus.

Panſę morientis ad octauiū uerba reip. pernicioſa.

Panſa moriēs rēp. ꝓdidit.

Panſa Cos. Armauit octauiū cōtra remp.

per uero electos ſiquidem aſſumens continere poſſes: & hos tibi traderemus. ſed cum magna moleſtia Senatus ob id uideant affecturi: & eorum principes cuſtodes nobis dati ſint: q̄ res inuidiā in te gigneret: & ultra id quod neceſſe eſſet in maius te extolleret: Tor
Pmiſſt Cos. Mors. quato quæſtori prius aſſignabimus. His dictis cū eos Torquato tradidiſſet: ceſſit e uita quos ille ut a Senatu mandatum fuerat: Decimo conceſſit. Ircii: ac Panſæ funeris adornata donis Cæſar Romā ut humarent corpora deferri iuſſit. Eadē tempeſtate circa Syriam: ac Macedoniā res hunc in modū fere ſe habebant. C. Cæſar cū p Syriā pficiſceretur legionē in ea dereliqt iam tū in Parthos meditatus bellū. Huius cura Cecilio Baſſo mandata fuerat. Iulius autē Sextus adoleſcens adhuc Cæſaris affinis: atq; cognatus
Julius abȝer/ n trucidat⁹? ius baſs⁹? legionis dignitatē: & nomē obtinebat: q̄ ut in deliciis uacantē hinc inde fœdiſſime ducebat. Q ua de re cū Baſſus quereret: cōtumeliis eū adorſus ē: & poſtremū oīum illū appellans: cū tardus pareret: quoſdā eū cōpellētes duci iuſſit. Tumultu ædito: cum ad plagas: uētum eſſet: exercitus contumeliā egre ferens: Iuliū gladiis cōfecit. Q uod facinus pœnitētia cōfeſtim inſecuta ē: & timor Cæſaris. Iure igitur iurādo ſanciētes niſi ſi qua fides: aut uenia illis p̄beretur ad mortē uſq; depugnare uelle: & ad id Baſſum inducētes: aliam collegere legionē: cuius auxilio bellū gererēt. Sic a quibuſdā de Baſſo relatum eſt
Libo pompeianus ꝓtiū dux q occiſo pompeio quid ȝ&. Mulcus Minucius criſp⁹? Alii ferunt Libonē Pompeianæ militiæ participem q poſt cladem in Tyro priuatus degebat: quoſdam ex legione corrupiſſe: q Sextū interimerēt: ſeq; Baſſo traderēt. Vtcūq; fuerit Sextū certe Mulcū: qui tribus cū legionib⁹ a Cæſare ad eos mittebatur: fortiſſime oppugnarunt quoad Mulcus Minuciū Criſpum qui Bythiniæ præerat in auxiliū uocauit. Is tribus aliis comitatus legionibus: opem allaturus acceſſerat. Cumq; iā Baſſum obſideret: Caſſius celeritate uſus duas Baſſi legiones prius ſibi aſciuit: & q̄ Baſſus obſidebāt: quorundā amicitia traditas: ſimul intercepit: qui illi ut procōſuli ultro paruere. Iam enim ut prædiximus a Senatu decretum erat ut omnes Bruto: Caſſioque parerent.
Albin⁹ dolabellæ legatus. Albinus ad hæc nuper a Dolobella miſſus in ægyptum quattuor legiones e prouincia ducebat: quas e Pompeii clade: Craſſique diſperſas: Cleopatra ſub Cæſare collectas retinebat. Hunc igitur nihil ſuſpicantem: Caſſius in paleſtina adortus legiones ſibi tradere coegit: quattuor legionibus aduerſus octo depugnare ueritum. Sic Caſſius mirum in modum duodecem legionum imperator confeſtim effectus eſt: ac Dolobellam cum duabus ex Aſſia progreſſum & in Laodiciam ob amicitiam receptum: ipſe aſſiſtens obſidebat.
Dolabella laodiceȝ obſeſſus. Q uare percepta Senatus ſumma lætitia elatus eſt. At uero in Maeedonia Caius Antonius Marci Antonii frater cum Bruto diſſidens: bellum agitabat: legionē unam ex ciuibus ſecum agens: & Brutum acie inferior obſeruabat. Brutus e contra ſimulata fuga inſidias illi ſtruebat: nihilque congreſſum hoſtium euitans molie batur. quinimmo propriis militibus: ut hoſtes alloquerentur & amplecterentur edixerat. Recuſantibus ipſis neq; huiuſmodi experimentum admittentibus ex inſidiis tutos permiſit abire. Ad alia deinde itinera prouectus: ſubito in crepidine quadam emicuit: neq; tamen eos aggreſſus eſt: uerum ſumma hilaritate ſuſcepit. Illi ut ciuibus man
C. Antoni⁹ Antonij fr̄ Inbruti potſtant. ſuetiſſimum & ea ſapientiæ & charitatis opinione: quæ ferebatur præditum intuentes: uiciſſim complexi ſunt: & ad eum ſe conuerterem omnes. Caius etiam ſe illi tradidit: fuitq; magno in honore apud eum: donec exercitum eius plerunq; corrumpens: cum
C. Antonij Mors. Bruti copiſt In Macedonia. reprehenſus non deſiſtere: tandem interfectus eſt. Sic Bruto ultra priorem exercitum: lex legiones acceſſere: Q ui in Macedoniam tranſgreſſus: duas alias legiones in unum collegit. Italoȝ more depugnantes. Hæc in Syria: Macedoniaq; gerebantur. In Italia uero Cæſar Decimum eius loco in Antoniū imperatorem electum eſſe permoleſte ferens: ac irā contegens: triumphū pro iis quæ geſſiſſet poſtulabat. Spretus itaq; a Sena-

Octauius liberat Decimo bruto triumphū poſtulat.

tu:quod digniora ætate sua concupisceret:timore correptus est: ne profligato Antonio magis adhuc ab eo contemneretur:& colloquium cum Antonio eflagitare cœpit: monitis Pansæ:cum uita exederet mente repetitis. Quoscunq; igit' ex Antonii exercitu captos apud se:siue duces siue milites humane pertractabat. Suis quoq; concesserat si qs ad Antoniũ mittere optaret q̃si erga illũ minime irato eẽt animo. Ventidio p̃terea Antõii beniuolo:atq; amico:q tres legiões deducebat cũppius castrametatus timorẽ iniecisset nihil hostile molitus est:sed ut secũ cõuenire posset uel ad Antoniũ cũ exercitu tute redire facile permisit & simul cũ eo conqueri mandauit:q; insciti a ductus utilitatez cõmunem post haberet. Quibus perceptis Ventidius ad Antoniũ peruenit. Interea Cæsar Decium quendam ex Antonii primoribus circa Mutinã olim captum:in honore penes se habebat Huic cum Antonium si uellet redire concessisset. Ille uero mentem eius erga Antoniũ exploraret multa signa bene intelligentibus ad eum misisse ait:ita ut ignorãtibus ne pluribus quidem esset opus. Hæc Antonio Cæsar innuit. Lepido autẽ & Asinio quid in eoz cõtumeliam p̃cussorumq; elationem actum esset ad eoz timõrẽ adhuc clarius exposuit:monuitq; ne ad Põpeianæ partis gratiã ipsi Cæsaris beniuoli patria Antonio singulatim p̃ferre uellent quæ ille ob ignorantiã ac suspitionem timore ductus pertulisset. Laudauit itaq; ut honestatis causa Senatui parerẽt. Cæteroz ad propriã securitatẽ quoad illis fas esset una conspirarẽt. Exprobrarent hæc Antonio:& ut sub se militantes imitari uellet admonerẽt:qui neq; obnoxii sed in unum coniuncti in alienis habitare cum potentia prius cuperent q̃ priuatim in patriis eorum degere. Hæc a Cæsare:Asinio:Lepidoq; annunciata sunt. Interim Decimi uetus exercitus famæ confectus morbo laborabat:nam militibus uentres profluebãt:ita ut nouus imperator nullo bello inniti posset. Huic Plancus domestico stipatus exercitu:propius accessit. Decimus autẽ ad Senatum misit annuncians Antoniũ errabũdum:nihil q̃ uenationi operam impendere. Præparata demum classe:Pompeiani hæc ipsa intelligentes admirati 15 one elati sunt. Libertatem patriam nunc ab illis uendicari conclamabant ac sacrificia priuatim ab omnibus fiebant. Creationes præterea decem uirorum ad punitionem Antonii magistratus institutæ. Ea autem figura quædam erat abolitionis eoz:quæ Cæsar decreuisset. Antonius quippe nulla a se:aut parua quædam uerum uniuersa ex cõmentariis Cæsaris ædiderat: Quod clare intelligens Senatus:non nulla eorum ex occasione dissoluerat. Nam omnia confestim demoliri haud facile sperabat. Hæc igitur decem uiri perscripsere. Si quis quippiam in consulatu suscepisset Antonii confestim profiteri & annunciari debere:Cõminationes etiã parentibus adhibite Decimum porro Pompeiani in reliquum anni tempus Pansæ loco:& Ircii cõsulatum postulare suaserunt. Itidem & Cæsar pro se petiit non ad Senatũ:sed ad Ciceronẽ priuatim mittens: ipsumq; adhortatus est:ut una cum eo consulatum gereret:ut is scilicet:qui ad principatum ordinandum:cæteris antiquior esset & expertior se consulis nomine duntaxat cõtentum esse:quo honestius arma deponeret:quoz causa a principio triumphum postulasset. Quibus ex rebus ob ambitionẽ elatus Cicero fassus est præsentire inducias inter duces:qui foris erant machinari:consuluitq; æquum fore:ut huic uiro obsequerentur qui iniuriis affectus plurimis etiam magni exercitus esset imperator eumq; præter ætatem in urbe cõsulem potius admittẽdum esse q̃ in armis iratũ experiri ne quid præter Senatus utilitatem moliri posset:Optimumq; sibi uideri aliquem ex antiquioribus:utpote prudentem quasi illius adolescentiæ magistrum adhiberi. Quibus ex uerbis Senatus illius ambitione pspecta:ridere cœpit. Percussoz uero cognati:& amici ueriti ne Cæsar consul effectus supplicum ab illis sumeret:dilationibus in creatione factis uariis de cau

octauius a senatu neglect? antonij gram captat.

Lepidus et Asinius ab octauio sollicitati.

Decimi brut? exercit? morbo laborat.

Cũ superioribus ipsum non conueniũt.

Detemuiri cur creati.

D. brut? ad pentionẽ cõsulat? accensus.

Octauius consulatũ a ciceronẽ petit.

Cicero octauiũ cõsulẽ creari erepcensebat.

Ip Cicero epist: famil. 47

Antoni? alpes ſuyac. ſis ex lege rem protrahebant. Antonius interim alpes ſupergreſſus eſt Culeone ex lepi
di ducibus: qui cuſtodiæ præerat: ut ſibi cederet perſuaſo. Cum deinde ad fluuium ac
ceſſiſſet: quo in loco Lepidus exercitum tenebat: non uallo: aut foſſa ſuos circunſepſit:
quaſi amico propius caſtra metaretur. Oratores itaq; inter eos crebro commeabant:
cum Antonius amicitiam erga illum: gratiſq; multiformes memoriæ ſubiiceret: Cæſa
ris quoq; reliquos amicos ſingulatim poſt eum ad concordiam uenturos edoceret. Le
pido uero Senatum formidante: qui Antonium ab eo oppugnari mandauiſſet: quanq̃
ille ſe inuitum ad id compelli diceret. Lepidi exercitus Antonii dignitatem ueritus &
uleo lepidi legat? nuncios hunc inde commeantes crebro intuens ſimplicitatem porro militum eius ad
miratus: clam primo cum illis admiſceri: deinde palam ueluti cum ciuibus ac cõmilito
nibus uerſari cœpit Tribunis id ipſum prohibentibus: ſpretis illoꝝ mandatis fluuiuꝫ
quo facilius in unum conuenirent: nauibus utrinq; additis: ponte iunxerunt. At legio:
Legio ma X ad antoniũ quæ decima appellabatur olim ab Antonio regi ſolita: quæ in caſtris erãt ad obſequium
tranſire tentat. ſp illius præparauit. Id præſentiens Laterenſius: uir ex his qui a Senatu aderant illuſtris: cice
Laterẽſis ãio et fide Lepido rem omnem aperit. Verum illo minus fidei dictis eius adhibente: exercitum in ro epiſt:
In remp. ſmulat. multas partes diuidere: & ueluti aliqua ex neceſſitate: emittere ſuadet ut uel proditionis famil
eoꝝ uel fidei experimentum caperet. Lepidus copias in tres partes diuidens: nocte: mi 47.
lites egredi iubet: ut quæſtoruꝫ qui proximi adeſſe dicebantur cuſtodiæ aſſiſterent. Illi
poſtrema uigilia egreſſi: quaſi ad iter arma capientes quæ munitiora caſtroꝝ fuerãt in
Antonius In caſtra uadunt: portaſq; Antonio reſerant. Ipſe cõcito curſu ad Lepidi tabernaculum recta per
Lepidi recept? uenit: cuncto Lepidi exercitu illum permittẽte: & pacem: miſericordiãq; a Lepido erga
infœlices ciues depoſcente. Lepidus ut ex lecto prodierat: diſtinctus adhuc illis occurrit
Lepidus Antonio & eoꝝ petitioni obſequi uelle annuens: Antonium complexus eſt: neceſſitatemq; ſuaꝫ
ſe cõiunxit. exculauit. Sunt qui eum procidiſſe corã Antonio exiſtiment omnis operis & audaciæ
expertem: quod nec ab omnibus ſcriptoribus admiſſuꝫ eſt: neq; mihi ipſi probabile ui
detur eſſe. nihil enim hoſtile in Antonium peregerat cuius timore duceretur. Sic An
tonius denuo ad ſummum potentiæ euectus eſt: formidabiliſq; adhuc magis hoſtibus
Antonij copiæ poſt apparuit. Exercitum quidem habuit. quem ex Mutina ſuſtulerat & cum eo equitatum
mutinẽſe cladẽ. ſplendidiſſimum: Tres præterea legiones cum uentidio ad iter reperit: & lepidus ſimul
ad bellum ſocius acceſſerat ſeptem legiones in armis paratas agẽs: multitudinemq; aliã
& apparatuꝫ exercitui haud imparem. In quibus omnibus Lepidi nomen præerat. An
tonius uero cuncta diſponebat. His Romæ nunciatis admirabilis quædam: & ſubita
animorum mutatio inſecuta eſt: aliis ex ea: qua prius tenebantur audacia collapſis ad ti
morem: aliis a timore ad confidentiam elatis: uehementius etiam decem uirorum pro
ſcriptiones: & mandata cum contumelia explodebantur: & conſulum creationes inſtan
tius fiebant Senatores quid agerent incerti ne in unum Cæſar: Antoniuſq; conſpira
Brut? et caſſi? a ſe rent formidabant. Clam itaq; ad Brutum: & Caſſium a ſeipſis: Lucium & Panſam ue
nato reuocant luti ad ſpectacula in græciam ꝓficiſcentes miſerant: poſcentes: ut quoad liceret ſtatim il
In italiã. lis auxilium afferrent: acerſirentq; e libya ex tribus legionibus duas quas Sextius age
bat: & tertiam Cornificio ab eo dari poſtularent: Alterius libyæ prætori. & qui Senatui
obſequebatur. Sed cum & hos Caio Cæſari comimlitaſſe intelligerent: & omnia illius
ſuſpecta haberent: ob rerum ambiguitatem ad hoc cõſilium delati ſunt. Vt quia nouũ
Cæſarẽ in primis uererentur: ne ſe cum Antonio coniungeret: prætorem eum denuo
in Antonium ſatis indecẽter cum Decimo crearunt. Verum Cæſar aſſiduis cõtumeliis
octauij pernicioſa eius exercitũ ira ſublatũ intuens: in eos cõcitabat: q; prius q̃ e prima quinq; mille drach
In remp. cõſilia. mas ſibi pollicitas aſſumeret: ad ſecundã truderetur expeditionem docuitq; ut ad Sena

tum mittens id milites exposcerent. Illi uero turmarum duces præmisere. Q uibus Senatus cum ad hæc instructos ueniſſe sciret quid intenderet per legatos alios uelle innuere respondit: misitq; quos ipse uicissim instruxisset His mandatum erat. ut duas legiõcs: quæ ab Antonio recesserant priuatim a Cæsare conuenirẽt: edocerentq; ne in uno duntaxat spem apponerent: sed Senatum qui potestatem immortalẽ haberet solus potius sequi uellent. Accederent itaq; ad Decimum quo in loco pecunia ipsis allatas inuenirẽt: & hæc simulantes dicere etiam dimidium muneris ad eos attulisse. Decem præterea uiros ad distributionem creauerunt: quibus nec undecimum addidere Cæsarem. Legati legiones seperatim a Cæsare alloqui non ausi infecto negotio reuersi sunt. Tum Cæsar ad exercitum uerba facturus: non interpositis aliorum uocibus: sed per se ipse loqui statuit. Congregatis itaq; in unum omnibus in medium progressus quas a Senatu contumelias: iniuriasq; pertulisset: ex ordine disseruit. Insultũ porro in Cæsarianos omnes ab illo factum cum singulatim eos opprimere studeret: palam retulit. monuitq; ut sibi ipsis præcauerent concitatis in ducem: ex sorte iudicatum hostem & ab aliis ad alia compulsis bella: ut uel funditus interirent: uel adinuicem contenderent. nam proeliũ apud Mutinam commune omnibus duabus solum legionibus attributum esse ut eas ad seditionem: rixamq; concitarent. Nostis quippe inquit ob quæ Antonius nuper debellatus est qualiaq; in urbe Pompeiani subinde moliti sint contra non nullos: qui munera a Cæsare sumpserunt. Q uid igitur tutum uobis futurum creditis eorum quæ ab illo suscepistis: agrorum scilicet pecuniarum: aut salutis meæ: percussorum cognatis atq; amicis in Senatu dominantibus? Ego finem qui mihi obuenerit: ultro admittam. Optimum quippe pro parente depugnantem pati. pro uobis uero tot talibusq; uiris mei & parentis gratia periclitantibus in unum non mediocriter timeo. Me siquidem ab omni ambitione uacuum esse scitis: ex quo ducem a signis uobis statuentibus non admisetim. Vnum autem nunc solum uideo uobis: mihiq; salutare. si consul uestra ope declaratus sim. Q uæ enim a parente meo uobis præbita fuere: firma permanebunt. Colonias quæ adhuc debentur uobis: assequemini: & præmia uicissim nanciscemini integra. Ego percussores in causam agens: alia uobiscum dissoluam bella. Q uibus dictis exercitus promptissime uocem extulit. Tunc igitur turmarum duces iterum ad Senatum mittendos statuere: qui consulatum Cæsari dandum postularent: Senatu ætatem eius accusante: illi quæ edocti fuerant exponunt. Coruinum iampridem ætate iuniorem gessisse consulatum. Dehinc Scipiones: primum ac secundum: cum uterq; adolescens adhuc esset multa patriæ adeptos esse. Ad nouiora deinde progressi. Põpeiũ magnum Dolobellamq; protulere. Ipsi etiam Cæsari per decenniũ ante tempus concessum esse: ut consulatum peteret. Hæc ducibus confidentissime referentibus: non sustinentes quidam ex Senatorum numero turmarum duces tanta audacia inniti: obstrepere illis cœperunt: quasi præter militarem modum: honestatemq; loquerẽtur. Q uæ cum intellexisset exercitus maiore adhuc ira flagrare cœpit: seq; ad urbem deduci conclamauit: ueluti Cæsaris filium singulari alia electione facturum consulem. Multis deinde laudibus superiorem Cæsarem ornare pergit: Q uem cum Cæsar tanto impetu efferri uideret confestim ab ipsa congregatione octo peditum legiones: equitatusq; sufficiẽtem numerum: & quecunq; alia opportuna legionibus: ad iter mouet. Superatoq; Rubicone fluuio: ex celtica in Italiam quemadmodum & parens eius ad ciuile bellum pertrãsiuit copias omnes in duas partitus acies ex quibus primam paulatim subsequi iussit: alteram quæ potior fuerat: celeri gressu secum duxit: imperatos adhuc deprehendere festinans. Et iam pecuniarum pars obuiam ipsis ferebatur: quas Senatus ob mili-

Rubicon flu.

Ire

tum præmia præmiſerat. Veritus itaq; latores eaꝝ Cæſar clam emittit: qui illos deterrerent: Q ua ex cauſa pecunias retro ferentes: abiere fuga. Re in urbe nunciata tumultus confeſtim ac trepidatio ingens orit: multis nullo ordine hinc inde diſcurrētibus: & mulieres paruuloſq; & quæcunq; alia preciſiora ad agros & munita urbis loca deferentibus. Non enim ſatiscognitum erat: an cōſulatum dūtaxat appeteret. Sed cum exercitum ira concitum urbi inferentem: ciues audiuiſſent ad uniuerſa trepiabant. Senatus porro ultra modū formidine correctus eſt nulla in armis p̄ſidia parata obtinēs. Mutuo igitur ut in trepidationibus conſuetum eſt: querelas emittebant. Non nulli exercitum: quem contra Antonium eduxerat: contumelioſe eidem ereptum fuiſſe quereban tur. Alii ſuſpitionem in triumpho habitam cum nihil iniquū depoſciſſet. Q uidam inuidiam in diuiſione pecuniaꝝ ultro additam. Non nulli q̄ nec undecimum eum aſcripſiſſent. Plurimi: q̄ præmia nece celeriter: nec perfecte tradita eſſent exercitū arma ſumpſiſſe aiebant. Inter omnia contentionem non tempora adhibitā damnabant. Bruto: & Caſſio procul exiſtentibus: cum Antonius: & Lepidus in lateribus adhuc hoſtes morarentur: quos cum Cæſari cōciliari uelle animaduerterent: denuo in maius augebatur timor. Cicero qui prius eos adhortari & inſtituere ſolebat. nullo in loco uiſebatur. Subito omnium ad omnia mutatio facta erat. Et iam pro quingentis ſupra duo mille drachmis duabus legionibus exibendis: quinq; mille eaſq; legionibus octo diſtribuendas ſuadebant Cæſarem decem uiroꝝ loco ad diuiſionem eligendum. Abſenti quoq; ut cōſulatum petere liceret pertinendum. Legati hinc inde uolitabant qui hæc illi ſumma celeritate nunciarent. Q uibus per prius ab urbe digreſſis: pœnitentia Senatum inſecuta eſt: cum nec tam timide ac pene muliebriter conſternari: aut aliam tyrānidem ſine cede & ſanguine in urbem admitti oportere conſuleret Non cōſueſſe etenim qui conſulatum deterent per uim Craſſari: neq; milites ex tributo patriæ imperare uelle. Armari oportere ex his quæ interiss exiſterent. Leges inſurgentibus opponendas eſſe: Sperare ſe neq; illos prolatis legibus patriæ illaturos arma. Sin inferent: obſidione tolerandū: quoad Decimus: & Plancus acceſſiſſent: Satiuſq; eſſe uſq; ad mortem depugnare. quaꝝ ultroneam ſubire ſeruitutem. Vetera etiam Romanoꝝ conſilia: & tolerātiam pro libertate habitam cum nihil pro illa cōmutandum cenſuiſſent referebant. Duabus uero legionibus ea die in portum accedentibus ex libya deum ipſos pro libertate adhortari arbitrabantur. Pœnitentia itaq; ducti omnia quæ ſtatuiſſent denuo reuocare pergunt. Cicerone iteꝝ inter eos apparente. uniuerſi quoq; qui per ætatem arma ferre poterant: ad bellum ſcribebātur: cum quibus legiones duæ ex libya profecte equites inſuper mille & legio alia q̄ Panſa reliquiſſet huic numero adiiciuntur Omneſq; huiuſmodi copiæ per partes diuiduntur. Nam pars collem qui Ianiculus dicitur: in quē pecuniæ omnes collatæ fuerant: inſederat pars fluminis ripam tuebatur: Diuiſis inter eos qui per urbē fuerant prætoribus alii ſcaphas: ac rates quæ in portu morabant: reſq; in ipſis exiſtētes adſeruabant: ſi forte uicti illis indiguiſſent ad maris fugam. Et hæc magna audacia: celeritateq; peragentes: Cæſarem econtra deterrere: aut ab exercitus fiducia ad conſulatus petitionem uertere aut potenter ſe ab his tueri & præſentem ſortem immutare poſſe exiſtimabant donec pro libertate bellum gererent. Matrem autem Cæſaris ac ſororeꝝ neq; palam neq; occulte inuenire poterant tumultū itaq; denuo erexerant tam magnis defraudati obſidibus ueluti Cæſarianis minime ad eos inclinantibus: qui tam diligenter eas occuluiſſent. Q uibuſdā elegatoꝝ numero adhuc Cæſari aſſiſtentibus omnia in contrarium mutata eſſe nunciantur. Q ua ex cauſa legati illum relinquētes non ſine rubore in urbem rediere. Cæſar exercitu adhuc magis concitato ſumma celeritate edu

Trepidat in urbe aduentāte octauio.

Tanius ſenatui ur infeſtus.

Cicero urbis Moderator.

Senat? Inconſtans.

Senat? in octauium apparat?

Ianiculus collis

Attia octauij mr urbē excēſsit.

cit agmen: ne quid mulieres mali paterentur. Ad populum quoq; tumultuantem: non nullos ex equitibus præmittit: qui neminem trepidare ulterius moneant. Exultantib⁹ itaq; uniuersis: quæ ultra quirinalem collem sita sunt inuadit loca: nullo ad manus accedere aut insidentem prohibere auso. Alia igitur admirabilis mutatio cõfestim cernitur: Illustribus uiris ad illum concurrentibus: & uicissim salutantibus. Subsequente deinde popularis turba: quæ militum dispositos ordines ueluti pacificos ambiebat: Cæsar exercitum eo in loco derelinquens: postridie uersus urbẽ: gressum mouet: sufficienti custodum stipatus manu. Interea ciues per uniuersum iter seperatim aduentabant: salutabãtque: nullo blandiciarũ aut obsequii q̃uis infimo genere omisso. Mater uero: ac soror in templo Vestæ residentes cum uirginibus sacris: summa alacritate illi occurrunt. Et tres legiones: spretis eorum ducibus: ad illum emisere legatos: & se illi tradidere. Ex prætoribus earum Cornutus seipsum interemit Reliqui fidei: & sponsionibus eius obsequentes. cum illo conuenere. Cicero his intellectis: per amicos Cæsaris: ut ad illum tute proficisceretur impetrauit. Cumq; conspectum eius peruenisset: excusationem protulit: cõsulatus quoq; suasionem quam in Senatu ob ipsum ædidisset: ad cœlum extulit. Cæsar autem cauillo usus hoc solum rettulit eum postremum ex oĩbus amicis ad se uisenduꝫ salutandumq; uenisse. Nocte deinde subito rumore ædito duas ex legionibus Cæsaris Martiam scilicet: & eam quæ quarta dicebat in urbem transire uelle q; ex insidiis belluꝫ patriæ inferre recusarent prætores confestim ac Senatus oĩs rumori fidem præstitit. & q̃q̃ finitimus Cæsaris esset exercitus rati his fortissimis legionibus reliquis copiis eius obstare posse donec alia aliunde ad eos potentia accessisset nocte adhuc instante Acilius Craſſum in picenum transire iubent qui exercitum pararet ac quendam ex Tribunis Apuleium concito cursu ad populum misere fœlicia illi annunciantem. Senatus quoq; eadem nocte ad consilium conuenit Cicerone eum ad portas cum lætitia summa hilaritateq; suscipiente. Rumore demum ut inani euanescente in lecticam sublatus fuga euasit. Cæsar ac fama compulsus ad risum exercitum propius admouit urbi in campum qui marcius dicitur. Nulli tamen prætorum succensuit neq; Crasso qui ad tabernaculũ eius usq; percurrerat q̃q̃ ad id inductus esset. Postremo eum captus aspectu miserando ad præsentiam eius delatus supplicaret ad benignitatis famam atq; clæmentiæ pepercit omnibus. Verum posterius morte mulctauit pecunias publicas in Ianiculo reptas aut alibi in unum conferre iubens: & quas: Cicerone per prius exigente: inscriptas fuisse nouerat: exercitui distribuit: duo mille & quingentas drachmas unicuiq; exhibens: residuum quoq; pollicitus impendere. Et hæc agens urbe abstinuit: quoad cõsules electi crearentur. Electus est autem & ipse consul cum Q uinto Pedio: ut uoluerat: qui portionẽ Cæsarianæ hæreditatis sibi dereliquit. Postremo ut consul urbem ingressus est: sacrificauitq; duodecim uulturibus quot olim Romulo condenti urbem: eueniſſe referunt iter sacrificandum apparentibus. Perfectis sacris iterum se parenti in adoptioneꝫ dedit ex lege Curiacia. Est autem id a populo in adoptione confirmari. Curias quidem romani: tribus: aut plebem per partes diuidentes solent appellare: quemadmodum & græci fratrias dicunt. Legalior quippe a romanis ad eos: qui parentibus carent huiusmodi habetur mos: Licetq; ipsis æque ac legitimis filiis: adoptantiuꝫ affines ac libertos secum ducere. Caio autem Cæsari: ut alia splendida: sic liberti plures: & dites aderant: quibus potissimum Cæsar prima in adoptione ex testamento facta indiguisse uisus. Alia item lege: Dolobellam ex hostium numero exoluit: & ut causæ in percussores Cæsaris haberi possent eduxit. Et statim accusationes: conscribentibus Cæsaris amicis in eos fieri cœptæ: qui manus intulissent: aut illis solum ignouissent: Nam quibusdam id inscri-

Octauius ætati fauorabilis.

Cornut⁹ in se manũ cõuertit.

Acilius crass⁹ in picenũ.

Apulei⁹ trib. plęb.

Comp⁹ marcius ũr extra urbẽ est.

octauiꝰ ad proscri ptionẽ cur in clinauit.

octauius, Q. pedius } Coss.

octauio sacrificãti uultures xij ap parucrũt.

Lex Curiacia

adoptionis Mos.

Acta octauij in cõsulatu suo

ptum est: Non nullis: q; nec peregre cessissent cum Cæsar extinctus est. Omnibus demum una die diffinita per preconez ad iudicium: destituta causa inuicem capti sunt: Cæsare iudicia ipsa asseruante: neq; ullo iudicii absolutionem obtinente: excepto uno ex illustrium numero: qui nihil tum quidem perpessus est: uerum paulo post cum cæteris morti traditus. Visus est & his diebus Quintus Gallius Marci Gallii frater: qui Antonio conuenerat urbis præturam agens: a Cæsare Libyæ præturam postulasse: & ea adepta insidias struxisse Cæsari. Eius igitur præturam collegæ inuasere. Populus domum præde exposuit. Senatus uero eum morti condemnauit. Verum Cæsar ad fratrem ire iussit. Feruntq; intereundum nusq̃ illum apparuisse. Tam ingentia itaq; operatus Cæsar ad Antonii conciliationem conuertit animum. Certior iam factus uiginti legiones in exercitu Bruti conuenisse: & Antonio super his meditatus uti: ex urbe profectus supra Ionium sensim carpebat iter. Senatus consulta opperiens. Pedius nempe absente Cæsare Senatoribus ne inter se dissiderent: sed cum Antonio: Lepidoq; conciliarentur enixe suadebat. Illi satis aduertentes: non sua patriæue utilitatez: sed a Cæsare in brutū: Cassiumq; conspirationis in eundæ causa: huiusmodi conciliationem quæri: tandez ex necessitate conuenere: ut decreta quæ in Antonium Lepidumq; & eoruz milites: ut hostes perscripsissent hactenus: dissoluerent: & ad eos pacifica alia præmitterent. Pro quibus Cæsar ad illos scribens congratulatus est. Antonio præterea se adiutorē: si opus foret in Decimum ultro obtulit. Illi uero paribus blādiciis Cæsari adulabantur: & uicissim collaudabant. Itaq; Antonius ad illum scripsit: Decimum se omissurum esse eius gratia Plācum autem sui propria. & cum illo se cōiunctuz fore si placeret. Tam magna ad inuicem sibi pollicebantur. Persequente Decimum Antonio. Asinius Pollio ad eum uenit: legiones duas in armis agens: Plancumq; cum illo recōciliare studuit: Qui tribus stipatus legionibus ad Antonium se conuertit: sicut ingentibus copiis iam præsideret Antonius. Decimo legiones decem aderant: quarum quattuor cæteris bellicosiores: iampridem fame: morboq; tabuerant: electoruz uero nuper sex supererant: uerum ignauæ ac laborum inexptes. Quamobrem pugnam inire ueritus: fuga se ad Brutum in Macedoniaz statuit conferre: iterq; non per superiora alpium: sed per Rauenas Aquileamq; capessere. Cognito deinde Cæsaris aduentu ad illas partes: multo longius aliud. ac dificilius elegit iter: & per inculta barbarorum loca: superato Rheno fluuio proficisci instituit: per quæ transeūtem: primi tyrones ad bellum electi: calore inopiaq; deterriti: eum relinquentes: ad Cæsarem profecti sunt. Post hos legiones quattuor: quæ a principio apud illum fuerāt: Antonium sunt secute: Cætera deinde multitudo: custodibus corporis exceptis: ex equitibus celtarum: quibus ille uolentibus ad propria redire cōcessit: uiaticum quoq; ex auro: quod illi superfuerat impartitus est: & cum tercentis solum: qui remanserant ad Rhenuz peruenit: cuius transitum cum difficilem intueretur: cum paucis destitutus: & ab iis postea relictus: decem solum permanentibus: mutata ueste in celtarum modum: cum eorum linguam pariter calleret: aufugit: ueluti quispiam eiusdē nationis: non per iter longius ulterius procedens: uerum Aquileiam uersus cū facile obsequentium paucitatem euadere posse speraret. Captus demum a latronib9: uinctusq; rogare cœpit: cuius principis celtarum ea gens existeret: cum Camilli esse intellexisset: haud paruii Camillum faciens: ut ad eum duceretur exorauit. Ille adductum intuens: palam blandiciis prosecutus est: & qui eum deuinxissent contumelia coarguit: q; ob inscitiam tam illustrem iniuriis affecissent uirum: Clam uero ad Antonium præmisit. At uero Antonius mutationem fortunæ non nihil miseratus: captiuum intueri minime sustinuit: Camillum āt admonuit: ut eo interfecto: caput ad se mitteret: quo uiso a præ-

Q. Gallus prīsidias octauio nocāt struit.

octam? Cæsar antonij iram captat.

Decimi brutj exercitus? Immanium eorum copias educit.

Antonius Senatui cōciliat?

Asinius pollio Antō. Plancus se cōiungunt

Decimi brutj & gallia fuga.

D. brut? a Thronū legione desert?

D. brut? ab exercitu desert?

Camillus celtarū princeps.

Decimi brutj fatū.

sentibus sepeliri iussit. Hic igitur Decimi finis fuit: equitum Cæsaris præfecti: & qui ueteri celticæ sub illo imperauerat: & in sequenti anno consularem inire dignitatem: & alteri celticæ præesse: sub eodem electus fuerat: secundus ex percussoruz numero: qui post Trebonium pœnas dedit: anno cum dimidio a necesse Cæsaris. Eodem tempore Minucius Basillus & ipse Cæsaris percussor: a seruis propriis interfectus est: quorum non nullis genitalia ademerat punitionis causa. Basilij percussoris cęsaris fatū.

P. Candidi de ciuilibus Romanorum bellis. ex Appiano Alexandrino traductis in latinum. LIBER Q VARTVS incipit.

d VOigitur Caii Cæsaris percussores: in eorum magistratibus bello superati: in hunc modum dedere pœnas. Trebonius in Asia: Decimus autem Brutus inter celtas. Quemadmodum uero Cassius: ac Brutus uicissim profligati sint qui in Cæsarem conspirationis uel præcipui fuisse perhibentur: telluremque omnem a Syria ad Macedoniæ usque fines possidebant: exercitum præterea ingentem equestrem naualemque continebant: armatorum legiones circa uiginti sibi subeant: nauium: ad hæc: & pecuniarum multitudine pollebant: quartus iste ciuilium bellorum liber explicabit. De his quidem Romæ publice damnatis ad mortem: interrogationes: inquisitiones: & supplicia omnia proponebantur: qualia nec inter græcos dissensione & bello laborantes: neque inter romanos ipsos unquam agitata memoriæ proditum est: præterquam sub uno Sylla: a quo primum hostes neci damnati fuisse referuntur. Marius quoq; eos inquirebat: quosq; inuenisset tormētis afficere solebat. Sylla uero sub præmiorum pollicitationibus maximis: ac suppliciis occulentes: simul ab obuio quoq; occidi scripserat. Verum de his: quæ a Mario: & Sylla gesta sunt superius meminimus. Quæ autem insequuntur in hunc modum referuntur acta. Cæsar quidez: & Antonius ab odio in amiciciam simul conuenere circa Mutinensem urbem in paruula quadam Insula Labinii fluminis: & aperta. Horum cuilibet quinque armatorum legiones aderant: quas ad inuicem aduersas statuentes cum tercentis solum ad fluminis pontes accesserunt. Lepidus autem ipse progressus insulam perscrutatus est: deinde chlamyde excussa ut uterque eorum accederet signum protulit. Tunc ipsi tercentos illos cum amicis & fluminis pontes relinquentes in medium uenere loco aperto ac conspicuo: unaque consedere hi tres uiri Cæsare medium locum ob consulatum obtinente. Per duos itaq; dies a mane usq; in uesperam hoc in loco commorantes hæc inter se statuisse feruntur. Deponere consulatum Cæsarem: & Ventidium in residuum anni tempus illum gerere. Cessante consulatu ad directionem intestinarum rerum ex lege decreuere Lepido & Antonio Cæsariq; ut illi p quinquenium præessent eo modo quo consules præesse cōsueuerant. Sic autem dictatorum loco uisi sunt eos nominasse: fortassis ob Antonii decretum: qui dictatorem creari prohibuerat. Et hos ex nunc ciuitatis declarari principes ad anniuersaria illis ad quinquēnium statuta tempora. Ad hæc gentium magistratus inter se diuidere. ut Antonius celticam omnem: sine ulla Pyrenei montis continuatione: q̄ ueterem celticam appellant obtineret: Huic nempe præsidere Lepidum: & hyberiæ ultra hanc. Cæsari Libyam: Siciliam Sardiniā: & si q̄ his ī locis in est insula regēdas cōmittere. Sic romanoꝝ principatum hi tres inter se uiri partiti sunt: quæ ultra Ionium fuerant sola post ponentes ob Brutum & Cassium: q adhuc prouin-

caſſi? brut? } pauſoꝝ q̄ saris primcipes.

Sylla primū hoſtes neci damnauit.

Marius hoſtes tormēhis afficiebat.

octauius } ingram
Antonius } redeūt.

labini? flu.

lepidus

ventidius cos.

octauij cęs. } trūuiratus.
Antonij
Lepidi

prodigia quę octauij cęsaris M. Antonij et lepidi triū uiratu pcesserūt.

Lepidus Inurbis prędidiū relict?

eias illas obtinebant. Cassio item & Bruto Antonium Cæsaremq; inferre bellum. Lepidum in futurę consulatum gerere: & ob ingruētes necessitates in urbe moram agere: hiberiæ ob utroq; præsidentem. Ex Lepidi exercitu tres legiōes cum illo romæ pmanere. Septem uero legiones Cæsarem: Antoniumq; inter se diuidere ut tres Cæsar haberet: quattuor Antonius cum ad bellum uterq; eorum uiginti duceret legiones: Et iam exercitum spe fultiēdum a bello ad uictoriæ pmia aliaq; munera assequēda: Incolatum quoque dationes urbium octo supra decem Italicarum: quæ & substantia & domorum pulchritudine: pauimentisq; præstarent: quæq; subinde militibus ipsis diuiderentur: quemadmodum illis pro earum inimicitia p prius belli iure ptinebant. Erant autez hæ & aliæ urbes & in primis illustriores: Capua: Regium: Venusia: Beneuentum: Nucerai: Arimi num: & Hpponium. Sic optima: & pulcherrima Italiæ quæq; exercitib9 ascripta sunt: Visum ē illis præterea hostes proprios interimere: ne hæc ipsa statuentibus impedimentum quirent afferre: & bellum exterum cōficerent. Hæc igitur ab illis decreta: & cōscripta sunt. Reliq; Cæsar exercitibus exceptis: quos ad mortē cōdemnassent: ut cōsul recitauit. Quæ intelligentes milites ingenti pconio extulere: inuicemq; seipsos ad reconciliationem cōplexi sunt. His peractis multa prodigia signa perhorrēda statim Romæ uisa sunt. Canes luporum uice ululatus ædidere: iudicium sane insuetum. Lupi etiam per forum discurrere quod animal in urbe minime assueuerat. Bos uocem emisit humanā: & infans recens genit9 elocutus ē. Ex simulacris etiam nōnulla sudorez emisere alia sanguinem: hominum īmanes uoces: armorum strepitus: equorum cursus inspectante nemine audiebantur. Circa solem porro insolita apparuere signa & imbres lapidei e cælo missi: continua fulmina in templis statuisq; deciderunt Quoruz causa Senatus uates: & aruspices ab Etruria iussit acciri. Ex his senior: reges priscos iterum reuerti oēsq; ut prius subiectum iri: se excepto referens: tam diu: quoad extinctus ē: os: uocemq; pertinacissime cōtinuit. Hi igitur tres uiri a seipsis constituti: quos morti destinassent: una conscripsere: ac potentioribus prætermissis: proprios delegere hostes: domesticos eoz uidelicet: aut amicos: ad necem mutuo sibi ipsis: & tunc quidem: & posterius indulgentes. Elegere & alii alios: quidam ob inimicitiam: alii ab offensione soluz aut inimicorum causa: aut amicorum inimicitia: aut diuitiarum excellentia cōmoti cum multis pecuniis ad bellū indigerēt. Bruto nēpe & Cassio asiaticis reditib9; & tributis assistētibus. Ad hæc regibus: & satrapis illis conferentib9. Ipsi Europæ: & in primis Italiæ: opibus bellis: tributisq; afflictę: destituti ob ea: quæ populariibus quidem ac fœminis exemerant: onera ad summum usq; adauxerant: uectigalia quoq; fabrorum: & mercenariorum imposuerant. Itaq; pleroscq; ob habitationum splendorem proscribentes: omnes fere uel morte: uel bonorum publicatione damnauerant. Senatorii ordinis: circa tercentos: equestris uero ad duo milia. In quibus: uel fratres: uel patrui proscribentium inerant: aut præsidentium sub ipsis quicunq; magistratibus: aut aliis ducibus aduersi fuerant. Multitudinem itaque eorum: cum a primo congressu romam accessissent proscripturi uidebantur. Cum duodecem uiros: uel ut alii referunt septem supra decem ex potentioribus neci condemnassent: inter quos & Cicero fuisse dicitur: confestim: qui eos interficerent Romam præmisere: ex quibus quattuor primo impetu in conuiuiis: occursibusq; interempti sunt. Sed cum perquirendis reliquis ubique scrutarentur: domos: templaque subito tumultu per noctem cuncta replebantur. Clamores ad hæc: & discursus cum heiulatu: ueluti capta in urbe undique strepebant. Nam cum cognitum esset: uirorum captionem fieri: neminemq; ex damnatis proscribi prius: unusquisq; ad inquirendum cum accurrentibus una præcedebat. Sic desperatis: rebus quidam pro-

Octauij Antonij } copię ꝯ brutum.

Militib9 Antonianis et octauij datę sedes. Ip

Bos loquutus. Simulacroz sudor

Aruspicis Inmorte robur.

Proscriptoz nūs octauij cęsaris Antonij lepidi ꝙ trium uiratu.

Cicero proscript9 ab antonio.

Romanorū desperatio audito antonij & scriptione.

Ip

Capua
Venusia
Beneuentū
Nucera
Ariminū
Hipponiū

Militib9 octauij cęsaris et Antonij assignatę.

ꝑria: non nulli communia igni ſubiicere parabant: aliquod inſigne facinus prius agere q̄ ab ullo pati meditãtes & fortaſſis effeciſſent: niſi q̄ Pedius ipſe præconibus aſſumptis pagrare cœpit: eoſq̄ in lucem ſperare monuit: quoad diligẽtius cuncta percepiſſent. Orta demũ luce ꝑter triũ uiroꝝ ſniam: ſeptem & decem uiros ꝓſcribi iuſſit: quos ciuiliũ malorum cauſam attuliſſe exiſtimans: ſolos ab illis damnatos fuiſſe crederet: fidemq̄ cæteris publice ſubinde præſtitit: q̄ decreta fuerant penit⁹ ignorans: eademq̄ nocte labore: caloreq̄ cõfectus mortem obiit. Ingreſſi ſunt aũt hi tres uiri ꝑ tres ſeparatim dies unuſquiſq̄: Cæſar: Antonius: & Lepidus militaribus ordinibus inſtructi: una armatorum legione quẽlibet eorum comitante. Cum in urbe extitiſſent: confeſtim urbs ipſa armis: ſigniſq̄ per opportuna loca diſpoſitis oppleta uiſebatur: ac ſubito in medio ipſorum cõcio parata aſtitit. Tribunis Publiuſ Titius legem protulit: conſulatum ſub præſentium trium uirorum conſtitutione in quinquennium uacare: Antonii ſcilicet: Lepidi: & Cæſaris: qui pari modo: ac conſules illum obtinerent: Hos quiſpiam græcorum aptatores cõmode diceret: quod Lacedæmonii reipublicæ ſubiecta diſponẽtibus ipoſuere nomẽ. Nullo itaq̄ interuallo ad approbationem poſito: nullaq̄ inſigni die ad cenſendum ꝑſtita legem propoſuere: ac nocte unica ſupra ſeptem & decem: quos prius diximus cẽtuꝝ: & triginta uirorum proſcriptiones per uaria urbis loca prolatæ ſunt. Nec multo poſt cẽtum: & quinquaginta illis additæ: & continue ex prius dãnatorum: aut prænominatorum numero: ob ignorantiam aliquis tabulis adiicẽbatur: qui iuſticiæ opinione neci traderetur. Cunctorum capita ad triumuiros diffinito præmio deferri iuſſum. Erat autem præmium: libero argentum: ſeruo libertas & argentum: omneſq̄ propria ad inquiſitionem proferre cogebantur. Et qui uel ſuſcepiſſet aliquẽ aut occuluiſſet aut inquiri prohibuiſſet pari pœna tenebatur Licebatq̄ unicuiq̄ iſtorum quæ uoluiſſet pari præmio indicare. Fuit autem proſcriptionis tenor huiuſmodi. Marcꝰ Lepidus Marcus Antonius Octauius Cæſar communia aptare ſtatuentes & in melius componere ita fantur: Si non ob infidelitatem perditiſſimi homines dep̃cantes miſericordia digni habiti fuiſſent eaq̄ adepta benefactorum ſuorum inimici & ſubinde inſidiatores effecti eſſent neutiq̄ Caium Cæſarem interemiſſent quos ille iure belli captos miſericordia ſaluos præſtitit & amicorum loco ſibi ſtatuens ad prouincias honores muneraq̄ confeſtim impulit neq̄ nos inimicos his contumeliis & ſcriptis hoc in loco repente facere coacti eſſem⁹ nunc autem ex his quæ in nos moliuntur & eorum cauſa quæ Caius Cæſar perpeſſus eſt implacabilem beniuolentiæ intuentes eſſe maliciam potius hoſtes noſtros præuenire: q̄ ab illis quicq̄ pati præeligimus. Et ne quis id facinus iniquum: aut crudele: aut nefandum arbitretur: in Caium nos: qualia perpeſſi ſumus conuertat oculos. Caium nẽpe imperatorem: & ſacrorum principem: & quæ formidabiliores romanis fuerant abolentem gentes: eaſq̄ ditioni ſuæ ſummittentem: & uirorum primuꝝ ſuper herculeas columnas: inauigabile quondam mare pertentantem: & romanis incognitas aperientem terras templi in medio: quod Senatus appellatur in conſpectu immortalium deorum: uulneribus tribus: & uiginti fœdatum confecerunt: qui bello ab illo capti: ſaluatique fuere: hæredes quoque ſubſtantiæ eius nonnulli aſcripti. Quos reliqui in eodem conſtituti odio ſceleratiſſimos hos uiros: ſuppliciorum uice ad principatus: prouinciarumque adminiſtrationes præmiſere: quibus abutentes illi publicas diripuere pecunias: & ex ipſis exercitum in nos comparant: alium quoque a barbaris expoſtulant: principatus noſtri continue inimiciſſimis: a quibus pleræque Romanis ſubiectæ urbes: quod illis non paruiſſent flammis traditæ ſunt: aliæ dirutæ aut funditus euerſæ non nullæ metu impulſæ patriæ contra nos inferre bellum. Verum nos quoſdam iam ex illis ſuppli-

pedius cos.

pedij cos mors.

p. Tunus trib. plẽb

Conſulat⁹ mãque niũ ſublat⁹.

proſcripti ꝓpoſitis ſ̃mijs ſngrebãt

proſcriptionis horrendũ carmen.

C. Cęſaris cędes

clo affecimus. reliquos deo fauente pœnas confestim pendentes cõcernetis. Maximis quippe nobis cõcedentibus; & sub manus existentibus prouinciis: hiberia & celtica: & his: quæ domi sunt: supereſt adhuc nõ contẽnendum: & triste opus: cum his: qui ultra mare incolunt Caii percussoribus: in uos externum meditantibus bellum: ut nec tutuz rebus uestris: neq; nostris arbitremur: alios post terga relinquere hostes: q in absentia insidientur nobis: & euentus belli in tempore obseruent: neq; ob hos iterum retardare in tanta celeritate: æquuz magis putamus esse: q̃ eos cõfestim e medio tollere. Hoc enim contra nos incipiente bello: cum hostes nos: & exercitus: qui nobiscum erãt uicissim decreuissent ipsi tot ciuium millia nobiscum profligarunt: nõ deorum indignationem: nõ hominum inuidiam multifacientes: cum tamen nos nulli multitudini succẽscamus: neque hos hostes omnes delegerimus habendos: qui nobiscum contenderunt: aut insidias nobis struxerunt: non diuitiarum causa: aut facultatum: aut dignitatis: non q̃ alter ante nos imperator interemit: dum urbem huiusmodi ciuilibus constitueret in rebus: cui bene succeſſiſſe fantur ob fœlicitatem: q̃q̃ neceſſitate urgente tribus plures quam uni opus sit adesse hostes. Verum solos ignobiliores: & præ cæteris malorum causam præferentes ulciscemur. Et hæc non minus uestri causa: quam nostri. Neceſſe quippe est nobis diffidentibus: uos omnes in medio dira perpeti: neceſſe est & exercitui iniuria affecto: conturbatoq;: & hostiliter proscripto a communibus inimicis nostris solamen aliquod afferre. Sed cum potentes simus quoscunq; libeat impetu primo capere: proscribere eos præeligimus potius: quam inopinantes præuenire: & hoc uestri causa ne ab armatis & ira concitis plus obnoxiis inferatur pœnæ: sed ut numero diffinitos nomine tenentes: ab aliis mandato: abstineant. Optima igitur fortuna eorum qui huic scriptioni minime subscripti erunt. Nullus ergo aliquem suscipiat: aut occultet: aut aliquo præmittat: neque pecuniis confidant: ut uel salurt aliquem: uel adiuuet: cum illo sentiat. Hunc quidem nulla occasione: ue uenia admittentes in proscriptorum numerum ponemus. At qui interemptorum a se capita nobis apportarit: si liber fuerit: quinque supra uiginti mille drachmas pro quolibet accipiet. Seruus ultra proprii libertatem corporis: decem mille drachmas attichas & ciuilitatem heri sui consequetur. Eadem indicantibus præmia aderunt: ac nemo ex his: qui acceperit in commentariis nostris perscribetur: ne manifestis ulli sit. In hunc modum trium uiroz proscriptio annotata est: quantum ex latina lingua in græcam licuit transferre. Primus igitur ex proscriptoribus Lepidus fuit: Ex proscriptis uero Primus Paulus Lepidi ipsius frater. Secundus deinde proscribentium Antonius: & secundus ex proscriptis Lucius Antonius eius patruus. Hi etenim primi hostes eos iudicauerant. Tertius uero: & quartus fuere: qui in altera tabula in futurum consules creati fuerant Plancus: & frater Ploccius: & Asinii socer. Quintus: qui neutique secundum dignitatem cæteris magis proponebantur: q̃ ut timorem: & desperationem omnibus incuterent: cum neminem liberari posse existimarent. Erat & inter proscriptores Thoranius a non nullis Cæsaris procurator habitus: Et simul cum his proscriptiones ueteres cõtinebantur. Omnes porro urbis exitus: aut portus: aut stagna: aut lacunæ: aut quodcunque aliud ad fugam suspitiosum inerat: aut ad latendum per prouinciam profugis patebat: a turmaz ducibus obsidebatur: quibus perscrutari oĩa: & discutere iniunctũ fuerat. Et hæc uno impetu simul facta sunt. Statim igitur per prouinciam oẽm: ac ciuitatem: & quisque quod sperauerat adeptus fuerat: hominum captiuitates plurimæ: subitæq; perpetrabantur. Varii ad hæc necis modi: capituz abscisiones mercedis gratia cõspiciebantur: Fugæ turpissimæ: & cultus prius illustribꝰ insueti: cum non nulli puteos

bellũ in brutũ.

Proscriptoꝝ ꝙ scriptoribus ꝙ posita præmia.

Thoranius octauij cæs. ꝙ curator ab eodem ꝙ scriptꝰ.

Paulus lepidi frr
L. Antoni? antonij patruus
Plancus
Plocius
Q: Asinij pollionis socer
proscripti

subirent alii subterraneas speeus & immunda quæq; :quidam per fumi exitus aut sub tectis regulis operti:miro silentio laterent nō minus percussoribus mulieres pueroſq; formidantes:qui non satis beniuole erga eos se habebant. Erant qui libertos uererentur:ac seruos aut fœnorum debitores:aut agris suis finitimos ipsorum desiderio timerent. Insurrectio itaq; omnium quanta prius unquam ubiq; aderat. Subita & nefanda mutatio omni in loco uisebatur. Senatorum:aut consulum prætorum ue:aut tribunorum:aut magistratus discurrentium aut qui in illis erant ad pedes seruorum suorum procidentium cum clamore & heiulatu & seruos proprios dominos:saluatoresq; appellantium. Quæ res eo miserior uidebatur:quo deiecti nulla miserieordia ab ullo leuarē tur. Propria uniuscuiusq; malis referta erant non quemadmodū in seditionibus aut belli captiuitatibus. non enim ut illis aduersarium aut hostem metuentes domesticis secrediderant. Cæterum eos percussoribus magis formidantes:quos nec in seditionibus: aut bellis ueriti erant tunc maxime timebant cum repetente ex necessariis hostes effectos cernerent:uel obsimultatem: uel munerum promissionem uel ob repositum in domibus aurum atq; argentum. Infidus quippe unusquisq; in domesticos effectus erat propriam utilitatem beniuolentiæ eorum antetulerat. Fidi autem & beniuoli non auxiliū afferre non celare aliquem:aut cum ullo conuenire audebant ob suppliciorum crudelitatem cum eorum mentibus septem & decem uirorum prius interēptorum insideret timor & nullo proscribente. Verum quibusdam repente insurgentibus quilibet similia sibi expauescceret:& inuicem conspirarent:cum in conscriptionibus non nulli uniuersis statim traditi essent:alii nulla de se cura habita:ad lucra prædasque conuersi: alios ad percussorum mercedem uenabantur. Ex reliqua autem multitudine quidam ad occisorum domos spoliandas accurrebant:quæ utilitas a consideratione præsentium malorum eos auertebat. Alii moderatiores benigniores q; ex stupore cohorruerant. eratque illis admirabile animo uoluentibus:alias quidem ciuitates a seditione dilectis a concordia seruatas extitisse hanc uero seditione principum turbatam:concordia in hunc modum corruisse. Nam & qui interfectoribus opem attulissent: & qui minime afferrent una interibant:quasi ab illis nullam iniuriam accepissent. Erant qui se spontanea fame conficerent:qui laqueis finirent uitam:qui se aquis immergerent:aut e tecto præcipites darent: aut igne se absumerent: aut se iugulatoribus se offerrent. Erant qui accersiti retardarent alii qui se occulerent:indecoreque deprecarentur. Quidam qui malum a se propulsarent:quidam qui præcio accersirent. Alii porro præter trium uirorum sententiam aliorum insciti a ab insultu necabantur: & clare non proscriptus neci traditus inspiciebatur:quod cadaueri caput assisteret. Nam proscriptorum capita ante tribunal in foro ponebantur:quo in loco afferentes præcium accipere opus erat. Aliorum quoque studium:& uirtus eminebat:cum mulierum:tum filiorum fratrum:seruorum que seruantium plurima:aut machinantium:& una morientium:cum quæ optarent perficere nequissent. Non nulli interfectoribus suis uitam adimebant. Ex fugientibus præterea quidam naufragio periebant: omnibus conatibus ipsorum aduersante fortuna. Alii præter cunctorum opinionem ad urbis magistratus bellorum præturas triumphosque reuertebantur. Sic tempestas illa admirabilis omnibus emicuit. Et hæc quidem non priuata in urbe aut minimo in regno: sed potentissimo gentium cunctarum: marisque dominatu commouit deus a longe: in hunc: in quo nunc est disponens principatum. Fuere & similia alia in ipsa urbe sub Sylla: & ante illum sub Caio Mario: quorum uicissim clariora mala in his: quæ de eorum gestis scripta sunt addimus: ita ut in sepulta maneant. Hæc autem tri-

proscriptor. uel pidatio

um uirorum gesta existimabit quispiam unius potissimuz intuitu: cuius uirtute ac fortuna imperium in stabilem sedem constitutum est: gestus quoque: ac nomen eorum: qui sub ipso nunc sunt derelictum fuit: longe fuisse clariora. cuius splēdida opera ipsius manu facta: quæ memoriæ magis commendata sunt: quoniam posteriora fuere: referā subinde. Nunc autem non omnia: non enim relatu digna: interitus: fugæq; priuatorum: & quod non nullis a trium uiris reditus concessus sit: & eorum qui rediere ignota uita: uerum quæ admirabiliora in primis extitere: maxime ut ex eorum consideratione præscriptis adhibeatur fides: in præsenti edisseram. Multa quippe sunt: & quæ multi Romanorum pluribus in libris a seipsis conscripserūt: ex quibus modica ipse ex quacunque specie ad unuscuiusque fidem & præsentium temporum beatitudinem a principio magnitudinis eorum referabo. Assumpsit autem initiuz hæc clades in ipso statim concursu in urbem ab his qui magistratibus adhuc præsidebant: ac primus ex Tribunis Saluius interemptus fuit. Sacrosancta quippe ex legibus hæc habetur dignitas: & quæ plurimum inter cæteras polleat. Ita ut non nullos ex consulibus aliquando custodiæ incluserit. Et erat hic quidem Tribunus: qui Antonium hostem a principio iudicari prohibuerat: posterius uero in omnibus Ciceroni adhæserat. Intellecta igitur trium uirorum conspiratione & festinantia in urbem: domesticis conuiuium exhibuit: quasi non ulterius cum illis sæpenumero affuturus. Accurrentibus autem in conuiuium armatis: non nulli ex accumbentibus cum tumultu trepidationeque assurrexere. Cæterum armatorum dux quiescere omnes iussit. Saluium uero ut sedebat crinibus apprehensum: donec cōficeret attraxit in mensa: caputque illi abscidit: & qui una affuerant: ut prius manere persuasit: ne tumultu ædito similia perferrent. Sic illi præfecto abeunte stupefacti usque in profundam noctem reliquo Tribuni cadauerī silentes astitere. Secundus interemptus est Minucius prætor cum in foro comicia haberet. Audiens etenim armatos ad se accurrere: subito prosiluit & interfugiendum quo in loco latitaret: mente cogitans mutata ueste tabernam ingressus est: clientes cum magistratus insigniis ab se abigens. Illi pudore: ac misericordia commoti perstitere: eoque modo licet inuiti faciliorem insequentibus ad prætorem præstitere aditum. Annalim alium ex prætoribus: dum quæstorem circuncurrentem & sorte electos adhortantem per puerum aduocat: amici qui cum eo fuerant: & qui insignia magistratus deferebant deseruere fuga: in tabulis proscriptum esse sentientes. Ille ad clientulum delatus qui uilem quandam & humilem domunculam in suburbano fere ignotam possidebat secure in ea latuit: quoad filius ad clientulum fugisse ratus percussores eum in locum secum duxit: & ob id a trium uiris parentis substantiam adeptus ad ædilitatem quoque sublatus est. Verum posterius ab ebrietate redeuntem: milites a casu obuii: ac propellentes interemere: qui parentem eius antea occiderant. Thuranius uero non iam prætor: sed prætoria functus dignitate: adolescentis impudici genitor: & qui apud Antonium plurimum poterat: turmaruz duces deprecatus est: ut necem aliquantulum differrent: donec filius eum ab Antonio deposceret. Illi risu ædito poposcisse quidem illum: uerum pro filia dixere. Id intelligens senex: aliud breue ab eisdem exorauit spacium donec filiam uideret. Q ua conspecta a paternis bonis abstinere iussit. Sed nec illam ab Antonio postulauit frater. Contigit autem ut is substantiam omnem in turpibus absumeret: & furti deprehensus ex condemnatione aufugeret. At Cicero qui post Caium Cæsarem potens admodum: quantum popularis monarchia ualuit: in urbe floruit: cum filio & fratre: ac fratris filio: omnibus deniq; necessariis eius: & clientibus: amicisq; proscriptione damnatus est. Is fugiens paruam ingressus ra-

Saluius Trib. plēb. interemptus.

Minucius prōr interemptus.

Annalis prōr Antonij proscriptionē inquilatus.

filij Impietas in prēm.

Thuranius iterēptus.

filiꝰ in prēm parūpius.

Cicero cū frē filio suisq; necessarijs omnibus ꝓscriptꝰ

tem maris tempestatem deterritus ad proprios agros: quos ob historiæ huius passionem uidisse memini circa Capuam Italiæ urbem delatus est. Tacite igitur accedentibus his qui illum inquirebant: quippe præ cæteris ambitiosissime hunc uirum efflagitabat Antonius: & Antonii causa q̃ plures corui aduolantes obstrepere cœperunt: eundem e somno excitantes uestem quoq; rostris eouslq; attraxere e quiescentis corpore: quoad serui id signum a deo missum arbitrati lectica impositum iteruꝫ ad mare per profundam siluam occulto calle detulere. Multis per partes accurrentibus interrogantibusque sicubi Cicero appareret: obuii ob beniuolentiã misericordiamq; nihil nisi ablatum fuisse referebant. Verum credo quidam Clodii clientulus: Ciceronis acerbissimi hostis Lenæ turmarum duci cum paucis assistenti callẽ indicat. Quo cognito insequitur ille: & Ciceronis seruos longe plures: q̃ quos ipse duceret auxilio adesse cernens militariter admodum cœpit exclamare. Ea uoce qui in agris aderant postremi turmarum duces aduolant: quos intuentes Ciceronis serui q̃pluribus accedentibus territi cesserunt. Lena uero qui propriam causam Ciceronis patrocinio tutatus pœnam effugerat: caput e lectica primus extulit simulq; præcidit: tribus feriens: secansque uulneribus ob inexperientiam. Abscidit & dexteram: qua orationes illas luculentissimas in Antonium ueluti tyrannum exarauit: ad Demosthenis in Philippum æditarum similitudinem. Quo facto non nulli in equis: quidam nauibus prævecti sunt: ut hæc Antonio primi nunciarent. Lena sedenti in foro Antonio caput manumq; Ciceronis a longe protulit: ostenditque. Qua ex re exhilaratus ducem coronauit: adornauitq; donis ducentis scilicet. & quinquaginta millibus drachmis atticis: quod maximum & pugnacissimum inimicorum olim eius occidisset. Caput manusque Ciceronis in foro ante tribunal per spacium temporis pependere: quo in loco & ipse prius orare solitus. Ad id spectaculum multi audientes uisendi causa conuenere. Ferunt & in die Antonium Ciceronis caput in mẽsa tenuisse: demum satiatum animo ab hoc nefando spectaculo abstinuisse. In hunc modum Cicero eloquentia admirabilis præter cæteros in hanc ætatem usq; & qui consularem dignitatem obtinuerat in maximis patriæ suæ utilis extinctus ab hostibus contumeliis affectus est. Filius autem eius in græciam ad Brutum pertransiuerat. At uero Quintus Ciceronis frater simul cum filio deprehensus apud percussores precibus instare cœpit: ut se ante quam filium occiderent. Filio econtra suppliciter poscente: ut se prius neci traderent. percussores id utrisque se concessuros annuerunt. Ita ambobus interceptis signo dato: separatim uno impetu necauere ambos. Gnatii etiam pater & filius telis concurrentes inuicem uno uulnere confossi sunt. reliqua membra capitibus ademptis in simul complexa resederunt. Blauus filium eius ne una gradientes conspicui fierent hostibus: ad mare fugere suasit. Ipse posterius ex interuallo sequebatur. Annunciante deinde quodam siue temere: siue consulto filium eius interceptum esse: retro rediens: percussores ut se interimerent accersiuit. Accidit autem ut filius eius ex naufragio periret. Sic inter clades fortuna plurimum poterat. Aruncius filio sine illo recusanti fugam arripere: uix ut seipsum saluaret potuit suadere: Et hunc quidem mater ad portas antemisit. deinde ut parentem occisum sepeliret reuocauit. Sed cum illum in mari ex inedia uitam finisse nouit: seipsam interemit. Et hæc quidem filioꝝ bonoruꝫ: malorumq; imagines descriptæ sunt: Fratres ambo proscripti qui Ligarii nomine appellabant interlatẽdum somno cõsopiti sunt. Ex his alter inquitẽtibus seruis statim iterficitur: alter fuga elapsus: dum fratrẽ interemptũ audit se ex põte iecit in fluuiuꝫ. Circunstantibus illũ piscatoribus: ueluti nõ sponte sed casu decidisset: diutius ne ab illis caperetur obluctatus est: seq; inter fluctus ultro obruit. Captus po-

Popilius lena Ciceronis percussor.

Ingratitudinis exemplũ.

Ciceronis Mors.

M. Ciceronis filij ad M. brutũ.

Q. Ciceronis pr et filij una iugulatj.

Gnatij prætf. blauus et filius

paterna pietatis exemplũ.

Aruncij prĩs et filij fatũ.

ligariorũ fratrũ Mors.

fraterna pietatis exemplũ.

fatj vis meuitabilis

ſtremo ab his cum in tutum peruenisset: Non me edepol seruastis inquit: sed una uos: cum proscriptus sim neci condemnastis. Verum illi misericordia moti apprehensum te nuere quousq; a militibus qui pontē obseruabant conspectus & capite abscisō interemptus est. Quorundam etiam fratrum casus miserabilis fuisse legitur. nam cum alter se proiecisset in fluuium seruus cadauer diligentius perscrutatus elapsa iam quinta die rimando comperit: & adhuc ab aspectu cognitum capite priuauit. Alterū in sterquilinio demersum seruus alius indicauit. Percussores itaq; ingredi non ausi: hastis: hamisq; e fundo extraxere: & caput forte fœdatum ut erat abscidere. Alius capto fratre nescius se cum illo pariter proscriptum esse propere accurrit: & me ante istum interimite clamauit: Quod intelligens turmæ ductor cum & hunc pariter proscriptum sciret: æqua postulas respondit. nam & tu ante istum proscriptus es. Quibus dictis iuxta ordinem interfecit ambos. Et hæc fratrum exempla digna memoratu. Ligarium contegēs mulier unicam secreti participem admiserat ancillam. prodita deinde ab ea uiri caput deferentem prosequebatur exclamans. Ego hunc suscepi. par mihi & suscipientibus debetur pœna Cum nullus esset: qui interficere auderet: aut succensere. Ipsa per se ad principes nuncia peruenit. Spernentibus iis ut mariti cupidam: inedia se denuo confecit. Et hæc quidem hoc in loco commemorata est: quoniam uirum saluare cupiens non potuerit: ob idq; seipsam interfecerit. Quæcunque a fœlicitate amoris nequaq̄ cecidere in his: quæ uiros tutatæ sunt perscribo. Ex illis uero quæ impudice insidias struxere uiris i primis Septimo nupta habebitur. Hæc enim a quodam Antonii necessario atq; amico corrupta fuerat. Dum igitur ex adulterio ad nuptias transire cupit Antonium per adulterium in uirum deprecata est. Per hunc moduꝫ Septimius in tabula proscribitur: quire ab uxore cognita: domestici ignarus mali fugam præparabat. Illa ueluti mariti cupida fores occlusit: ac tam diu tenuit: quoad percussores aduenere. Eademq; die & maritus interfectus est: & ipsa impias celebrauit nuptias. Salassus fugiens: cum spe decidisset in urbem nocte delatus est. Dum desinente sæuitia res in melius componi existimat. occlusa domo solus ostiarius & ipse in ea pariter conclusus herū agnouit & in eius cellulam recepit: contegere quoq; ex his: quæ habuisset: atque alere pollicitus est. Ille uxorem e domo ad se euocare iubet. Mulier accelerare simulans ancillas uereri aiebat ne per noctem quippiam suspicarentur: mane præsto se affuturam. Orta luce percussores subito accersit. Ostiarius in domum profectus ueluti morantem accelerare suadebat. Salassus absente illo insidias non nihil ueritus: tecti culmen ascendit. quid fieret interim operiebatur. Videns deinde non ostiariū: uerum mulierē percussores deducere: se præcipitem misit e tecto. Fuluiū ad seruam eius fugientē: q̄ pellicem olim habuerat: & libertate donatam in uxorem sibi assumpserat: ab eadem tot beneficiis obnoxia proditum fuisse aiunt. zelotypia alterius: quæ & ipsa Fuluio denupserat. Tot pessimarum mulierum exempla sese offerunt. Stacius Sanitis: qui plura Sannitibus in sociali bello utilia peregerat: ob insignia facinora: diuitias: atq; nobilitatem in romanoꝝ Senatum admissus fuerat: cum iam octogesimum attigisset annum. Cum igitur diuitiarum causa inter proscriptos referetur: domum populo aperuit: & seruis quæcūq; libuissent efferre concessit: alia & ipse proiecit donec euacuata domo: & occlusa igne iniecto in eadem combustus est. Ignis porro per urbem euagatus non nulla alia consumpsit loca. Capio in longum adopertis foribus per uim ingredientes ad unum interfecit: & a multis comtumelia affectus solus eos interficiens extinctus est. Vitulinus ingentem armatorum manum circa Regium in unum comparauit ex proscriptis scilicet: & cum illis fugientibus: & ab octo supra decem urbibus: quæ exercitibus in præ-

seruile scelus.

seruile scelus.

fraterne pietatis exemplū.

Ligarij interp scriptos occisus.

Cōiugalis affectus exemplū.

Septimij crudele fatū.

uxoris impia crudelitas.

Salassus uxoris inditio uitæ excessit.

uxor in uirū seuissima.

fuluius occidit.

zelotypia q dam.

Stacius sanitis inter senatores antonij proscriptione iugulatus.

Capionis mors haud inulta.

ostiarij

foribus

Vitulinj proscripti fuga In sicilia ad pompeiū.

dam destinatæ ad eorꝝ præmia id grauissime perferre uidebantur. Q ua stipatus: tur-
marum duces ad eos discurrentes interfecit. donec maiore exercitu in eum misso: cum
nec sic animo deficeret in Siciliam ad Pompeium: qui insulam eam obtinebat: & fugiē-
tes ad se suscipiebat ꝓfectus est. Subinde bello acriter gesto in Sicilia multis superatis
prœliis: filiū: & quoscunq; ex ꝓscriptis: qui ibidem conuenerant: Messanā ire iussit. Ipse
cum ratem ab hostibus nudatā esse cerneret in eos delatus hostili manu confossus est.
Naso a liberto: qui olim ex obsoletis eius fuerat proditus: a quodam militum gladium
eripuit: & proditore solo interempto: se ultro percussoribus necandum p̄buit. Amator
heri sui seruus liberatum eum in tumulo quodam cōstituerat. Ipse quo ratem præcio
conduceret ad mare descēderat. Reuersus cuꝫ herꝫ interfectum offendisset aspirantem
adhuc uehementer intonans sustine parumper o here inquit: & insurgentē subito tur
marꝫ ducem interemit. post quē seipsum interficiēs: ad herū conuersus: Solamē inquit
o here suscepisti. Lucius duobus fidissimis libertis assignato auro: ad mare properabat.
Fugiētibus illis retro rediit: & desperata ulterius uita iugulatoribus sese obtulit. Labie-
nus qui in Syllæ proscriptionibus multos cœperat: multosq; interemerat: ignauus me
rito haberi poterat ni his similia generosæ ꝓtulisset. Egressus itaq; domo in throno con
sedit: ꝓcussores ad se uenturos lætе opperiens. Cestius in agris apud benignos seruos
celabatur. Ducibus uero turmarꝫ continue cum armis: capitibusq; discurrētibus pauo-
ris diuturnitatē ferre non potuit ueꝫ seruis persuasit ut pyram pararēt atq; incenderēt
ita ut inquirentibus: Cestium a se interfectum & sepulturæ traditū affirmare possent.
Cui cum illi paruissent: pyram ꝓsiluit intrepidus. Aponius tute latebras adeptus abo-
minata uictus turpitudine insequentibus sese necandum obtulit. Alius in publico se ul
tro obtulerat. Iugulatoribus moram ducentibus: oppresso spiritu sibi ipsi ademit ui-
tam. Lucius Asinii tunc consulis socer per mare arepta fuga: salis motum non perfe-
rens: se sponte immersit undis. Sisinium fugientem: acclamantemque neutiq; se pro-
scriptum esse: uerum pecuniarum causa insidiis appeti ad tabulam persequentes addu-
xere: & eius nomen inscriptum: ut legeret coegere. quo lecto eundeꝫ dedere neci. Emili
us nescius se proscriptum esse: cum armatos alium insequi uideret turmæ ductorem in
terogauit: quis ille proscriptus esset. Is Emilio inspecto tu ipse es inquit & ambos simul
interfecit Cillus: & Decius e Senatu egredientes: cum eorum nomina tabulis inscripta
cognouissent: nullo insurgente sine ordine per portas arripuere fugam & occurenti tur
marum duci excursu seipsos prodiere. Icelius qui sub Bruto & Cassio ius aliquando
dixerat Cæsare cum exercitu circa iudicia assistente: cæteris iudicibus occultæ condem-
nationem eius afferentibus: solus palam absolutionem protulit & ob libertatis confi-
dentiam clam elapsus afferentibus cadauer sese immiscuit. lecticamque detulit. Admi-
rantibus qui custodiæ portarum præerant: quod solito amplius uno homine ad feren-
dum uterentur: nilque suspicantibus de his: qui ferebant lecticam perscrutati sunt: ne
sub simulatione quispiam in ea celaretur. Q ua ex causa deferentes Icelium redargue
re cœperunt: quasi minime cum illis ad id munus esset electus. Ob id a persequen-
tibus agnitus interemptus est. Varus a liberto suo proditus summa celeritate se pro-
ripuit: & montem ex monte commutans ad Minturnensium peruenit paludeꝫ: in qua
seipsum recreans tacitus latebat. Minturnensibus ad latronum inquisitionem discur-
rentibus paludem arundinis motu deprehensus capitur: seque latronem professus est:
eoque modo damnatus ducebatur. Cum una cum cæteris suplicio afficiēdus esset id ge
nus mortis ut indecorum aspernatus in hunc modum locutus dicitur. Interdico uo-
bis o Minturnenses me consulem olim factum & a principibus quod longe honorabi-

lius est proscriptum: ulterius torquere aut morte mulctare. Si enim mihi fugere non licet: utilius nunc est sub collegis meis obire mortem. Ad quæ diffidētibus illis: cum orationem huiusmodi suspectam haberēt: accurrēs turmæ ductor Vatum agnouit: & capite adempto residuum corporis Minturnensibus reliquit. Largum quidam in agris deprehenderunt, non Largum, sed alium inquirētes. Eius itaq; fortunam miserati quoniā non quesitus interceptus esset: per siluam ut aufugeret illi suaserunt. Insequētibus aliis ut eundem caperēt: ad primos festino cursu peruenit. & uos me interficite inquit: qui casum meum prius miserati præmia ob id debita habere promeremini. Sic moriturus æquam humanitatis uicem illis reddidit. Rufus domum ornatissimam iuxta Fuluiam Antonii uxorem possidebat: quam cū Fuluia sumopere ab eo emere temptasse neutiq; morē gessit mulieri: tunc autem dono exhibens inter ꝓscriptos delatus est. Itaq; capite eius ad Antoniū relato id ad se spectare renuit: uerum ad uxorem deferri monuit. Illa fori uice ante domum ei contiguam iussit appendi. Alius uillam perornatam admodū & floridam possedit. Antrum in ea profundum & pulcherrimū inerat. & forte ob hæc proscriptione damnatus fuerat. Contigit autē: ut se in antro tunc forte refrigeraret: cū percussores a longe ueniētes conspicatus seruus in profundum antri eum iussit abscedere: Ipse herili tunica assumpta se dominum esse simulauit: & trepidatione magna deti neri: & fortassis pro hero mortem pertulisset: nisi ꝙ conseruus alius dolum reserauit. Interfecto itaq; hero populus pergrauiter id ferēs rem ad principes detulit: nec ante ab ira conquieuit q̄ herum indicantem cruci affixum qui uero conseruasset libertate donatū comperit. Aterium latitātem seruus prodidit qui statim liber effectus heri sui filiis substantiam ademit contumeliis quoq; insectatus est. illi quacunq; gradiētem taciti ac flentes sequebātur. Eam iniuriam detestatus populus triumuiris rem aperuit. Hi fortunis abundantem proscripti filiis in seruitutem redigere ultro. Hæc circa uiros memoriæ cō scripta fuisse referuntur. Attigit quoq; ob diuitiarum facultates & orphanos fortuna illius tempestatis quorum unus cum ad præceptorem graderetur: cum pedagogo simul interimitur: dum ille puerum artius complexus: ab se amoueri minime sustinuit. Attilius prætexta deposita togam sumpturos amicorum turba stipatus: ut mos fuit ad sacra & ad templa ducebatur. Exorto rumore eum in tabulis proscriptum esse amici seruiq; deseruere omnes. Solus itaq; relictus ex tam insigni pompa ad matrem sese cōtulit. Ea filium ob timorem penes se retinere uerita domo expulit. Itaq; post matrem alterius periculum facere non ausus in montem aufugit. ex quo ob famem ad ima compulsus in latronem incidit qui prætergradientes deprædabatur. Ab hoc per uim assuefactus ad prædam: cum deliciis innutritus esset: laborem ut puer ferre non potuit. Arrepto itaq; curru rotarum uelocitate sublatus est: & turmæ ducibus seipsum prodidit: eoq; modo interemptus est. Dum hæc ita geruntur: Lepidus de hiberis triumphum agere constituit: Et statim editum in hunc modum promulgatur. Lætam fortunam annunciari omnibus qui sacra conuiuiaq; eo die peregissent. Q ui autem minus paruissent: eos in proscriptorū haberi numero. Ille igitur triumphum inter sacra deduxit omnibus hilari gestu: & mente infesta prosequentibus. proscriptorū interim bona domesticis uenui subiiciebantur. pauciq; admodum inuenti sunt: qui agris illorū emere auderent: quidam: ꝙ infelicium erumnis pœnam addere erubescerent: nec satis prospere similia ipsis euenire posse arbitrarētur. non etiam ab his tuto: qui aurum & argentum habuissent illorum oculis obiici: quinimmo ꝓprios agros neutiq; periculi expertes fore uerū multo magis quæ ipsi possiderent: discrimini subiecta esse existimarent. Soli quidam ob audaciam minuta quædam precio coemerant. Ea ex re principibus quæ ad belli appara-

Largus Inmore beneficij memor.

Rufus obopes In terempt⁹.

Fuluiæ crudelitas exemplū sine noue.

Serui pietas In dominū.

Aterius Indicio q̄ ꝓdit⁹ a militibus occisus est.

opus piū.

Pedagogi pietas In discipulū.

Attilius Toga deposita ꝓtexta ob cerimonijs sumendā Mater impia

Attilij adulescentis fatū.

Lepidi crudelis edictū.

Proscriptorū bona uenui data.

Lepidus de hiberis Triumphauit.

tum neceſſaria forent ſufficere ſperantibus: ducenta millia deeſſe adhuc comperta ſunt: Hæc igitur in publicum referentes illi: quatercentas ſupra mille mulieres ꝓſcripſerunt: quæ præcipuã diuitiarum copia excellerent quibus iniunctum erat: quæ haberent æſtimantibus ſimul ad belli conferre neceſſitatem: quanti unanquanq; earum hi tres condẽnaſſent uiri. Aderat & occulẽtibus quippiam eorum: quæ habuiſſent: aut præcium male afferentibus pœna: & ſimilia indicantibus liberis: ſeruiſq; præmia. Hæ autem peracceptiores principibus fœminas exorare illos ſtatuerunt. In qua re neq; ab ſorore Cæſaris: Antonii matre repulſæ ſunt. a Fuluia duntaxat Antonii uxore a foribus excluſæ contumeliam grauiter tulerunt. In forum itaq; delatæ: & a tribunali ſimiliter reiectæ: aſſiſtente populo: & ſatellitibus armatis fari uelle dixerunt. Tunc Hortenſia præcõis uoce ante alias proſcripta Moderatione ueſtra indigẽtibus inquit tot: talibuſq; mulieribꝰ ad uxores ueſtras confugimus: nullam ab his conſecutæ gratiam: a Fuluia reiectæ in forum ab eadem compellimur. Vos quippe iam nobis patres: uiros filios fratres accuſantes eripuiſtis ꝙ ab his iniuriam accepiſſe fatemini pecunias etiam abſtuliſtis. nunc ſexum noſtrum ad indecentiam indignam: ac præter naturæ muliebris modum cogitis. Si enim a nobis quemadmodum a uiris noſtris contumelia uos effectos creditis: nos æque ut illos proſcribite. Si uero neminem ex uobis hoſtez decreuimus nõ domum diripuimus: aut exercitum corrupimus: aut alium induximus: neq; principatus: aut honoris tituluz ſortiri prohibuimus: qua in re ſupplicioꝝ participes eſſe prometuimus: quæ iniuriatuz nullam attigimus partem? Quid præterea impendere tenemur: quæ neq; imperii: neq; honoris: neq; exercitus: neq; præturæ: aut deniq; reipublicæ quæ a uobis ad tantum calamitatis diſcrimen opugnata eſt utilitatem ullam capimus? An quia ut dicitis bellum inſtat? Sed a quo bella iſta prouenere? aut quemadmodum mulieres intulerunt: quas natura apud omnes hoĩes ab his curis uacuas eſſe uoluit. At matres noſtræ ſupra naturaz earum ſemel aliquando id fecerunt: cum periclitante republica & deſperata urbe inſtantibus Carthaginenſibus: ac tum quidem ſponte contulerunt non a terrarum: aut locorũ poſſeſſionibus: non a dote aut domibus: ſine quibus in libertate poſitis: ne uita ſupereſt ſed ab ornatu ſolum: quem domi: poſſidebant: non pœna aliqua: non accuſatoribus aut iudiciis adducte: non per neceſſitatem aut uim coactæ: ſed quantum ſponte ex animo illis placuit. Quis igitur nunc ineſt uobis de principatu: & patria timor? Inſtet aliquando. Celtarum: aut Parthorum bellum: non deteriores ad ſalutem matribus noſtris fuiſſe uidebimur. Ciuilia autem bella neq; nos intulimꝰ: neq; uobiſcum ad inuicem miſcuimus manus: neq; in Cæſaris: Pompeiiue bellis quippiam ĩpendimus: neq; Marius nos aut Cinna ad hoc compulit: non Sylla: qui patriæ tyrannidem induxit: Vos autem rempulicam conſtituere uelle profitemini. Hæc perorante Hortenſia: triumuiri excandeſcere cœperunt: ꝙ ſilentibus uiris mulieres hac audacia uterentur: concioneſq; celebrarẽt: & quæ agenda eſſent a principibus inqrere auderent: militiã quoq; perferentibus uiris: ipſæ ne pecunias quidem in medium afferrent. Lictoribus itaq; impoſuere: ut ipſas a Tribunali explerent: donec uoce a multitudine ædita lictores ſe paulum continuere: & principes inſequentem diem hæc differri mandauerunt. Statuta die quatercentas ſolum ex priori numero proſcribi iubent quæ facultatum ſuaꝝ rederent ſtationez. Exuiris ãt qui ditiores haberẽtur centum & ãplius millia exterorum ſimul & ciuium: libertorumq; proſcripſerunt inter quos & ſacerdotes: & omne genus hoĩum nemine omiſſo ĩmiſcuere: quemadmodum bello celtico ſimilibus pœnis: ac mãdatis a romanis æditum olim memorãt: ut quinquageſimaz facultatuz oĩum illis mutuo ad belli cõferrent ĩpenſam in tributis eiuſdem anni ſubinde computanduz. His igitur mandatis in hunc mo-

dum ꝛditis romani paruere. exercitus uero contempſiſſe uiſus: & deteriorẽ quoq; partem retuliſſe: ueluti eorum principibus in huiuſmodi operibus ſolam ſibi ipſis ſecuritatem apponentibus. Itaq; ab illis domos in publicum redactas: agros uillas: aut hæreditates: filiorum quoq; adoptiones depoſcebant. Alii diuerſa ab his agitabant. nam aut eos: qui minime proſcripti fuerant inuadentes trucidabant: aut domos nulla ex cauſa ademptas ſibi uendicabant: Ita: ut principes perſcriberent alterum ex conſulibus cõmutationem aliquam facere in his: quæ præter mandatum facta cognouiſſent. Verum ille armatos attingere non auſus: ne in ſe ultro eos irritaret: quoſdam e ſeruis militari more ſæuientes cruce ſuſpendit. Et hæc quidem in fine calamitatum: quas ſuperius perſcripſimꝰ ſubiecta huiuſmodi fuerunt. Quæcunq; autem inſperato ad ſalutẽ quibuſdam obuenere: & ad dignitatem poſterius præbuere gradum. peruucundum erit recenſere: neq; minus utilitatem audientibus allatura arbitror: cum in nullo ut ſuperſint ſpem uideant omiſſuri. Quibus igitur facultas affuit: ad Caſſium: & Brutum contendere fuga: aut ad Cornificiũ in libyã ſeſe contulere: populariũ partes adhuc cõfouentem: Maior tamẽ pars in Siciliam peruenit: inſulam Italiæ finitimam: prõptiſſime eoſdem ſuſcipiente Põpeio. Inſignem quippe diligentiam in eos quia fortuna cecidiſſent ea tẽpeſtate exhibuit Pompeius. Nam præcones ad partes uniuerſas demittens omnes ad ſe reuocabat: & ſeruantibus illos ſiue liberis: ſiue ſeruis: duplicia his quæ interficientibus propoſita erãt præmia pollicebatur. Itaq; lembi: & onerariæ rates nauigantibus undiq; occurrebant: Triremes inſuper littora quæq; colluſtrantes ſigna his qui aberraſſent præferebant: & obuios quoſq; incolumes pſtabant. Ipſe uenientibꝰ aſſiſtens ueſtem & neceſſaria quæque conferebat. Dignioribus uero ad præturas: aut claſſium præfecturas utebatur. In duciis poſterius factis cum trium uiris eo modo aſſenſus eſt: ſi ad ſe fugientes in his ſuſcepiſſent. Sic ille utiliſſimus infortunatæ patriæ eius affuit. Qua ex re gloriaꝫ adeptꝰ optimam & priuatim a parẽte ſuo illius non inferiorem uidetur meruiſſe. Cæteri ad alia loca fugientes: aut ſe occultantes ad inducias uſq; partim in agris: aut in ſepulchris: quidam in urbe mœſtis cogitationibus egere uitam. Mulierum item amores erga uiros pter opinionem conſpecti: filiorum in parentes beniuolentiæ: ſeruorum in dominos ſupra naturam caritatis ſigna emicuere: Ex quibus admiranda maxime perſcribo. Paulꝰ Lepidi frater cum illum percuſſores uelut imperatoris fratreꝫ uererentur: oblata uenia enauigauit ad Brutum deinde Miletum ſe tranſtulit: quo ex loco poſteriꝰ nundum cõfecta pace euocatus reditum promeruit. Luciuꝫ Antonii auunculuꝫ Antonii ipſius mater ut fratrem publice penes ſe habuit. Erubeſcentibus itaq; turmarum ducibus eaꝫ attingere ut imperatoris matrem: demum ui craſſantibus in forum deſcendit: & Antonium cum cæteris ducibus ſimul conſidentem ſic allocuta eſt. Meipſaꝫ accuſo imperator Lucium penes me ſuſcepiſſe. & habere iterum: ac habituram eſſe: quouſq; nos ambos interfeceris. Paria etenim his: q ſuſcepere: ac reis ſupplicia propoſita a uobis ſunt. Is mulierẽ ut ſororeꝫ optimam: matrẽ uero minus fidelem arguẽs: Nõ Lucium ſeruare oportuit inquit: ſed prohibere potius: qui filium tuum hoſtem iudicari cenſuit. Deinde Plãcum conſulem induxit ut reductionem Lucio decerneret: Meſſala illuſtris adoleſcens ad Brutum perfugerat. Eius prudẽtiam ueriti Triũuiri in hunc modum pſcripſere. Ex quo Meſſalam neceſſariis eius nobis affirmãtibus minime affuiſſe nouimus cum Caius Cæſar occiſus ẽ: eundem ex proſcriptorum numero eximi iubemus. Verum illi ueniam huiuſmodi deſpexit. Bruto deinde & Caſſio in Macedonia deuictis: cum exercitus magno numero ſupereſſet adhuc: naueſque & pecunias: nec non ſpes optimas ſibi aſciſceret: Meſſalam inſuper copiis omnibus præſidere cuperet neutiq; ſuſcepit: uerꝫ ad

proſcriptorũ qui fuga euaſere.

Cornificius in libya.

Sex. pompeij caritas in proſcriptos cives.

Paulus lepidi frꝰ pſcriptionis periculũ fuga declinauit.

Lucius Antonij Auũculus à Sorore ſeruat.

Meſſala pſcriptꝰ ad brutũ fugit.

uersanti fortunæ cedendum persuasit: & cum Antonio pariter castra iungere illos monuit. Ea ex causa intima familiaritate deuinctus Antonio cum eodem una conuenit. Demum Cleopatræ deliciis obnoxium egre ferēs ad Cæsarem se transtulit. Is Messalaꝫ abrogato Antonio consulem effecit. Cum ille iterum esset hostis iudicatus: & circa Actiū aduersum Antonii prætorem classem continentem: ad celtas deficientes ire iussit: uicto ri quoq; triumphum agere concessit. Bibulus cum Messala fœdus iniit: & cum Antonio pariter classem tenuit. Cæsari quoq; ad inuicem per mare copias transuexit: ac Syriæ prætor electus sub Antonio prouinciæ præfuit: in eaq; decessit. Acilius clam ab urbe aufugit. Verum seruo illum indicante milites spe pecuniarum allectos impulit ut quosdam e suis ad uxorem eius mitterent signa afferentes: quæ illi tradidisset. Ea ad se profectis mundum omnem muliebrem anteponens: ipsis inqt hæc omnia tradere: quasi reddituris: quæ pollicerentur: ignorare tamen an reddituri essent. Neq; uero amore eius defraudata est. nam milites Acilio nauem conduxere: & in Siciliam tutum premisere. Lētulus instante uxore ut eam fugæ sociam secum duceret. & ob id attentius illum obseruante: ueritus uxorem pariter in discrimen agre clam pfugit in Siciliam. Prætor demū creatus sub Pompeio nūcium emisit: quemadmodum saluus euasisset: prætoriamq; obtineret dignitatem. Illa quo loci uir ei⁹ degeret intelligens: matrem custodiæ eius assidētem latuit: & seruis duobus comitata: magno labore: summa inopia seruilem in modu3 profecta est: quoad e regio Messanam uespera iam inclināte peruenit. nec dificulter quo in loco prætoris tabernaculum existeret edocta: Lentulum non ut prætore3 cōmorantem: sed lecto humi strato inopi uilla: epulatione misera degentem eius desiderio compe rit. Apuleio uxor cōminata est illum prodituram si ea dimissa solus aufugisset. Mulier3 itaq; licet inuitus secum duxit. Contigit āt ut in fuga nulla suspitione iter ageret: uxore: seruis: & ancillis una prosequentibus. Ancium coniunx iniecta culcitra simul inuoluit: eoq; modo mercenariis impositum ad mare præmisit: indeq; in Siciliam fuga abiit. Reginum mulier nocte in cloacam in mundiciis obsitam deposuit: in quam per diem militibus non ausis ingredi ob fœtorem: sequenti nocte in modum eorum qui ramalia deferre solent præparauit: & asinum ramalia ferentem illi tradidit. Ipsa breui interuallo in lecticula delata uirum sequebatur. Ex custodibus aute3 portarum cum quidam lecticula perspecta addubitaret: scrutareturq; ueritus Reginus continuo accurrit: & ueluti uiator quidam militem deprecari cœpit: ut mulieribus pareeret. Ille ut ramalium gerulum contemnens: responso cum ira præbito cognouit. Meruerat quippe alias sub eo cu3 Syriæ preesset: Et ab eas hilare inquit imperator mi. luuat enim te hoc nomine etiam presentem appellare. Scoponium mulier ab Antonio petiit pudica prius habita. uerum infortunio huiusmodi in fortunium exoluit. Getam filius ueluti moribundum in aperto domus igni imponere uisus est. deinde clam in agro nuper consito reliquit, quo in loco senex seipsum permutare studens membranam alteri oculo apposuit. Induciis postmodum factis membranam sustulit: oculumque ex delidia deletum comperit. Oppium filius est senectute debilem & manere deprecantem humeris extulit: donec e portis tutum sisteret. Postremo in Siciliam nunc agens: nunc deferens incolumen peruexit: nemine figuram huiusmodi: suspitione: aut calumnia ulla prosequentem: quemadmodum & Aeneam scriptores prodidere uerendum fuisse hostib⁹: q parentem detulisset. Populus itaq; posterius cōmendato adolescēte ædilem declarauit. Substantia uero eius in publicu3 relata: cum muneris īpensam ferre nequiuisset: artifices quæ ad magistratū ptinebat contulere gratis: & spectatores quātum nummoru3 unicuiq; placuit in orchestra præbuere ita ut ditissimus hac munificētia fieret. Arianum cu3 in carceribus testa-

Metellus filij pa/ bus cōdonat?

filius ī prēm pius.

Marc? achēnb? seruat?

Hircius p scriptionis tēpe magno ānō euasit.

Restio a sero prior spē seruatus.

Serui exemplū fidei.

Appion a seruo seruat? sui pietas in hērū.

Menēni? mortē seruus seruat?

Iunius a liberto occultat?

hera a liberto seruata.

Lucretius opera serui seruat?

menti causa affligeretur: filius non proscriptus parentem proscriptum occeluit & cum illo pariter fugit: & eundem saluti demum reddidit. Metelli qdem filius: ac parēs eodem nomine appellabantur. Parens cum Antonio militās circa Actium captus: & a nullo cognitus interim fuerat. Filius sub Cæsarem ea tēpestate militiam agebat: & præturæ simul præsidebat. Et hoc quidem circa Actium. In Samo uero diiudicante Cæsare captiuos oēs: cum iuuenis adesset: senex inter hos ducebat: comis: sorde. & squalore obsitus: & ob id īmutatus ut dignosci nequirer. Verum cum inter captiuos præconis uoce citaretur: filius e suggestu accurit: & parētem pene agnitum cum heiulatu cōplexus uix fletum potuit continere. Deinde Cæsarem in hunc moduz allocutus ē. Hic hostis tibi fuit o Cæsar: ego belli pro te socius. Et hunc quidem æquum est pœnas pēdere: me præmia accipere. Peto igitur ut parentem mei causa seruari iubeas: me autez ob illum neci tradi. Misericordia ob hæc exorta inter oēs Cæsar Metellum q̄q̄ sibi inimicissimuz seruari iussit: donis quoq; multis adornauit: cum ab Antonio sæpenumero despiceretur. Marcuz clientes summa clementia & benignitate toto proscriptionis tempore intra habitationem coruz tenuere. Postremo concessa uenia oibus Marcus ab eorum domo tanq̄ e fuga prodiit. Ircius cum familiaribus urbe effugiens per Italiam profectus est carceratos soluens: & fugientes in unum cōgregans: oppida etiaz per pauca a principio: deinde maiore numero inuasit. Post hæc fortiore manu comparata Brunduſinos sibi subdidit: & exercitu in eum misso ad Pompeium cum omnibus copiis euasit. Restionem solum et fugere putantem seruus clam insecutus ē: prius quippe sub Restiōe enutrit?: & in multis clæmenter habitus ob nequitiam tandem notis barbaricis inustus fuerat. Restioni itaq; in palude latitanti seruus pōsto astitit, eumq; ex occursu facile conterruit. At ille trepidanti hero ita locutus ē. Nunquid me magis o here præsentium stigmatum: an priorum beneficiorum putas reminisci: Et his dictis in speluncam abactum & quiescentem egregie curauit: Cibaria illi ut potuit hinc inde conquisiuit: Suspitione etiam oborta circa speluncam; cum armati appropinquarent seruus re animaduersa insecutus ē: & senez quendam prætergradiente accurrens interfecit: caputq; abscidit. Stupefactis militibus: & ut uiatoris interfectorem cōprehendentibus. Rectionem inquit herum meum occidi qui mihi hæc stigmata inusſit. Illi capite adempto ob præmii spem in urbez: ut agnoscerent simul detulere. Seruus interim excitato hero in Siciliam cum illo enauigauit. Appion dum in stabulo quiescet armatis accurrentibus seruus uestem eius induit: & pro hero in lecto eius accubans libens mortem pro illo subiit: hero interim serui in morem illi assidente. Armatis Menenii domum inuadentibus seruus heri lecticam ingressus est. aliis conseruis operam nauantibus elatusq; Menenii loco interficitur. Ipse subinde in Siciliam aufugit. Iunium libertus eius Philemon domum sortitus splendidam: & medio urna quadam inclusum tenuit: ex his: quas ad ferri repositiones: aut pecuniaruz: librorum ue custodiam habere solent: In eaq; per noctem usq; ad inducias aluit. Libertus alius sepulchrum domini custodiens: heram proscriptam in eodem sepulchro cum parente una saluos tenuit. Lucretius duobus fidis seruis comitatus errabundus cibariorum inopia ad uxorem retroceſſit: a seruis ueluti æger quidam lectica delatus in urbez. Interim uni ex seruis perfracto crure alteri innixus ambulabat. Cum uero ad portas accessisset: quo in loco parēs eius a Sylla pscriptus olim intereeptus fuerat: turmam militū accurrētem intuēs pauefactus ē loci omine: & cuz seruo aufugiēs in sepulchro latuit. Pollinctoribꝰ denuo sepulchra pscrutātibꝰ seruus se ultro ut caperet obtulit: quoad Lucretius itez ad portas pfugit: Ibiq; tā diu cōmoratus ē: ut rediret seruus: cuius uestem sibi induit: indeq; ad uxorem rediit: sub cuius cura duobus intercluſus laquearibus deli-

tuit: donec ex proscriptorum numero eximeretur. Postremo confecta pace consulari dignitate potitus ē. Sergius apud Antonium ipsum latuit: quousq; Planco qui tum cōsulatu fruebatur reditum suasit decernere: Idez deinde Sergius in Cæsaris: & Antonii dissensiōe Senatu Antonium hostem indicāte: sol⁹ absolutionē palam ꝓtulit: Atq; hi hūc in modum seruati sunt. Pōponius prætoris in formam seipsum adornauit: & seruos ministrorum more similiter cōponens: ciuitatem ut prætor lictoribus stipatus pertrāsiuit: seruis illum circūstantibus: occulentibusq; ne ab ullo dignosci posset demum iuxta portas currus publicos ascendens: pagrata Italia: suscipientibus illum cunctis: præmittētibusq; ut prætorem a Triūuiris missum ad inducias ineundas cum Pōpeio: publica etiā triremi ad illum pertransiuit. Apuleius & Aruncius ductores militum se esse simulātes & seruos militaribus instruentes armis ad portas ueluti proscriptos insequentes propera runt. Per reliquuz uero itineris ita profecti sunt: ut carceratos exoluerent. accurrētes ad eos in unum colligerent: quousq; sufficienti excrcitu uterq; eorum potiretur. Iam signis: armisq; fulgebant: & dignitas exercitibus abunde aderat. Q uisq; uero per se iuxta mare ad tumulum quēdam castra hēbat. Orta luce cum suspitio inter eos incidisset: quasi unus cōtra alterum copias parasset: assumptis armis pugnam ineunt. Demum resipiscentes abiectis telis inuicem flere: & fortunaz in eos sæuiētem apud oēs queri lamētariq; cœperunt. Postremo classe delati: unus ad Brutum: alter ad Pōpeium peruenere. Et hic quidem cum Pompeio una rediit: alter sub Bruto in Bithynia ꝓtor fuit: & Bruto in Macedonia deuicto: Bythinia Antonio præbita domum rediit: Venditius libertus q̄primum proscriptus fuit uinculis iniecit: quasi iugulatoribus eum præbiturus. nocte uero seruos in unum adhortatus ad militum similitudinem instruxit: & herum turmarum ducis more ornatum urbe extulit: ac per reliquam Italiam usq; in Siciliam euexit: sæpenumero cum cæteris ducibus: q̄ illum inqrebāt hospitat⁹. Alium in sepulchro occuluit libertus: uez cum ille sepulchri meditationem: & pauorem abhorreret in quadaz domuncula latere monuit. Inhabitantes non longe uno ex ductorum numero huius uicissim timorem ferre non potuit. Ita ex summo pauore ad extremam ꝓlapsus audaciam: raso capite ad inducias usq; præceptorem ueluti discipulus in urbe comitatus ē. Volusius dum ædilitatem gereret proscriptus ē. Is sacerdoti cuidaz Isidis amicitia deuinctus stolam ab eo petiit: & uestem ad pedes usq; induens canem capiti imposuit: Eoque mō sacra peragens ad Pōpeium peruenit. Sittium Caleni ciuem eoz existētem: & multa illis ex substantia propria olim elargitum: summa custodiere diligentia: ferro assistentes: & seruis minitātes: nec nō milites abigentes ab eorum mœnibus: quousq; deferuescēte iam nequitia ad Triūuiros emisere legatos: qui Sittium ab omni Italia excluſuz in patria tute cō morari obtinuere. Sic Sittius primus uel unicus uirorum omnium ex peregrinatione in patriam profugus puenit. Varro philosophus: & historiaruz pariter scriptor militia egregie perfunctus: & ꝓtorius uir: & fortassis ob hæc monarchiæ inimicus habitus inter proscriptos relatus fuerat cōtendentibus inuicem domesticis eius: & amicis: qu s illum prius esset susceptur us Calenus tandem penes se retinuit: habuitq; in ulla: in quam Antonius de ambulationis causa proficiscebatur aliquando: & tamen null⁹ seruorum: aut Varronis ipsius: aut Caleni intus existētem Antonio prodidit. Virgini⁹ uir dicēdi suauitate præcipuus seruos edocuit quēadmodum ob modicas pecunias: nec satis tute illum occidentes odium ingens subituri forēt: demum extremo pauore tenerētur. Sin incolumem seruassent: eos gloriam pietatis habituros. Ad hæc spes optimas pecunias ēt multo plures maiori securitate adepturos esse. Q uibus psuasi cum eodem ueluti cōseruo arripuere fugam: & in uia a peussoribus agnitum strenue tutari pugnan-

Sergius apud Antoniū latuit.

Pomponi⁹ astu memorabili periculū ꝓscriptionis euasit.

Apuleius & Aruncius ꝓscripti fuga seruati.

Apuleius apud Bithynia ꝓtor.

Aruncius Bithynia ꝓtor.

Venditius a libertо seruat?

exemplū ignoti

Volusius Isidis sacerdotis Inmorē indutus periculū euasit.

Cimber a caleno seruat?

Varro ille doctus.

Inter proscriptos

Virgini⁹ quo modo furorē ꝓscriptionis euasit.

Eloquentiæ vis

do conati sunt. Sed cum ab ipsis tandem comprehensus duceretur uerbis insinuare coe pit. Se nõ ob eorum inimicitiam ad necem cõpelli: sed ob pecuniarum duntaxat spem. Edocuit itaq; multo iustiores & copiosiores: eos assecuturos fore si ad mare secum accessissent: quo in loco uxor mea inquit nauem pecuniis stipatam deuehit. Milites hac spe delinitia ad mare descedunt. Mulier: ut a uiro mandatum fuit ad mare quidem uenerat. Cæterum tardante Virginio: rata illum ad Pompeium transiuisse: nauigium abduxerat: seruo in littore maris derelicto: qui id annunciaret. Seruus Virginium intuens ad hęc subito accurrit: & nauem a longe recedentem illo ostendit: & quæ mulier mandauerat: cur ue ibidem relictis esset edisserit. Id milites clare dignoscentes cum Virginius aliquã tisper morari suaderet dum mulierem euocaret: aut simul cum eo ad sumẽdas pecunias accederẽ scapham ingressi: non sine iugi labore certatim remigantes eundem in Siciliã tutum deduxere. Ibi quæ pollicita fuerant adepti: neutiq; a seruitio eius destitere ad ídu cias usq; Rebulum nauita qdam intra nauem suscipiens quasi in Siciliam deducturus pecunias ab eo postulauit: eundem indicare uelle cõminatus nisi tradidisset. Ille Themi stoclis in morem eum aufugeret effecit cõminatus & illum pariter accusare uelle: q; ob pecunias se intra nauem recepisset. Ob eam rem conterritus nauita Rebulum ad Pom peium deduxit. Marcus sub Bruto olim prætor ea ex causa proscriptiõe damnatus fue rat. Deuicto demum Bruto interceptus se seruum esse simulauit: emptusq; a Barbula quodam nomine: cum solertem illum intueretur: cæteris seruis præsidere uoluit: pecu niarum insuper curam habere concessit. Aptum igitur ad omnia supra seruorum mo rem expertus prudentem si ex proscriptis aliquis fortasse esset: & profiteretur: eum ser uare uelle pollicitus ẽ. Abnuente illo uehementius: & genus nomenq; ac priores domi nos uerbis simulante: Romam secum iussit accedere: ratus id negaturum esse si proscri ptus extitisset. At ille intrepidus secutus est. Circa fores interim consulum ex amicis Barbulæ quispiam inspecto Marco serui in morem illum prosequente clam Barbulæ insusurrauit auribus. Illis per Agrippam exorato Cæsare ex proscriptorum numero exemit: fuitque subinde Cæsaris amicus Marcus: Nec multo post circa Actium contra Antonium prætor instituitur: secutumq; est ut eodem tempore sub Antonio prætura3 gereret Barbula: similisque fortuna illi occurreret. Barbula siquidem deuicto Anto nio captus ab hostib9 cum se seruum esse simularet: & illum precio inscius emisset Mar cus: re Cæsari intimata ut saluus esset impetrauit: simileque beneficium illi reddidit.

Rebulus a nauita seruat?

Themistocles fu giens quid.

Marc9 ex prętore ser uus: mox q; ex suo prętor.

Barbula ex prętor seruus: rursus ex seruo prętor.

His igitur pares affuere fortunæ: utriusque insuper pares permansere: nam nominis eiusdem dignitatem in urbe obtinuere ambo. Balbino fugienti: & cum Pompeio de mum redeunti: nec multo post gerenti consulatum: Lepidus sub Cæsare ex potenti ad infimum delatus gradum ex huiusmodi causa astitit. Mecenas Lepidi filium perse quebatur: quod in Cæsarem conspirasse diceretur. Persequebatur & matrem simili suspitione laborantem cum filio: Lepidum tum debilem quidem haud multifaciens. Iuuenem igitur Mecenas Cæsari ad actium præmisit: Matrem uero ne mulier existens duceretur fideiubere apud consulem iussit se ad Cæsarem ituram esse.

Balbin9 ex proscri pto consul. // fortunę mutatio

Mecenas octauij Cæs // aris amic9.

Lepidus adulescẽ Inoctauiũ cõspi rasse dict9?

Nemine fideiussionem subeunt: Lepidus ad Balbini fores plerunque moraba tur: & ius dicenti præsens aderat: ministris eum a longe propellentibus: uix hæc ef fari potuit. Mihi quidem accusatores innocentiam adesse perhibent: neque cum uxo re: aut filio una conspirasse aiunt. Te autem neutiq; proscripsi unq; cum in proscriben tium numero assisterem. At humanos itaque casus intuens: & ad me tibi assidentem hanc gratiam exhibe: ut uel me sponsore mulier ad Cæsarem transire queat: uel ego cum illa simul deuinctus eam. Hæc dicente Lepido, Balbinus pietate motus mulierem

// Lepidus olim Triũuir adpedes hominis ab eo proscripti

a fideiussione absoluit. Cicero a Cicerone parente eius: in græciam præmissus: cum fortunam huiusmodi futuram uereretur: e græcia ad Brutum peruenit. Defuncto deinde Bruto ad Pompeium pertransiuit: cum utroq; prætura functus officio. Hunc Cæsar quo se a traditione Ciceronis excusaret: pontificem statim declarauit: nec multo post cõsulem instituit: & Syriæ prætorem. Antonio apud actium posterius deuicto a Cæsare cum consul adhuc esset ius populo plerunq; dixit: seditq; pro rostris eo in loco: quo parentis eius caput manusq; pependerant. Appius seruis suis substantiam distribuit: & in Siciliaz cum ipsis ut transiret nauem conscedit. Illẽ insurgente tempestate: auri cupiditate permoti: Appium parua quadaz rate quasi tutiorem in spem deponunt: cõtigitq; ut præter cunctoz opinionem euaderet ille: serui perfracta naui ad unum interirent. Publius Bruti quæstor: Antonii domesticis illum adhortantibus ut Brutum proderet id facere renuit: & ob id proscriptus: demum reuersus inter Cæsaris amicos esse meruit: Adueniẽti quoq; Cæsari nõ nunq̃ Bruti imagines apposuit: Eaq; ex causa laudatus est a Cæsare. Hæc autem præter cunctoz opinionem quæ non nullis proscriptorum ad discrimen: aut salutem eorum cõtigere pluribus aliis omissis a me potissimũ relata sunt. His igitur Romæ gestis quæ ultra confinia posita erant ob huiusmodi seditiões bellis: turbinibusq; agitabantur. Bellorum autem uel præcipua fuere circa Libyam Cornificio aduersus Sextium depugnante: & in Syria Cassio cõtra Dolobellã. In Sicilia quoq; clades plurimæ a Põpeio ciuitatibus: captiuitateq; inferebantur. Quæ igitur memoria minus digna uisa sunt omittentes: clariora: & ob alioz dignitatem longe conspicua in Laodicenses: Tarsenses: Rhodios: Pathareos: Xanthioscq; gesta & eorum quælibet ueluti ab exordio explicabimus. Lybiæ partem Romani ueterem adhuc nominant: q̃ olim abstulere Carthaginẽsibus. Eam uero quam Iuba rex tenuit: & posterius sub Cæsare illi ademere nouam Lybiam appellant. Est autẽ Numidica. Sextius igitur sub Cæsare Libye præfectus quæ noua dicitur Cornificiũ ex ueteri Lybia iussit excedere: quasi Cæsari in partione triumuiratus uniuersa Lybia ex sorte contigisset. Ille partitionem iudicantibus Triumuiris æditam ignorare respondit: neq; prouinciam a Senatu habitam alicui præterq̃ Senatui uelle concedere. Hac ex causa ad inuicem armis contendebant. Exercitum Cornificius longe maiorem & grauiorem continebat. Sextius leuiorem inferioremq; ducebat. Ex quo mediterranea quæq; percurrens quæ Cornificio parebant ad defectionem incitabat: & Ventidium Cornificii præfectum cum pluribus in eum irruentem urbe conclusus repellebat. Excurrebat & Lelius Alter Cornificii præfectus Lybiam quæ Sextio suberat & Cirtam urbem ipse assistens oppugnabat: omnesq; ad Arabionem regem: & ad eos qui Sittiani nuncupantur præmissis oratoribus ad belli societatem pellicere tentabãt. Sittiani nempe a confœderatione huiusmodi nominati sunt Sittius Romæ accusationem propriam ferre non ausus arrepta fuga exercitum in unum comparauit. Deinde ex Italia & hiberia in Lybiam enauigauit. Lybicis porro regibus ad inuicem contendentibus bello per partes opem attulit. Quibus autem attulisset continue uictoria exultantibus Sittii nomen adeptus est. Nam exercitus eius splendide armis depugnabat. Caio demum Cæsari in Lybia persequenti pompeianos auxilium impendit: & Soborram Iubæ præfectum perillustrem occidit. Quorum omnium ob causam præmium a Cæsare suscepit Manassis regis prouinciam: non uniuersam tamen sed potentissimam eius partem. Manasses quippe Arabionis pater fuit Iubæ in bello socius. Huius igitur prouinciam Cæsar Sittio & Boccho & Mauruſiorum regi dono contulit. Eius partez Sittius his q̃ sub illo fuerant pariter diuisit. Arabio ea tempestate in hiberiã ad Pompeii filios perfu-

Cicero f. honore prętur fuit? ab octauio põtifex declarat?

Ci. filius Cos.

Appius Insicilia fugit.

Publius bruti p. dein cęs. amicus octauio? mamicitia cõstãtia ut mhoste laudauit.

libya vetus.

libya noua. Numidia

Sextꝰ libyę ptor.

Cornificius libyę prętor.

ventidius cornificij legat? i libya.

bellũ punicũ Sextij et cõnificij.

Sittianj.

Sittius.

Soborra Iubę leg. a Sittio interfect?

Manassis Rex.

lb

Arabio Rex.

lb

Lelius Cornificij legat?
In libya

git. Postremo Caio Cæsare interfecto in Lybiam ad suos rediit: & libycoꝝ non nullos continue iuniori Pompeio præmittens in hiberiam; & bellatores inde suscipiens Boccho ꝓuinciam ademit. Sittium quoq; interfecit dolo Ob hæc Pompeianis fauorabilis: cum eoꝝ partes assidua infelicitate corruentes desperaret: Sittio prioris filio adhæsit: ꝓ quem Cæsari conciliatus est. Hunc & Sittiã ob paternam amicitiã cum Cæsare comitati sunt. His igit confisus Sextius ab obsidione ad pugnam progredit: & Ventidio ui superato fugiente exercitu ob indignitatem interficiens capiensq; persequitur. His perceptis Lelius Cirtam obsidione liberauit: & ad Cornificium sese transtulit. Sextius rebus gestis elatus ad ipsum Cornificiuꝫ Vticam uersus castra mouet: & quanq̃ pluribus fidẽti copiis econtra astitit. Cornificio Lelium cum equitibus ad inuestigandos hostes præmittente: Sextius Arabionem ut a frõte Lelio obsisteret cuꝫ equitibus pariter ire iubet. Ipse potioribus stipatus e transuerso equitibus irruit eosq; conterruit: adeo ut Lelium non inferiorem adhuc ne reditu prohiberetur trepidantem: tumulum qui in medio patebat coegerit adire. Arabioni uero prius assistentes interimere: & tumulum circundare impat. Hæc animaduertens Cornificus maioribus copiis lelio ut opitularetur accurrit. Sextius a tergo instans ad illuꝫ subito defertur: Quem ab se ut repelleret Cornificius non sine iugi labore depugnabat. Arabio interea inter petras reptantibus suis per præcipicia ad Cornificii exercitum clam accessit. Roscius castrorum curæ derelictus intercepto uallo a scutigerulo quodam exorto iugulo interfectus ẽ. Cornificius pugnatigatus per campoꝝ auia ad Leliuꝫ cursu transilit: q̃ in exercitu gesta erãt penitus ignorans. Decurrentẽ autẽ illum conspicati Arabionis equites persequentesq; interficiũt. Hæc ut gesta erãt a colle summo contẽplatus Lelius sibi ipsi necẽ cõsciuit. Ducibus itaq; prostratis hunc in modũ exercitus ꝑ partes fugã arripit. Quicunq; cuꝫ Cornificio ex ꝓscriptione damnati fuerant in Siciliam enauigarunt. Alii ut quisq; potuit abiere fuga. Sextius Arabionem: Sitianosq; omnes multis adornauit spoliis ciuitates uniuersis concessa uenia Cæsaris ditioni subdit. Hic igitur bello inter Sextium cornificiũq; gesto in Lybia finis datus: breui profecto si gestoꝝ celeritatẽ mente reputes. Quæ uero ad Cassium: Brutumq; ꝑtinent parua quidem si præmissa animaduertas. huiusmodi fuere. Cum Caius Cæsar interfectus esset percussores eius Capitolium statim inuasere. Decreta deinde obliuione omnium ad eodem descẽderunt. Verum populus in commendatione funeris misericordia excitus interfectores Cæsaris hinc inde cœpit conquirere. Hi ciues a tectis abigentes ad prouincias seperatim profecti sunt: quas a Cæsare unusquisq; ex decreto nactus fuerat. Cassius & Brutus prætores adhuc in urbe morabantur: quibus similiter a Cæsare ut prouinciaꝝ curæ assisterent iniunctum fuerat: & ut Cassius Syriæ præesset: Brutus Macedoniæ. Neque magistratus ante tempus assumere potentes: neq; cædis odium in urbe perferentes cum prætores adhuc essent urbe excesserãt. His ad indignitatẽ obtegendam Senatus ut annonæ curã agerent iniunxerat: ne medio interim tempore aufugisse uiderentur. Absentibus illis Syria quidem: & Macedonia Antonio & Dolobellæ: qui consulatui præerant ex decreto delegantur. Senatu permolestæ id ferente: datum est earum loco ut Cyrenem Cassius administraret: Cretam Brutus quas ut inferiores contemnentes illi exercitum pecuniasq; collegerant ut Syriam & Macedoniã ultro inuaderent. Et hi circa huiusmodi curas uersabantur. Occiso autem Trebonio a Dolobella in Asia: Antonio Decimum inter celtas obsidente: ut a nobis præmissum est: conturbatus Senatus Dolobellam simul & Antoniũ hostes iudicauit: Brutum autem & Cassium ad priores prouincias reuerti iussit. Bruto insuper Illyrium addendum censuit. Cæteros omnes quicunq; Romanoruꝫ nationi/

Sittij mors.

Ventidius cõficiũt a Sextio pro consule.

Cornificius aduersꝰ Sextiũ pficiscit.

Rosij ꝓfecti castrorũ cornificij mors.

Cornificij mors.

Lelius amisso cornificio duct mortẽ sibi cõsciuit.

Bruto cassioq; cura annonæ cura decreta.

Antonij et dolabellæ hostes a senatu iudicati.

bus exercitibusq; præessent: ab Ionio Syriam usq; Cassio: & Bruto subesse uoluit. His ex causis Dolobellã anteueniẽs Cassius: in Syriã deducto exercitu signa magistratus in primis extulit: & duas supra decem legiones ex Caii Cæsaris exercitu iampridem in castri cõmorantes: exercitataq; primo impetu assumpsit. Quippe unum ex suis Cæsar in Syria dereliquerat cum in Parthos præpararet bellum. Apparatum autem omnem illi tradidit Cecilius Bassus: Nam cum dignitatem & præturam contineret Sextus Iulius adolescens Cæsaris affinis: legionemque in deliciis inhoneste duceret: conquerẽte Basso contumeliis eundem insectatus est: postremum omniũ Bassum appellans. Ob quæ cum minus apareret ille: duci a lictoribus confestim iussit. Tumultu inter eos turpiter exorto cum Bassus telis ensibusq; impeteretur: exercitus rei deformitate perspecta Iulium occidit. Milites facti primum pœnitentia: deinde Cæsaris timor insecutus ẽ. Iure igitur iurando in unum conspirantes: nisi uenia illis aut fides præberetur: ad mortem usq; decertare uelle Bassum ad hæc ipsa secum compulere. Aliam quoq; legionem inuicem ducẽtes strenue pugnabant: & Sextum Murcum cũ tribus legionibus a Cæsare præmissum haud ignaue repellebant. Murco belli socius affuit Minucius crispus ex Bithynia tribus comitatus legionibus. Hi Bassum sex iam fræti legionibus obsessuũ detinebant. Cassius obsidione percepta Bassi exercitum ad se confluentem suscepit ultro. Murci ad hæc & Minucii exercitus militibus se ex beniuolentia dedentibus: & ex Senatus mandato ad omnia obsequentibus inuicem sibi asciuit. Prius quippe Albinus a Dolõbella missus in ægyptum quattuor legiones ex prouincia deduxerat: quæ a Põpeii clade Crassiq; superfuerant: Eas sub Cæsare olim derelictas Cleopatra detinebat. Cassius Albinum eorum quæ agitabantur penitus ignarũ Palestina subito inuasit: & exercitum sibi tradere coegit: quattuor legionibus aduersum octo depugnare ueritus. Sic Cassius mirum in modum duodecẽm optimarũ legionum confestim imperator effectus est. Non nulli quoq; ex Parthorum sagittariis in æquis pugnare soliti Cassio adhæserant fama apud parthos iam inde increbescente cum olim Crasso quæstor astitisset eundem imperatorem sub longe prudentius decertare solitum. Dolobella post Trebonii necem circa Ionium moram agitabat. Tributa quoq; a ciuitatibus exigens classem p Lucium figulum a Rhodiis: Lyciis: Pamphiliis: atq; Ciliciis mercede in unum comparabat. Cum in promptu adessent omnia Syriã aggredi instituit. Terrestri quidem itinere legiões duas idem agitabat: Classis uero a Figulo deuecta sequebatur Cassii deinde copiarum magnitudine percepta ad Laodiciam urbem sibi amicissimam conuertit iter quam cheronneso contiguam: & quæ telluris inerãt tutantem: & ad mare facilem præbentem additum in primis nouerat. Quo in loco abunde cõmeatum a mari capere: quoue libuisset classem tuto conuertere liceret. Intelligens Cassius: ueritusq; ne ab eius manibus Dolõbella euaderet Isthmum enim obtinebat per duo stadia distãtem: lapides omnemq; materiem ex ouilis suburbiis uallisq; castrorum in unum conferrens nauium causa in Phœniciam: Lyciam Rhodumq; præmisit. Spretus itaq; ab omnibus præterq; Sidoniis in Dolobellam classem mouet. Et naues quidem abunde utriq; ad pugnam aderant: ex quibus quinq; cum ipsis hominibus a Dolõbella capiuntur. Cassius ad eos qui mandata neglexissent denuo ex suis mittit: & ad Cleopatrã Aegypti reginaũ: ad Serapionem quoq; in Cypro pro Cleopatra exercituũ ducẽtem. Tirii igitur & Aradii & Serapion Cleopatra insciа naues omnes: qs habebant Cassio põmittunt. Regina famẽ: pestẽq; quibus Aegyptus ea tẽpestate oppressa erat Cassio duntaxat obtulit. Ob familiaritatẽ uero primi Cæsaris Dolõbellæ fauere instituit. Ex hac igit sententia quattuor legiones per Albinũ sibi misit: Alterũq; exercitũ ad eius opem para-

Rhodij bello ciuili brutj et octauij nec unā partē sequūtj.

tum tenuit: uenti nanq; incubuerāt. Rhodii autem: & Lycii: neq; Cassio ciuilibus in bellis auxilium afferre uelle, Dolobellæ naues ad transitum dedisse nullam tamen cum illo belli societatem iniisse fatebantur. Cassius ex his: quæ in præsenti aderant pro tempore sese instruens: bis in Dolobellam copias mouit: Ac primum inter se acri odio inire prœlium Subinde in re nauali inferior Dolobellā apparuit. Cassius elato agere murum urbis adeo concussit ut ruinam minaretur. Custodem autem noctis Marsum nomine cum nullo precio corrumpere liceret turmarum duces diurnæ custodiæ præfectos ut sibi obsequerentur induxit. Q uiescente igitur per diem Marso reseratis portis Cassius per partes magna multitudine ingressus est. Capta urbe Dolobella custodi corporis caput obtulit monuitq; ut absissum Cassio afferret quo pprium seruaret. Ille capite defecto seipsum interemit: Pari modo Marsus uita se priuauit. Cassius Dolobellæ exercitum ad se transtulit: Laodicensium sacra publicaq; omnia prædæ exposuit. Ciuium primores supplicio affecit: reliquos grauioribus tributis subesse uoluit: urbemq; ad extremam tandem cladem impulit. Post Laodiciæ captiuitatē Cassius in Aegyptū copias mouit Cleopatram magnis copiis: ad Cæsarem: Antoniumq; transire audiens: ratus nauigationem illi prohibere animumque eius erga se pariter ulcisci posse. Nam Aegyptum eo tempore fame in primis confectam audiebat: nec exterorum exercitum copiosum admodum Albini militibus a principio emissis continere. Verum illum spe & impetu gestarum rerum exultantem Brutus summa celeritate ad se redire monuit cum iam Cæsar: & Antonius Ionium classe transire dicerentur. Tanta igitur spe deiectus Cassius haud sponte in ægyptum transire destitit. Parthoq; itaq; sagittarios pmiis affectos a se dimisit. Oratores etiam ad regem eoq; delegauit: qui illum ad societatē maiorem ineundam uel etiam post opus inuitarent. Syriam porro ac pleraſq; finitimas nationes ad Ionium usque percucurrit: indeque exercitum retro mouens fratris filium in Syria cum legione una dereliquit. Ipse equites in Cappadociam præmisit: qui Ariobarzanem nihil tale metuentem: quasi insidias olim sibi præstruxisset oppressere: pecuniamq; eius plurimam: omnemq; alium apparatum ad eum adduxere. Tarsensibus præterea inter se dissidentibus cum alii Cassium prius uenientem: alii Dolobellam post illum accedentem corona donauissent: utriq; enim per quandam urbis significationem id effecerant: contendentibusque ad inuicem ueluti in mutatione maxima calamitas utrosque inuaserat. Cassius igitur deuicto Dolobella mille & quingentorum talentorum tributum exoluere illos iussit. Ad quod persoluendum cum impotentes essent: assidueque a militibus ad illos uenientibus fœde cogerentur: omnia publica uenundare sacra quoq; publicis adiungere coacti sunt: quæcunq; ad pompas aut insignia seruabāt concidentes. Q uibus nec sic sufficientibus ad ferenda onera: magistratus quæ libera apud eos fuere uenui subiecerant. Primi igitur pueri: innuptæq; puellæ mulieres deinde: tum senes ætate miserandi paruo præcio ab alienabantur. Postremo adolescentuli: ex quibus plærique seipsos confecere donec rebus in hunc modum collabentibus Cassius e Syria rediens misertus est: tributi quoque residuum absoluit. Tarsus igitur & Laodicia calamitatibus his oppressæ sunt. Cassius interea: & Brutus ad inuicem consilia ineunt. Bruto exercitum eo ex loco mutare uisum: & in Macedoniam ad longe maius opus se transferre. Hostibus quadraginta in bello adesse legiones: & earum octo cum Cedicio & Norbano iam Ionium pertransisse aiebat. Cassius contra hostes haud multi faciendos existimabat: Ex inopia quippe seipsos facile oppressuros ob multitudinem: Rhodios: Lycioſque aggrediendos esse ut pote illis beniuolos & classem continentes: ne interagendum eos a tergo inuaderent Cum in-

laodicea a cassio direpta.

bello q̄ interijt?

parthi?

Cassi? in syriā.

Ariobarzanes a parthis oppressus.

Tharsensiū calamitas ob ciuilē discordiam.

Brutj cassijq; cōsilia aduersus octauio et Ant.

Cedic? Norban? } Ant. legatj

octauij cæsaris et Antonij copijs cōtra brutū.

les obsidente: Rhodii non ulterius ad nauigare: & renauigare facile poterant. Sed cum a fronte solum impetu ferrentur: reuerterenturq; : experientia omnis angustia loci inclusa deperiebat. Nam ipetus ab acutis earum prioris ad grauiores romanorum naues infirmus redebatur. Romanis ex leuioribus stabiles quædam affuere donec tres Rhodiæ cum ipsis hominib⁹ interceptæ sunt duæ collisæ: ac uinculis iniecta: aliæ semifractæ Rhodum uersus fuga contendere. Romanoq; omnes Gnidum redierunt. Ex his plures pugna laceratas restituere denuo. Et hic quidem naualis belli inter Rhodios romanosq; in Gnido finis: Quod Cassius cum ageretur e monte contemplatus est. Reparata classe ad Loryma enauigauit Rhodiorum in Perea opidum: peditatumq; oẽm sub Fanio & Lentulo maioribus nauibus Rhodum præmittit: Ipse octoginta stipatus nauibus horribili apparatu cursum dirigit: & ad Rhodum peditatu: classeq; deposita tacitus prestitit: quasi hostibus seipsos dedituris. At illi alacres ad pugnam conuertunt: duabusq; amissis nauibus se subito occludũt: demumq; ad mœnia delati uniuersa cooperuere armis: & eos: qui cum Fanio in littore constiterant continue infestinantes Cassio uicissim depugnabant: qui naues ad murorum pugnam imparatas: ad mœnia mari proxima ducebat. Quod animaduertens Cassius turres fabricatas adducebat: quas subito erigi mandauit. Sic Rhodus duobus exercitibus obsessa ab mari pariter terraq; excludebatur: Ciuibus autem tanq̃ subito & inopino opere nihil molientib⁹ haud dubium erat ciuitatem ipsam: uel ui: uel fame ad hostium manus confestim peruentura. Quæ prudentiores eorum intelligentes non nunq̃ cum Fanio: Lentuloq; loquebantur. His ita se habentibus: Cassius nemine aduertente: media in urbe cum electiore exercitu cõspectus est: ui nulla: aut scalarum opera quouis modo patescente ad ingressum. Credidere plurimi: ac uisum ẽ id fautorum ope reseratis portis contigisse pietate urbis ne fame deperiret. Sic Rhodus capitur & Cassius statim pro tribunali uisus est: hasta apposita: ueluti urbe per uim capta. Quietem tamen militibus imposuit præconis uoce: & his qui uel ui uel præda desæuissent: mortem est cõminatus Rhodiorum ad quinquaginta nominatim ipse acciri impat: quos ad se deductos morte mulctauit. reliquos ad quinque supra uiginti non inuentos fuga condemnauit. Res omnes aurum: & argentum i sacris publicisq; coactum sibi asciuit. Iussit & priuatos quæcunq; possiderent ad prescriptam diem in medium afferre. Occulentibus autem: mortem indicantibus decima seruis libertatem preconis uoce nunciauit. Multi itaq; a principio cum mandatum non in finem mansurum credidissent: occuluere: sua: sed cum præmia indicantibus dari cõspexissent: ob timorem: dilatione habita: prodidere omnia. Non nulli itaq; e terra effodientes: alii e puteis haurientes quidam e sepulchris longe primis plura protulerunt. Huiusmodi igitur Rhodiorum fuere clades: ad quorum curam Lucius Varus derelictus est. Cassius ob captionis celeritatem: nec minus pecuniarum multitudine lætatus cæteris Asiæ nationibus decem annorum tributa imposuit: eaque confestim iussit afferre: quod ab illis serio perfectum est. Interea nunciatur Cleopatram magnis cum copiis: ingentique apparatu & classe ad Cæsarem per mare: & Antonium ire statuisse. Eorum nempe partes ob primum Cæsarem cunctis anteponens: amplius ob Cassii timorem properabat. Murcum itaque præcipua armatorum legione sociatum: sagittariis non nullis additis: sexaginta cataphractis nauibus in Peloponnensum ire iubet: & circa Tenarum moram agere: Indeque ex Peloponneso uniuersa percurrentem prædam antecapere. Quæ uero in Lycios gesta sunt a Bruto: parua quidem Sed quæ a principio licet reminisci: huiusmodi fuere. Cum exercitum ab Apuleio: quem ipse ut prædiximus habebat: ac pecuniarum sex supra decem milia talenta quæcunq;

Rhodios classis p⁹ fugatur a Cassio.

Loryma opp. Fanius Lentulus Cassius

Rhodos a Cassio obsessa.

Cassi⁹ Rhodo potit⁹.

Rhodios calamitas

L. Varus Rhodo præficit⁹

Cleopatra auxilia ducit contra Octauium & Cassium.

Murcus Imponnesum cum classe.

Bruti res in Lycia gestæ.

ex tributis Asiæ in unum cumulatat accepisset: in Boetiam transmisit. Decretó deinde a Senatu habito ut pecuniis his ad præsentia uteretur Macedoniæq; præesset: Illyriuz quoq; ultra Macedoniam teneret ab exercitu qui in Illyrio fuerat legiones tres sibi uendicauit: Vatinio qui tunc Illyrio præerat eas exhibente. In Macedonia quoq; unam ab Caio Antonii fratre recepit. Quattuor itaq; ad hac aggregans octo legionum imperator tandem effectus est: Quarum maior pars sub Cæsare meruerat. Habuit & equitū multitudinem: leuis armaturæ insuper & sagittariorum Macedonumq; : quos Italum in morem adornauit. Exercitum nempe ac pecunias in unum collegenti fœlicitatis huiusmodi ex Thracia obtigit. Polemocratia reguli cuiusdam uxor uiro ab hostibus eius interfecto: pro filio adhuc infante uerita ad Brutuz cum eo accessit: & uiri thesauros cū filio in potestate eius tradidit. Ille infantem Cyzicenis alendum misit: donec ad paternitis regnum transferretur. In thesauris autem infinitam uim auri argentique repperit: quam ad nummorum fabricam cudi iussit. Cum igitur Cassius ad eum accessisset: uisumque esset Lyciis ac Xanthiis inferre bellum: Xanthios præ Lyciis aggredi instituit: At hi cognito Bruti aduentu suburbia eorum euertere ne in ipsis moraz duceret: ne uelignorum materia uti posset. Vrbem porro fossa sepientes ab ea depugnabant. Eius profunditas quinquaginta pedum summam anteceſſit latitudo profunditatem adæquabat: sic ut ad eam persistentes telis sagittisque in hostes uterentur: ueluti fluuio quodam impermeabili in medio diuisi. Brutꝰ fossam ui superare contendens artif cum operimenta adiecerat. Exercitum quoque per diem noctemque partiebatur: & materiem a longe ueluti in agone uoce cursuque transferebat: nihil laboris sollicitudinis ue interponens donec opus iam speratum quod prohibentibus hostibus minime fieri posse uidebatur: aut multis mensibus in longum duci: paucis diebus absoluit: Xanthiisq; intra urbem redactis obsidere eos pergit: ac non nullos a machinis alios impedimentum afferentes ad portas repulit: omnesq; continue immutauit. At illi recentes defessis opponentes: quanquam uulneribus afecti persistebant: donec propugnacula integra manserē. Cum autem & illa corruissent: turresq; dissectæ forent: Brutus quæ fustrata gema tura erant meditatus: portis assistentes ordines retroducere imperat. Quod Xanthii negligentia: & in curia effectum arbitrati nocte facibus accensis ad machinas accurrunt. Verum statim ex occursu obuiantibus Romanis ad portas repelluntur: & custodibus eas occludentibus ueritis ne hostes cum illis miscerentur: cædes ingens Xanthiorum qui excluſi fuerant ad portas æditur. Non multo post & reliqui qui circa meridiem egressi sunt: ordinibus quoque denuo cedentibus: machinas omnes uno impetu incendunt. Quibus referatis portis ob priorum cladem ad duo mille ex Romanis simul immiscentur. aliis ob ingressum impellentibus: portæ ipse statim delabuntur: siue Xanthiis eas demittentibus: siue machinis fortuito delapsis: adeo ut crassantibus Romanis quidam interirent non nulli intra urbem: cum portas ulterius reserare nequiuissent: dissectis retinaculis manerent: Qui per angiportuum angustias delati: a Xanthiis: qui superius imminebant uiadacti ad forum finitimum effugiunt. Eo in loco sagittis impetiti acriter: cum iidem arcubus telisque carerent: ad Sarpidonium ne omni ex parte clauderentur subito procurrunt. Romani qui ab extra steterant: pro his: qui interius erant conturbati: ac uerentes: Bruto eos circuncurrente ad omnem se obtulere experientiam. Sed cum portas ferro constipatas impellere nequirent neque scalis aut turribus igne absumptis ulterius uti: quidam scalas ex tempore habendas dictitabant: alii lignorum apices mutis appellentes: ueluti per scalas ascendebant. Non nulli funibus clauos annectentes: superius ad murum iaciebant. cunq; ali-

quis affixus contineret: per funes nitebantur. Inandes Xanthiis finitimi ob innatam cum illis inimicitiam Bruto adhærentes: ex præruptis: arduisq; locis lapides ad ima deuoluebant. Quos intuentes romani ob lassitudinem imitabantur: multique ex illis saucii interibant. Fuere qui murum transgredientes portam reserarent: quæ densissimis lignis: & in transuersum positis obsepta fuerat. Hi cæteros audaciores erigentes supra ligna uicissim assumebant. Tandem plures numero effecti: portam cæde reaggrediuntur: & interius minime munitam ferro: quidam ab extra: aliis intro nitentibus effringunt. Xanthiis magno clamore in Romanos qui ad Sarpidonium confugerant ruentibus ueriti pro illis romani qui ad portas depugnabant: interius exteriusq; summa ui disiiciunt: & ueluti insania quadam ducti eas reserant: turmatimque ingrediuntur paulo ante solis occasum: magna uoce conclamantes: ut his qui interius steterant aduentantium signum darent. Capta urbe Xanthii ad domos proprias accurrunt. Cariores suorum iugulum ultro exhibentes necant. Vlulatu in immensum orto Brutus prædam fieri arbitratus per præconem milites reuocari imperat. Cum uero quod actum erat cognouisset: animum eorum miseratus libertati deditum: inducias per nuncios emittit. Illi repulsis qui detulerant uniuersis suorum interemptis: adhibito ad pyras igne: quas propria in domo unusquisque præparauerat: seipsos insuper iugulantes iniecere flammis. Brutus sacra omnia illæsa præseruare studuit. Solos Xanthiorum seruos cœpit. Virorum insuper mulieres quasdam liberas: easque degeneres ad centum fere & quinquaginta numerum inuenit Sic Xanthii libertatis causa ter a seipsis consumpti sunt Obsessi nempe ab Arpalo Medio: Cyri magni præfecto: ne seruituti se subiicerent: sibi ultro intulere necem: & Xanthiorum urbs ab Arpalo neglecta: sepulchrum illis præstitit. Similem ab Alexandro Philippi filio cladem pertulere: cum tam ingentium terrarum dominum pati renuissent. Brutus ab Xanthiis ad Patareas descendit: urbem Xanthiorum nauali bus ad similem: exercituque appositio ut mandatis eius obsequeretur: ni Xanthiorum sortem perferre mallent: ciues monuit. Accessere ad eos Xanthii proprias erumnas deplorantes: suadentesq; ut in melius consulerent rebus suis. Patareis nihil ad Xanthios respondentibus: reliquum lucis ad consultandum illis præbitum Brutus exercitum inde sustulit. Orta luce iterum copias urbi admouit. Ciues e mœnibus magno clamore ad omnia se paratos obtulere: portasque aperuere. Brutus ingressus neminem occidit: aut urbe expulit: aurum solum: & argentum quodcunq; in urbe coactum repperit & in unum congregans: priuatos etiam quod haberent afferre monuit: his pœnis & præmiis appositis: quæ Rhodiis a Cassio iunctæ fuerant. Itaq; id omne collatum est. Seruus herum suum q; aurum celauisset accusauit: & præmisso Tribuno aurum illi ostendit. Adductis ad Brutum omnibus: herus tacitus perstitit. Mater ut filium seruaret clamans sequebatur: se aurum celasse dictitans. Seruus a nemine rogatus ut mentientem arguebat: & filium occuluisse instantius aiebat. Ea propter indignatus Brutus: iuuenem ex silentio: matrem ex passione miseratus illæsos dimisit: aurum quod attulerant secum deferentes. Seruum uero ultra præceptum heris insultantem: cruce suspendit. Lentulus ea tempestate Adriacum præmissus: Est autem id Smyrneorum nauale inclytum: portus cathenas effregit. Vrbem præterea ingressus Smyrneis mandata suscipientibus: pecuniis assumptis ad Brutum rediit. Lyciorum interim legati ad Brutum uenere: belli societatem & quecunque conferre possent pollicentes. Tributis igitur Lyciis appositis. Xanthiorum liberos eorum urbi attribuit. Naues Lyciorum cum reliqua classe Abydum enauigare iussit. nam & ipse peditatu3 omnem eum in locum deducebat: Cas-

Inandes populi

Xanthos urbs Bruto expugnata.

Xanthij libertatis amantissimi.

Brutus a xanthij in patareas patarę cenut. lyciq.

Nequitia serui in dominū

Iustitię exemplū in bruto.

Lentulus brutij legatus Smyrna potitur.

Adriacū nauale Smyrneorū.

Abydos.

lycij p legatos bruto se dedidērunt.

Smyrna lyciq ciuitas

Naufragij Tabulę ~~dybię~~ e libya aduſq; lacedęmoniā.

Seſtos opp.

Murcus Inpelopon/neſſū

Cleopatra naufra/gio claſſē amiſit

Portū duſina inſula

Ant. aduerſus Murcū

Sex. pompeij res geſtę amiſſo prę.

Arabio libyę Rex ad Sex. pompeiū

Sex. pompeij res in hiſpania geſtę.

Carinas. C. cęſaris Leg. g. Sex. pópeiū

Aſmi? pollio cęſaris Leg. in Sex. pópeiū

Sex. pompei? aſinā/tum reuocat?

Sex. pompeio maris Imperiū decretū.

Bithynic? Sicilię prętor.

Hirci? fomi? Proſcripti ad Sicilia.

ſium ex Ionia uenturum moraturus: ut ambo ad Sextum tranſfretarent. Interim Mur/cus in Peloponneſum claſſe delatus ut Cleopatram nauigantem obſeruaret: cum illam circa Libyā ui tēpeſtatis expulſaz: claſſem amiſiſſe nouit: nauiūq; naufragia in Lacedæ/moniam uſq; delata cōſpexit: Reginam ualitudine correptam uix ad propria redire po/tuiſſe: ne fruſtra tanto exercitu eo in loco moram duceret: Brunduſium uerſus claſſem monuit: & in inſulam portui finitimam delatus reliquum hoſtilis exercitus: aut cōmea/tum in Macedoniam deferri prohibebat. Hunc Antonius longis nauibus quas habe/bat: haud fere multis: turribuſq; ratibus aduectis oppugnabat: cum exercitum per par/tes magnis nauibus emittens: uentum e terra: ne a Murco interciperentur: uehemen/tiorem expectaret: Aſſiduo itaq; labore fatigatus Cæſarem qui circa Siciliam maritima claſſe cum Sexto depugnabat: in auxiliuz uocauit. Sic enim ſeries earum rerum ſeſe ha/buit. Pompeius qui Sextus dicebatur: magni Pompeii filiorum ætate iunior: cum pri/mum a Caio Cæſare in hiberia neglectus perſtitiſſet: quaſi nihil magnum ob adoleſcē/tiam inexperientiamq; facturus: ad oceanum delatus cum paucis piraticam exercens in/terceptus eſt: nemine illum ut Pompeium dignoſcente. Procedente mox tempore plu/ribus ad eum accedentibus ingentem comparauit manum: ſeq; Pompeium profeſſus eſt: Ac confeſtim quicunq; ſub patre militantes uicti ceſſerant: ad illum ueluti propriuz/ducem cōfluxerunt. Arabio quoq; ex Lybia: paternis ſpoliatus bonis: ut a nobiſ præſcri/ptum eſt: ad eum uenit. Ita maioribus copiis adauctus: opera piraticis longe clariora ad/orſus eſt. Nam Pompeii nomine per hiberiam omnem populis maxime florentem: lō/ge lateq; uulgato: præſides ſub Cæſaris imperio eam continentes ad manus cum eo ue/nire formidabant. Quibus intellectis Cæſar Carrinam amplioribus cum copiis in hi/beriam miſit: qui Pompeium debellaret. At his leuior admodum in conſpectum eius/ſtatim uenit. Et ſubinde aduolans Carrinam afflixit. Vrbes etiam pleraſq; cum parua/tum magnas ditioni ſuæ ſubdidit. Ea ex cauſa Caius Cæſar Aſinium Pollionem ut Pō/peii reprimeret inſultus: ſucceſſorem Carrinæ dedit: qui forte cum illo tum bellum agi/tabat cum idem Cæſar extinctus eſt: & Senatus Pompeium ultro reuocauit. Verum il/le in Marſiliam delatus: quæ Romæ fierent intentus expectabat. Electus ſubinde ma/ris imperator ut parens eius ante fuerat: neutiq; ad urbem redire uoluit. naues autem/omnes: quæ in portu aſſeruabātur aſſumes: adiunctis his quas prius poſſidebat: ex hi/beria monuit. Secuta demum Triumuirorum dominatione: in Siciliam enauigauit: & Bithynicum prætorem inſulam eam ſibi dare renuentem: artius obſedit: donec ex pro/ſcriptione damnati: & e Roma fugientes: Ircius: & Fanius: eam inſulam Pompeio dari/ſuaſerunt. In hunc modum igitur Pompeius Siciliam ſibi uendicauit. q nauibus abun/dans: & inſulam Italiæ nactus adiacentem exercitum porro ingentem obtinens: qualez/prius nunq; habuiſſet ex his: qui e Roma fugerant: liberis: ſeruiſq; coactum: & quem/Italiæ urbes quæ uictoribus ad belli præmia addictæ fuerant ad illum premittebant: ad/ſummum potentiæ peruenit. Hi etenim Triumuirorum dominatum: ac uictoriam de/teſtabantur animo: & quæcunq; aduerſus eos licuiſſet: clanculum moliebantur. Nam/ex urbibus eorum fugientes: quaſi non ulterius in patria manſuri: ad Pompeium pro/perabant Italiæ propinquum; & præ cæteris ea tempeſtate Romanis acceptiſſimuz./Accedebant & ad eū uiri nautici ex Libya: & hiberia maritimis in rebus axpertiſſimi: ſic/ut ducibus: nauibus: pedeſtribuſque copiis nec non pecuniis abundaret Pompeius.

Saluiden? a Octauio cęs. g. Sex. pópeiū miſſus.

Quæ intelligens Cæſar Saluidenum magna claſſe in Siciliam miſit: facillimum opus/exiſtimans: Pompeium mari prohibere. Ipſe ex Italia ut Saluideno auxiliaretur: ad/Rhegyum peruenit. Pompeius Saluideno ingenti claſſe propius acceſſit. Nauali de/

Sex. pompeius Siciliā ſibi uendicat.

inde prœlio ad maris fauces circa insulam exorto Pompeii naues: cum leuitate: tuꝫ nautarum celeritate: & experientiam anteibant. Romanorum uero magnitudine & grauitate laborabant. Cum autem fluctus iuxta pontum moueri solitus uehementius insurgeret: & mare ab utraꝙ parte ob fluxum scinderetur: Pompeii naues ob undarum assuetudinem minus trepidabãt. Quæ uero a Saluideno ducebantur: neque constanter permanentes ob insuetudinem: neꝙ remos faciliter conuertere potentes: neꝙ gubernaculis ad manus aptis annitentes: turbabantur. His ex causis Saluidenus sole in uesperam uergente: naues proprias reuocare in primis cogitur. Pompeius quoque ex pugna se dissoluit: pari numero ab utraꝙ parte confractis nauibus. Reliquas ex labore fluctuantes: semilaceraſqꝙ Saluidenus reparare studuit: cum ad portum qui balearico mari imminet suos reduxisset. Interea suprauenies Cæsar Rhegynis. & Hipponensibus magna spe ab uictorum præmiis absoluere uelle pollicitus est. nam mari iminentes in primis uerebatur: deinde uocante ipsum Antonio celerrime ad eum Brundusium accessit: cum in siniſtra Pompeius Siciliam haberet: cui bellum decreuerat inferre. Murcus accedente Cæsare ne in medio eius Antoniiꝙ clauderetur: paululum a Brundusio secessit: maiores naues in transitu obseruans: quæ exercitum a Brundusio in Macedoniam deferrent. Hæc etenim sub triremium cura mittebantur. Vento deinde plurimo ad uotum incumbente: deposito timore arripuere cursum: nulla ulterius custodia indigentes. Quamobrem conturbatus Murcus denuo redeuntes inanesqꝙ opperiebatur. Verum ille tum quidem ac postea reliquum tollentes exercitus: rotundis uelis: plenisqꝙ ferebantur: quo ad uniuersæ copiæ Cæsarqꝙ & Antonius una transiere. Murcus igitur a dæmonio quodam lædi se arbitratus: alias ex Italia profecturas: quæ apparatus: cõmeatum ue defferrent: intentus expectabat: uel ut suprauenientem exercitum quoad fas esset conturbaret. Domicius quoꝙ Eneobarbus ex his qui sub Cassio militiam agebant ad eum uenit: tanquam ad utillissimum delatus opus: aliis quinquaginta stipatus nauibus: legionem alteram & sagittarios simul agens: ratusqꝙ his copiis: quas Cæsar deducebat nullum aliunde cõmeatum afferri posse: omnem ex Italia delatum intercludere parabat. In hunc modum nauibus longis centum: & triginta: plurimisqꝙ actuariis exercitu ingenti ad nauigantes: maria infestabant. Interea Cedici? & Norbanus: quos a Cæsare & Antonio octo cum legionibus in Macedoniaꝫ præmissos fuisse diximus: ex Macedonia ad Thraciæ montes properantes: per mille: & quingenta stadia præcesserant: donec urbem Philippos prætergressi: angusta Torpidorum: ac Sapeorum: quæ ad Rascupolis regnum pertinent interceperant quæ unica ex Asia in Europam trãseuntibus notissimum præstant iter: & Cassianis ex Abydo ad Sextum transmittentibus impedimentum afferebant. Rascupolis quidem: & Rascus: Thracii reges fratres extitere: unicæ regionis principes. Verum hi de belli societate inter se dissidebant. Nam Rascus Antonii: Rascupolis Cassii partes sequebat: & eorum quisqꝙ ter mille equites secum agens egregie pugnabat. Scrutantibus itaqꝙ de itinerum progressibus: qui circa cassium fuerant: Rascupolis in hunc modum rettulit. Iter quod per Henum: & Maroniam deferret: breue: & consuetum esse: turbisque refertum: ac per illud ad Sapeorum angusta per ueniri posse. Hostibus uero ea loca detinentibus nullum ad ea patere aditum. Circuitum in triplo longiorem: difficilem quem supereſſe. hostes neutique in occursum uenturos commeatus inopia: sed in Thraciam Macedoniæ loco profecturos esse. Quibus persuasi per Henum: & Maroniam arripuere iter: per quod in Lysimachiam: & Cardiam: quæ Thracii cheronnesi Isthmum ueluti Ianuæ binæ suscipiunt pateſcit aditus. Sequenti die ad nigrum sinum peruenere. Ibi copias suas recensen-

prœlium nauale inter Sex. Pompeium et Saluidenum.

Octauius Cæsar et Antonius in Macedoniã trãsmittũt.

Domitius Eneobarb? Cassij legat? et classi præfect?

Cedici? Nõban? } In Macedonia qd

philippi Ciuitas.

Rascupolis Rasc? frẽs } thraciæ reges.

Aen? thraciæ ciuit.

Maronea Ismachia Cardia } ciuit.

Torpidi Sapei } Thraciæ gentes

Torpidos paulo post Turpilios uocat ... & in alterutro menda sit.

Melanus sinus

Brut⁹ et Cassij copię in campis philippicis.

tes armatorum nouem supra decem legiones secum militare intelligũt Bruti octo. Cassii nouem: reliquas minime integras: sed quæ duas ad implerent: Ita: ut octoginta milia hominum adesse censerentur. Equitum numerus utriq; par. Bruto Celtarum: & Lusitanorum equitum quattuor milia aderant. Thracum uero: Illiriorum: Parthenoruꝫ: ac Thessalorum duo milia Cassium: hiberorum: & Celtarum equitum duo milia comitabantur: Sagittariorum equitum. Arabum: Medorumq;: ac Parthorum quattuor milia Belli socii una sequebantur: Galatharum tetrarchæ: qui Asiam incolunt: peditatum alium plurimum agentes: equitum circiter quinque milia. Tam ingentes copias Brutus & Cassius ad nigrum sinum recensentes: ad gerendum bellum processerunt: reliquis ad necessitates alias distributis. Lustrauere præterea exercitum solito more: & ad ea quæ polliciti fuerant quibusdam promissa dona tribuere: cum pecuniæ magnitudine confiderent. Disponentes itaque milites huiusmodi muneribus atque donis: præsertim eos: qui sub Caio Cæsare olim militauerant: ne quis ad conspectum aut appellationem noui Cæsaris quicquam moliretur: Insuper eius gratia uisum est exercitum affari. Tribunal ingens appositum fuit: in quod Senatores una cum prætoribus palam conscenderunt. Romanorum copiæ cum cæteris belli sociis infra perstitere: & multitudo utraque ex parte se se intuens lætata est: cum potentior quodammodo sibi ipsi uisa sit Audacia quoque: & spes maxima accreuit omnibus tot in exercitu intuentibus: quæ res militibus erga duces fiduciam adauxit. Pariunt quippe beniuolentiam communes spes: quasi deo aliquo inter multos conspirante. Præcones igitur: ac tubicines silentium indixere omnibus. Quo facto Cassius: nam ætate Brutum anteibat: paulum extra ordinem progressus in hunc mundum locutus est. Hoc certamen o commilitones: quod uobis commune in primis adest: ad fideꝫ pariter inducit: & omnia quæ nos polliciti fuimus ut exequeremur impulit: quæ res maiorem insuper fidem adiicit ut in futurum uobis promissa tribuamus. Spes autem in uirtute uestra militantibus sitæ sunt: & in nobis: quos in hoc solio aspicitis tot talesq; ex Senatorio ordine præstantes uiros. Adest & magnitudo apparatus non ignota uobis frumenti: armorum: pecuniarum: nauium: ad hæc sociorum belli auxilia ex regibus & nationibus: ut necesse sit eos adhortari ad promptitudinem & concordiam: quos apparatus: & communia belli opera coniungunt. Quibus autem ex rebus calumniam inferant hi tres uiri: inimici nobis: diligentissime intellexistis: & ob id promptissime nobiscuꝫ induistis arma. Veruntamen necessarium uidetur in præsenti causam referare: qua potissimum ab ipsis ad bellum prouocamur: optimam nobis: & iustissimam occasionem afferentem. Nos Cæsarem in bellis uobiscum militantes: & prætoria fũgientes dignitate: ad imperium eueximus: & amici illi continue astitimus: ita ut non uideamur ob inimicitiam ullam insidias illi præstruxisse. In his uero quæ ad pacem pertinent: non detestãdus nobis amicis uisus est: quoniam & in his honorem ab illo consecuti fuimus: sed legibus & reipublicæ ornamento ac dignitati: quibus nullus ordo: aut potestas optima: popularisue ulterius inerat. Quæ oĩa a patribus nostris tunc quidem constituta sunt: cum reges expellentes iureiurando confirmarunt: nullos se ulterius reges habituros esse. Quorum sacramẽto inherentes filii: & maledictionem a seipsis abigentes: neutiq; in ciuitate uirum unum sustinuere & si amicus & utilis ipsis esset: qui publicas pecunias: qui exercitum: qui magistratum creationes a populo principatus gentium a Senatu ad transferret: & se legislatorem pro legibus: dominum pro populo: imperatorem Senatus uice in omnibus profiteretur. Ea igitur: quæ fortasse minus diligenter a uobis intellecta sunt: cum uirtutem eius duntaxat in bello cognoueritis: ex uc-

exercit⁹ lustratio

Cassi⁹ maior natu ꝙ Brut⁹.

Cassij ōro ad exercitũ.

ſtri ſola parte a nobis intelligite. Vos enim populus: in gerendis bellis prætoribus ue/
ſtris ut dominis aſſidue paratis eademq; conditionem uiciſſim a nobis in pace exigitis.
Conſulente etenim in primis Senatu: ne errore ullo teneamini: uſo ipſi iudicantes: aut
ſortes proferentes per turmas: tribuſue: conſules: tribunos: prætoreſq; declaratis: & in
his qui creantur ut plurimū iudicium ueſtrum adhibetis: non nullos puniētes: quoſdā
honore dignos deputantes quemadmodū in ſuppliciis aut honoribus digne uobis pre
fuere. Hæc retributione o ciues principatum ueſtrū ad ſummum fœlicitatis gradum
adauxiſtis. Sic enim dignos extollentes: pares gratias ab illis ſuſcepiſtis. Hac præterea
fræti poteſtate Scipionem conſulem olim effeciſtis: cum in Libya uirtutis teſtimoniū
illi redderetis: Et ſimiliter tribunos per ſingulos ut uoluiſtis annos: unumquēq; creaui/
ſtis. Diſſidētibus deinde uobis: ultra quod neceſſe fuit: quæ minime mihi referre opus
eſt: ſed ex quo Cæſar tyrannidē aſſumpſit, non magiſtratū ullum non prætorē: non con/
ſulem: non tribunum ulterius ex decreto declaraſtis. Nemini teſtimonium attuliſtis: nō
enim retributionem quā exhiberetis habuiſtis: & ut a principaliori exordiar nemo uo/
bis gratiam debuit: non magiſtratus: non imperii: nō punitionis aut meriti. quinimmo
quod miſerimum omnium deputo: non ipſis tribunis ueſtris contumelia affectis opem
licuit afferre: ut aliquam uobis perpetuam ſtatueretis dignitatem: ſacramq; & inuiola/
bilem ſeruaretis. Sed alios ſacroſanctū magiſtratum ueſtrum contemnentes: & ueren
dam eius ueſtem in ludibriū auferentes in damnatos & illeſos ex unius mandato abiiſ/
ſe conſpexiſtis quoniam pro uobis excandeſcere uiſi ſunt in eos: qui regem illum appel
lare decreuiſſent. Quā rem ueſtri cauſa pergrauiter Senatus tulit. Ad uos quippe nō
ad Senatū tribunitia poteſtas pertinet cum nihil de eo uiro palam uobis conqueri li/
ceret: neq; in iudicium attrahere ob exercituum eius magnitudinem atq; potentiam.
Qui cū ad ciuitatē prius pertinerent: ſibi ipſi uendicarat. Eā ob rem reliquum tyranni/
dis modū ulciſci cogitans in corpus eius coniurauit: mentēq; illam ab optimis proceſſiſ
ſe teſtatus eſt: opus uero paucorum extitiſſe. Quo facto Senatus idem confeſtim cōmu
nem eius uoluntatē declarauit: & aperte: quidem quoniā præmia tyranicidis exhiben
da decreuit. Continente uero illum Antonio cōturbationis ſimulatione præſtita: & uo
bis neutiq; dignū arbitrātibus ob præmia ciuitati magis: q̄ ob patriæ amorē auxilium
afferre: ab illis abſtinuiſtis ne Cæſari iniuriam inferre uideremini: non āt tyrannidē dele
re uoluiſſe. Obliuionē igitur omniū habendā Senatus cenſuit: & apertius inſuper ne/
cis cauſam a nullo proſequēdam. Nō multo poſt Antonio multitudinem in nos con/
citante: Senatus adminiſtrationem nationū potentiſſimarum ac principatuū nobis tri/
buit: omnique telluri quæ ab Ionio & Syriam pertinet imperare uoluit. Vtrum ne ut
ſceleratos punies: an tyraānicidias ut inſigni purpura faſcibuſq; ac littoribus adornans?
Quo more uiciſſim adoleſcētem Pompeium qui nihil in his cooperatus fuerat: Pom
peii illius magni filiū: qui primus pro republica arma induit: q; paululū circa hiberiam in
tyrānidem latens peregiſſet: nō ſolū ab exilio reuocare ſtuduit: uerum paternorum bonorum
præciū illi ex publicis pecuniis reddēdū cēſuit. Maris p̄terea impatorē ſtatuit: ut & ipſe
magiſtratui alicui p̄ſideret popularis exiſtēs. Quod opus igit̄ clarius: aut quod certius
ſignum a Senatu queritis? Hæc. n. omnia ex eius ſententia facta ſunt: niſi uerbo ſolum
id uobis confiteri quod & dicit & facit: & dicens inſimul inſignia dona largietur: cum di
cere & reddere fas illi fuerit. Nunc āt quēadmodum ciues noſtri ſeſe habeant intelligitis
Nulla in dicta cauſa p̄ſcribuntur: & quæ illis adſunt in publicum ferūtur. Ipſi in domi/
bus: angiportis: templiſq; trucidantur: a militibus ſeruis inimicis longe repulſi: nec per
ſe tuti locis omnibus: legibus etiam fugientes abire permittentibus. In foro præte/

P. R. dignitas in creandis magiſtratibus.

Scipio Minor an Legitimus nunq. Cos.

C. Cæſar inimicis trahitur.

Scx. Pompeio paterna bona reſtituta ac imperū maris decretū.

Inūuorum nefaria facinora.

rea in quo nec hostis quidem caput illatum est unq̃:sed arma duntaxat & nauium̄ ro/
stra conferri solent:nūc consulum:prætorꝫ tribunorꝫ ædiliū & equestris ordinis uirorꝫ
capita absciſa uisuntur & huiusmodi facinora agentibus præmia constituta sunt.Hæc
igitur insurrectio quædam:& quāta prius unq̃ uiolentia erga omnes:captiuitates publi
cæ:diuersa odia:cum mulierꝫ tum filiorꝫ:libertorum:seruorūq̃. Ad tantum.n.cladis &
ad has mutationes conuersa ciuitas.Et his quidē facinorosis hi tres uiri duces adsunt.
Ipsi ante alios fratres patruos mutuo inter se proscribentes.Dicite cum urbs ab agre/
stibus barbaris capta ē:quæ his similia peracta sunt?Nullis capita abscidere Celtæ. Nō
defunctos contumelia persecuti sunt.Non adhuc bellum gerentibus latere aut fugere
prohibuerunt.Neq̃ nos urbē ullam quā manu cepimus hunc in modum pertractaui/
mus:neq̃ aliis ut id facerent persuasimus:qualia nunc non priuata ciuitas:sed aliaꝫ lon
ge illustrior atq̃ prior ab his sustinet:qui rempublicā cōstituere uelle ꝓfitentur.Q uid
Tarquinius su/ simile Tarquinus fecit:quē ob unius mulieris contumeliā ex amore ꝓdeuntem: regem
ꝓb̃ cur regno adhuc urbe eiecerūt.nec ob unicū duntaxat facinus.ulterius regnare romæ uoluerūt:
pulsus. Et hæc agentes o ciues hi tres uiri sceleratos nos appellant:& Cæsaris necem ulcisci uel
le prædicant:ꝓscribuntq̃ q minime affuere cum interemptus est.Ex quibus pleriq̃ ad
sunt ex his quos cernitis ob diuitias:aut nobilitatem:aut popularis status uoluntatem
ab ipsis proscriptos esse: Eo modo quo Pōpeius longe in hiberia tunc existens cū hæc
a nobis confecta sunt:nobiscum reus est:quoniā ipsius pater popularis fuit.Eamq̃ ob
Sꝫ. pompeius a causaꝫ q̃ a Senatu reuocatus & maris imperator creatus est hi tres eum proscripsere ui
Triumuiris ꝓscri ri.An mulieres ad Cæsaris necem conspiratunt:quas ad tributorꝫ onera ꝓscribuntur?
ptus. Q uid populus quē ad centū millium numerꝫ sub penis & indiciis obnoxium censum
afferre imperant:& uectigalibus exemptū ad onera compellunt? Q uæ tamen sic agen
tes:nedum his:qui sub ipsis militant ꝓmissa ad impleuere munera.Nos autē a quibus
nihil impium patratū est:quæ polliciti eramus uobis exhibuimus:& parata alia ad retri
butionem seruamus ampliorem.Sic nobis deus tanq̃ iusta operantibus præstat auxi
lium.Ab eo.n.quæ ad homines pertinent cognoscere debetis ad ciues uestros flecten
tes oculos:quos plerūq̃ uobis præsidētes aspexistis p̃tores:cōsules & ad summū digni
tatis elatos gradū laudatos uiros nūc ad uos ut ad pios & populi fautores fugientes cer
nitis partes uestras extollentes:& omnia uobis prospera exoptātes.Multo quippe iu/
stiora a nobis præmia eos conseruantibus promissa sunt:q̃ ab illis his q occidissent pol
licent.Nunquid aiaduertunt Caiū Cæsarē:q̃ principatum solus sibi uendicaret nostris
manibus interfectū esse?Et eos qui id sibi præstitissent:a nobis nullius precii habēdos
fore?nec in ipsis sed populi in medio rempublicā esse posituros:quemadmodum patriis
ex legibus conscripta est?Cuꝫ nec absimili opinione atq̃ sententia bellum inter utroſq̃
assumptū sit:sed ob potestatē atq̃ tyrānidem ab illis quā in proscriptionibus palam ostē
derunt a nobis minime qui ob patriæ duntaxat libertatem depugnamus ita ut sub legi
bus ut æquū est priuatim degat.Q uemadmodū igitur hi uiri:& ante hos immortales
dii de rebus nostris iudicent uidetis Maxima semper in bellis æqui iustiq̃ spes ꝓponit.
Neq̃ q̃ sub Cæsare militaueritis aliquādo:in animo uobis sit.Non.n.illius quouis mo/
do milites:sed patriæ fuistis:Neq̃ stipendia aut munera uobis præbita Cæsaris propria
fuere:sed reipublicæ.Sicuti neq̃ in præsenti exercitus iste Cassii est habēdus:neq̃ Bru
ti magis q̃ Romanorꝫ ciuium.Nos autem uobiscum cū militones romanorꝫ prætores
sumus.Q uæ si bellū contra nos agentes intelligerent:liceret omnibus nullo periculo
deponere arma:& exercitus omnes urbi condonare:& quæ utilia illi forent præeligere:
quæ ut eligant adhortamur.Sed ex quo admittere recusant non etiam per proscriptio/

nes:& omnia alia quæ faciunt admittent. Eamus itaq; cõmilitones certa ſpe confiſi au/ dacia minime ſeruili ꝑ Senatus libertate:populiq; ro. depugnantes Acclamantibus om nibus. & ſtatim duci deprecãtibus:promptitudine eoꝝ exhilaratus Caſſius iteꝝ ꝑ præ conem ſilentiũ indixit:& ſubinde in hunc modum fari cœpit. Dii omnes iuſtoꝝ duces prælioꝝ ꝑ fide uobis cõmilitones ac prõptitudine gratias cõdignas reddãt. Q uæ uero ad ꝓuidentiã imperatoꝝ humanã pertinẽt:q; plura:ac meliora q̃ hoſtibus noſtris nobis adſint his uerbis diſcite. Legiones armatoꝝ pares numero illis ducimus. Plures ad ne/ ceſſaria multis in locis derelinqmus. Equitatu & claſſe longe ſuperamus:tuq; ſociis bel/ li:regibus:nationibuſq; ad Medos uſq; & Parthos. Ipſi nobis dũtaxat a frõte ĩminent. Nos illi a tergo quo pariter inſtamus. Pompeiũ nobiſcũ cõſpirantẽ in Sicilia habemus Murcũ in Ionio. Adeſt & Norbanus magno exercitu & cõmeatu duabus ſeptus legi/ onibus:quẽ ſagittarii aſſidue claſſeq; ĩfeſtãtes perſequunt. Q uæcũq; alia maris terræq; ab inimicis poſt nos pura relinquẽtes:Pecuniæ nobis ſuppetunt:q̃s nõ nulli belloꝝ ner/ uos ſolẽt appellare. Ipſis uero nullæ adſunt:neq; pollicita ſuis militib9 adimplere potue rũt. Nõ proſcriptoꝝ bona ad opinionẽ eoꝝ ſucceſſere:nemine ex eoꝝ nũero q̃ boni ha bentur:ꝓſcriptoꝝ prædia inuidiæ ſubiecta cõparante: Neq; alunde q̃d capiãt ulterius nouere. Italia ſeditionibus:tributis ꝓſcriptionibuſq; uexata. Nobis uero in tãta reꝝ ſol/ licitudine & præſentia abunde ſuppetunt adeo ut alia confeſtim uobis trahituri ſimus: & multa ſuper his q̃ a nationibus a tergo exiſtentibus collata ꝓuehunt:cõmeatus itine riſq; ſeminaria magnis ſuffectura exercitibus:quoꝝ illis ſumma eſt inopia:niſi ſi q̃ ex ſo la Macedonia mõtana natione:aut ex theſſalia ꝓuincia artiſſima difficillime ſuſcipiũt:q̃ terra magno labore illis cõuectare opus eſt. Si q̃d ex Iybia aut Lucania:aut Apulia afferre cupiũt:oĩbus in locis a Põpeo Murco Domicio intercludunt. Nobis uero p ſingulos dies:minimoq; labore:nõ a mari mõ inſuliſq; oĩbus:ſed mediterraneis quoq; ex locis a thracia uſq; ad fluuiũ Euphratẽ copiæ afferunt & hæ nullo ꝓhibẽte cũ nullus nobis a tergo inſtet hoſtis:ut in nobis ſit & belluꝝ accelerare:& per ocium hoſtes inopia ſimul fameq; conterrere. Tot & tãta uobis adſunt cõmilitões ultra ſollicitudinẽ humanã præ parata. Reliqua autẽ illis a uobis diiſq; ĩmortalibus conuenienter accident. Nos omnia quæ uobis in primis polliciti fuimus exhibentes & fidem ueſtraꝝ muneꝝ multitudine digne compenſantes:maius inſuper certamen quod ex deoꝝ ſentẽtia futurum eſt: am pliore proſequemur gratia:ac nunc quidem his q̃ ad id prõptiſſime acceſſerint. Huius igitur concionis cauſa ſtatim ab ipſo tribunali militi mille quingentas drachmas Italas: Turmæ duci quincuplum: Tribuno amplius ad eundem tribuemus modũ. Hæc effa/ tus & uerbo & opere muneribuſq; eos inſtruens concionẽ dimiſit. Ipſi perſiſtẽtes Caſ/ ſium ac Brutum ſummis extulere laudibus:ac pro illis quæ æqua forẽt facturos ſe ob/ tulerũt. Hi uero munera illis confeſtim perſoluerũt:& alia porro ad occaſiones multas illuſtrioribus impenderũt:& q̃ ſuſcepiſſent continue armatos ꝑ partes emittebant:nec multo poſt ipſi inſecuti ſunt. Binas aquilas aduolãtes in argẽteis uexillis conſediſſe:fa/ ma eſt:ſe inuicẽ roſtris unguibuſq; lacerãtes:uel ut aliis placet ſe mutuo obſeruantes ac manẽtes:quæ publicis alimoniis a prætoribus educatæ ſunt:eaq; die quæ pugnã ante/ ceſſit uolantes abierunt. Per biduum itaq; nigrũ ſinũ trãſeuntes ad Henũ peruenerũt ſupraq; illũ quæcũq; alia uſq; ad Serriũ montẽ maritima omnia ſibi uendicarũt. Serrio pelagus uerſus inclinante:ipſi per mediterranea arripuere iter. Tullium ad hæc Cim/ brum cum nautis:& armatorum legione una ac ſagittariis quibuſdam littus maris ad/ nauigare iubent quod iampridem inhoſpitum fuerat quanquã tellure opima: Thraci/ bus minime e mari utentibus:aut ad maritima deſcendentibus aliorum græcoruꝝ me/

Acroum

acclamationiq; ꝙ/ ercit9 caſsijoro Interrupt

Pecuniq; belloꝝ Nerui.

finis orationis Caſsij

oſtentũ quod phã Salicũ brunj prę liũ ꝑ caſsit.

Cherrius mons. Tullius Cimber. Thraciq; littus Inhoſpitale.

Turpilij Thraciæ populj: quos suis torpidos appellauit.

tu: & heraclidarum eas pelagi horas detinentium. Floruere quippe mercatorum commerciis: & agricultura olim ea loca: oblectantibus se in his thracibus ob montium uarietatem donec Philippus amintæ filius græcos alios & in primis heraclidas in bellum mouit: ita ut his temporibus præter sacellum unicum nihil prætereūtibus intueri datū sit. Hoc itaq; desolatū littus Tullius undequaq; percurrens: ut a Bruto imperatū fuerat regiones accommodas metiebatur: diuidebatq; exercitibus nauibusq; per partes aduē tabat: ut Norbanus angusta illa: ueluti custodiæ inutilia desereret. Quæ res ad uotum contigit. Norbanus quippe nauium dubitatione permotus ad Sapeorum angusta tumultuari cœpit: & Cædicium ex turpiliis magna trepidatione in auxilium uocauit: cui ille subito affuit. Turpilliorum igitur derelictis angustiis: Brutus agmen præcedere imperat. Simulatione deprehensa: Norbanus & Cedicius Sapeorum loca summa ui præmuniunt: adeo ut militibus Bruti neutiq; per ea pateret aditus. Desperato igitur eorum mentibus denuo incidit: ne circuitū quem prius euitassent: a principio cogerent ingredi & obsessa circunquaque peragrare: deficiente tempore ad id commodo Sic igitur se habentes: Rascupolis his uerbis allocutus est. Compendiarium adesse iter iuxta ipsum Sapeorum montē dierum trium: hominibus quidem in præsenti inuium obrupium asperitatem: & inaquosa loca siluis referta undiq;. Cæterum si aquā deferre uelint: & per semitas angustas progredi: q̄ transitum præbeant ex arborum condensitate: ne ab auibus quidem præsentiri posse: quarta die ad Arpessum fluuiū facile uenturos: qui in Hermū defluit: ex quo per diem unam ad Philippos delati: inopine hostes præuenirent: quos debellare ad ultimum liceret: cū nullus illis aliunde pateret reditus. Quibus edocti milites: q̄q̄ itineris difficultate decerriti nihilominus spe adhibita tam ingententem exercitum deprehendi posse partem ex suis cum Lucio Bibulo præmittunt quæ cū Rascupoli iter caperent. Hi igitur summo labore cū eodē tamen sollicitudine & impetu usi, peruenit fratri potissimū q̄ ex his quos præmiserant non nulli rediissent flumen se a prospectu uidisse referentes. Quarta die itineris asperitate defessi: ac siti laborātes deficiēte aqua: quā triū dierum itinerationē accelerantes deferebant: q̄ ea loca inaquosa dicerentur trepidare & ne per insidias circūducerentur expauescere cœperūt: non q̄ his q̄ redierant: fluuiū uidisse dicentibus minus crederēt: per diuersa itinera se duci existimātes exandescere: & exclamare: & Rascupolim ad eos accurrētem & adhortantē intuentes criminari: & repellere a se nitebant. Bibulo suppliciter orante ut residuū itineris æquanimiter perferre uellent. fluuius circa uesperam a primis conspectus est: & statim acclamatio maxima: ut æquum erat cum lætitia auditur: quæ ab his qui sequebātur excepta ad postremos peruenit. Brutus igitur & Cassius intellecta re per prærupta quæq; reliquos agentes deferuntur. Ea uociferatio minime hostes latuit: adeo ut eos præuenire nequiuerint. Nam Rascupolis frater Rascus ex clamore quod erat suspicatus: hostium adesse aduentū ingenti aduiratione correptus est tam immensum exercitum per inaquosa iter tenere potuisse: quæ ne feris siluarum opacitate peruia existimaret: ac subito Norbanum cæterosq; certiores facit. Illi ex Sapeorum locis nocte fugientes Amphipolim uenere. Sic Thraces ambo fratres præsidia exercitibus suis præstitere: unus per ignota deducens loca: alter ne id etiam ignorans actum. Milites interim Bruti admirabili audacia in Philippos descendere. Eo loci Tullius uicissim delatus est. & uniuersus consedit exercitus. Philippi ciuitas est q̄ Datos olim dicebatur, Crenida ante Dati nomen appellata. Fōtes quippe plurimi circa collē: uberibus scaturiūt aquis. Eum locū Philippus ut accōmodū metatus super Thraces uallo sepsit: & a se Philippos nuncupauit. Cōdita est. n. ciuitas prærupto quodā colle cuius magnitudo collis latitudinē complexa est. habetq; a septētrio-

Philippi amintæ filij orgas i bellū mouit.

Rascupolis consiliū.

Arpessus flu.
Hermus flu.

L. Bibulus Bruti Legat?

L. Bibulus.

Rascus.

Amphipolis vrbs.

Philippi ciuitas et eius situs.

Crenis, Datos } vrbs.

ne saltus & nemora ad quæ Rascupolis Bruti exercitum considere monuit. A meridie paluſa adiacet & mare ultra illam. Ab oriente Sapeorꝝ & Torpilorꝝ uisunt angusta. Ex occidẽte cãpus amplissimus ad Murcinũ usq; & Drabiscũ & Strymonis fluuiũ p tercẽta & quinquaginta stadia protenditᵉ, gramine uberimus & Amœnus: in quo puellaꝫ p uim cõpressam florẽ induisse fama ẽ: & fluuius subinde Zygacus. In eo die licet existẽtis iugum currũq; confractũ esse memorant: & ob id fluuio nomẽ inditum. Est autem campus ad imum pcliuis: ita ut aptissimus sit his q a superiori a Philippis aduersus eos qui ab Amphipoli pgrediuntur. Philipporꝝ pterea collis nõ longe alius: quem Dionysium nominant: in quo aurea tẽpla eo noie consecrata sunt. A Philippis p decez stadia pgresso: alii bini colles sese offerunt: ab illis p octo supra decez stadia distantes. Ipsi ab inuicem p octo segregati stadia. Horꝝ in altero qui ad meridiem uergit. Cassius castrametatus est: Brutus altera ex parte in colle qui ad Arcton pertinet consedit: & Norbanum ulterius cedentẽ minime insecuti sunt. Iam enim Antonius aduentare dicebat: Cæsare ob ualitudinem in Epidãno cõmorante. Erat itaq; cãpus ad præliandũ peraccõmodus colles ad metanda castra opportuni. His uero incircuitu una ex parte paludes stagnaq; iacebãt usq; ad Strymonis fluuiũ. ex alia angusta loca & ipermeabilia. Inter utroscq colles octo stadiorꝝ planicies inerat peruia & in Asiã & Europã quàsi p portas quasdam itinera emittebat. Hanc illi a uallo ad uallũ muniere muro portas quasdã in medio linquẽtes: ita ut bini exercitus: unius duntaxat imaginẽ præferrent: Decurrebat & iuxta fluuius: quem Gangã non nulli: quidam Gangitim uocãt. & mare a tergo aderat: a quo apparatus omnes ingressus & egressus uidebantur habituri Thasum quippe ut horreuꝫ belli p centũ stadia distantem constituerãt. Ingressum autẽ triremibus Neapolim quæ p octoginta stadia aberat. Loco itaq; confisi exercitus munierãt. Interea Antonius summa celeritate exercitum agebat ratus: Amphipolim ad belli commoditatẽ protinus inuadere. Vrbem deinde a Norbano munitam intelligens exhilaratus est: omnemq; apparatum cum una legione: quã Pinarius ducebat in ea dereliquit. Ipse audacter admodum progressus in campo constitit ac p octo stadia ab hostibus castris castra posuit. Tunc uero exercituum exilitatem: ac copiam inspicere palam licuit. Bruti enim & Cassii milites rosido in loco: Antonii imo in campo metabantur. Illi ex montibus prodibant: Antonii ex paludibus: Illi ex fluuio aquationem assumebant: Antonii ex puteis: quos repente effoderant. Commeatum præterea paucorum stadiorũ spacio ex Thaso illi afferebant. Antoniani per quinquaginta supra tercenta stadia ab Amphipoli adducebant. Creditum est etiã Antoniuꝫ necessitate compulsum id egisse. Cunq; nullũ irriguum locum obtineret: residuum uero campi: utpote decliue: plerunq; stagnante fluuio latioribus inundaret aquis fontes laticum dulces: & perennes effossis puteis inueniisse. Huiusmodi igitur audacia: quæ ex inopia processerat cum sic illis proximus ex itinere: magno animo frætus accessisset: hostes uehementissime conterruit. Castella itaque plurima: & ea summa celeritate: fossis: muris: uallisque munibant. Vallabant & hostes quæ residua camporum superfuerant. Cassius Antonii impetum furenti ad similem intuens quicquid supererat campi: & ab exercitu in paludem ob angustiam loci haud multifecerat uicissim præmuniuit: ita ut nihil omni ex parte munimine careret: nisi quæ a Brutilatere' prærupta inerant. Cassii ex parte palus: & mare paludem ultra continebat. Cæterum quicquid spacio medio interfuit: id omne fossis: uallis: muris: portisq; firmauere. Sic ambo exercitus castris se inuicem tutati sunt. Interea equituꝫ: uelitumq; leuibus quibusdam inter se præliis uires experiebantur. At cum omnia quæ animo conceperant perfecta uiderentur: Cæsarq; applicuisset: nundum tamen in bel-

lum firmus: lectica enim in exercitum delatus uenerat: subito qui ex parte eius steterãt explicauere aciem. Econtra Bruti milites editiori in loco se pugnæ præpararunt: nec propterea ad ima descendere minime prælium inire decernentes sola commeatuuꝫ inopia hostes expugnare rati. Erat peditum numerus utrisq; nouem supra decẽ legionuꝫ. Verum qui à Bruti parte steterant aliquando inferiores numero fuere: Qui a Cæsaris parte superiores. Et qui tum Thracum Cæsari & Antonio tria supra decẽ millia. Bruto & Cassio uiginti millia aderant: ita ut uiroꝝ multitudine: imperatoꝝ audacia ac uirtute: armorũ insuper apparatu splendidissimum utraq; ex parte spectaculum ederent. Per plures igitur dies cum prælium inire distulissent: nihil insigne peractum est ob eos qui circa Brutum erat dum hostes commeatibus prohibere meditantur. Ipsi Asiaꝫ propinquam admodum: & necessaria exhibentem continerent: uniuersa e mari quibus indigerent suscepturi: Hostibus econtra nihil uel domesticum supereſſet. Non enim ab Aegypto per negociatores quippiam assumere licebat ob sterilitatem: famemq; regionis: neq; ex hiberia aut libya ob Pompeium: neq; ex Italia ob Murcum & Domicium: neq; Macedonia & Thessalia in longum illis suffecturæ uidebantur: quæ solæ ea tempestate commeatum exercitibus eoꝝ suppeditabant. Quæ omnia intelligẽtes Bruti milites: tempus in longuꝫ differre satagebant. Antonius hæc ipsa ueritus per uim eos ad prælium prouocare instituit: & paludem: si qua posset peruiam clanculum efficere ut a tergo hostibus adhuc insciis profectus commeatum qui a Thaso ferebatur intercipe-ret. Subito itaq; suis ad prœlium instructis utraq; ex parte uniuersis elatis signis ut oẽs in aciem eduxisse uideretur partem eoꝝ die noctuq; semitam quandam peranguſtam in palude iubet substernere arundines sensim incidentes & tellurem lapidesq; utrinq; inicientes ne agger solueretur. Profunda uero utroq; ex latere lignis in cruceꝫ actis cõfirmauit: iunxitq; pontibus miro silentio ne quis præsentiſceret. Aspectũ quippe operis arundinum opacitas circa semiram celabat hostibus Decem dierum spacio perfectis omnibus insidias recto tramite p noctem propere emittit: & quæ destituta erant spacia in medio apprehendit: ac castella plura communiuit: Cassius operis machinationeꝫ & fraudem admiratus: & quæ ab Antonio castella erecta fuerant excludere festinans paludem omnem quæ supererat muro ualluit: a castris usq; ad mare omnia substernens: ac pontes instruens & ualluꝫ constractis in locis & ualidis imponens: & quæ ab Antonio facta erat semitam eripiens: ne in ea existẽtes excurrere ullo in loco possent: aut ipse suis auxilium afferre. His circa meridiem ab Anronio perceptis: nulla interposita mora: cuꝫ ira: & impetu exercitum quem ex aduersa parte instructum tenuit propere conuertẽs ad Cassii munimenta: quæ paludis & exercitus in medio erecta fuerant educit ferramẽta: scalasq; in unũ afferens: quasi effracto uallo in castra eius irrupturus. Concursu itaq; facto cum audacia e latere ex aduersoq; campi in medio inter utriusq; exercitum: Bruti milites ad contumeliam id referentes tam audacter discurrentibus eos hostibus in armis existentes præfecti cuiusdam mandato exciti feruntur: & quoscunq; extransuerso insurgentes impetu cædunt Inchoato iam belli opere: & exercitu Cæsaris a fronte ipsis constituto: in eum decurrunt: ac conuersum fugientemq; insequi nituntur: donec per ipsum erupere omnes qui Cæsari cum Antonio communis fuit absente tamẽ Cæsare ob insomnium & diem illum obseruante diligentius ab eodem in commentariis suis perscriptum est. Antonius pugnam iam effusam intuens: lætitia correptus est: quasi necessitate duceretur: nam commeatus uerebatur inopiam. Conuertere igitur milites in campo ne phalangem dissoluendo cõturbaret. Vt igitur insigne quippiam acturus magno impetu aciem mouit: & cursu pariter ascensum capit. Repulsus deinde nõ sine iu-

gi labore perstitit:donec per uim Cassianæ phalangi sese in miscuit:ordinem sibi appositum conseruanti adhuc:& quod actum fuerat:ueluti irrationabile quoddam admiranti. Q ua repulsa ingenti animo ad ualli murum se proripuit:qui cãpi in medio paludisq; constiterat:uallu3 summa ui dilacerans:& fossam tellure obruens. ædificium quoq; suffodiens mira celeritate:& qui pro portus steterant:fœda strage undiq; prosternens: & quæcunq; a muro proiiciebantur opperiens intrepidus:donec per portas tãdem ingressus est. Alii per ualli scissuras introierunt:qui descendentibus insurrexere Cassianis. Et hæc tanta celeritate effecta sunt:ut his qui ad paludem persistebant.operis causa in auxilium accelerantibus:ipsi occurrent:iam murum ualli detinentes. Auertentes itaq; illos uehementi impetu:& ad paludem usq; propellentes:ad Cassii castra demum redierunt quicunq; soli cum Antonio intra murum progressi fuerant: reliqua alia multitudine utraq; ex parte ab extra depugnante. Castra interim quasi destituta pauci tuebantur. Q ua ex causa Antonius facillime illis potitus est. Et iam Cassiani milites exteriori quoque ex parte uicti cesserant:cum castra ab hostibus intercepta conspicati in fugam nullo ordine palantes abeunt: Sic ut ab utriq; prælium cõfectum uideretur. Brutus quippe sinistram hostium aciem: occupatis eorum castris loco mouerat. Antonius alia ex parte deuicto Cassio:admirabili audacia hostium castra predabatur:Eratq; cædes utrinque uaria. Ob amplitudinem uero campi:& pulueris in immensum elati nebulam: uix se inuicem intueri poterant donec se mutuo interrogantes reliquos ad signa reuocabant. At illi gerulonibus potius q̃ militibus ad similes redibant. Neq; tunc quidem una lætari:aut se mutuo intueri licebat:cum alii quæcunq; attulissent:ab aliis temere aggressi proiicerent: quæ res magnam turbationem utriq; attulit. Eo in prælio ad octo millia Cassianorum lixis & seruis additis cecidisse existimantur. Ex Cæsaris parte bis totidem interiisse. Cassius castris exutus:eum nec ulterius ad exercitum redire posset: Philipporum collem propere ascendit:eminus quæ gesta erant inspecturus. Cæterum ob puluerem undiq; elatum:minus diligenter uniuersa prospectabat Castra duntaxat ab hostibus capta esse discernebat. Pindarum itaq; scutiferum eius ensem exerere:& necez accelerare imperat:Cunctante Pindaro:superueniens quidam:Brutum altera ex parte uictoria potitum hostium castra deprædari nunciat:quo audito Cassius:hoc solum respondit. Vicisse nos illi uictoriam dicito omnem. Deinde ad Pindarum conuersus quid cunctaris inquit:cur mea turpidine ista non eximis:Pindarus igitur herum suum iugulum ultro prebentem neci tradidit. Sic plericq; Cassium interiisse autumant. Alii referunt accedentibus ad eum ut uictoriam annunciarent: Bruti militibus:hostes suspicatum: Titinium qui ueritatem scrutaretur premisisse:quem ut Cassii beniuolum circũ sidentibus cum lætitia militibus:& ob id magna uoce conclamantibus:inter hostium manus incidisse existimantem:hæc dixisse. Sustinuimus raptum ab hostibus intueri amicum:& ad tabernaculum quoddam cum Pindaro secessisse:nec ulterius Pindarum ab ullo fuisse conspectum. Q uamobrem nõ nulli credidere neutiq; iubente illo:a Pindaro interfectum esse. In hunc modu3 Cassium decessisse memorant:eomet die qui natalis illi fuerat:in quo prælium incidit. Titinius ob eius tarditatem: Cassium se interemisse autumãs:se quoq; pariter occidit. Brut⁹ cognita Cassii nece multis lachrymis ut optimum romanorum lamẽtatus est:quasi neminem illi parem ob uirtutem ulterius futurum:agendi promptitudine:ac celeritate:& simul beatu3 testatus ẽ:a curis: cogitationibusq; liberatum quæ ipsum ad tam ingẽtis operis finem excitarent. Deinde amicis corpus exhibens clam ab oĩbus sepeliri iussit:ne intuentes ad fletum concitaret. Ipse cibi: somniq; expers uniuersam noctez in cõfirmãdis Cassii copiis absumpsit. Orta luce ho-

Victus Antonij vincit Cassius

Cassij castris Antonius potitur.

Cassiorum clades

Pindar⁹ Cassij seruus.

Cassij Interitus opinione.

Fati vis.

Titinij mors.

Cassij Laus.

ſtibus ſe ad bellum præparantibus: ne numero debilitati uiderentur eſſe: Brutus eorũ percepto aſtu: Induamus & nos arma inq̃t: ut pari ſimulatiõe non inferiores illis eſſe uideamur: Eductis in aciem militibus: hoſtes retroceſſere. Quibus illudens Brutus: Hi inquit ut defeſſos nos: prouocantes: minime experiri auſi ſunt: Eamet die qua in Philippis inter utroſq; certatum fuerat: ingens clades in Ionio pariter accepta ẽ. Domicius Caluinus onerariis nauibus duas Cæſari legiones: quæ Martiæ ob audaciam eaꝝ cognominabantur afferebat. Prætoriam inſuper cohortem: duum millium uirorum equitũ turmas quattuor: aliamq; multitudinem collectam ad bellum: quam triremes eoꝝ paucæ ſequebantur. His centum & triginta nauibus longis occurrentes Murcus & domicius eas ſtrenue agrediuntur. Ex onerariis itaq; nauibus paucæ ſublato uelo fugam primæ arripiunt. Reliquæ inclinante cõfeſtim uento: in tranquillo maris deſtitutæ capiũt: fœlicitate quadam deorum ĩmortalium traditæ hoſtibus. Vnamquanq; etenim earum inuadentes ĩmergere tentabant: neq; triremes illas ſubſequentes: & ob paruitatem undiq; concluſæ aliquid opis afferre poterant Erat igitur periclitantium hinc inde uarium & ingens prælium: cum naues celeri ſtudio rudentibus in unum cõferre properarẽt. teliſq; ad inuicem inſtruerent: ne hoſtes arripere eas poſſent. Quam cõnexionem Murcus incidere feſtinãs: ſagittas igne accẽſas rudẽtibus iniecit. a quibus celerrime cõnexioꝝ diſſoluta ẽ: naueſq; fuga elapſæ ignem mutuo euitare conabanť. Illi cõfeſtim ad triremes cõuertũtur: ad inſequendũ: aggrediẽdumue parati. Quib⁹ indignati milites & p̃ſertim martiales q; ui ſuperiores ob ĩpotentiam agendi: tam fœde necarenť: quidam ſe iniecere fluctibus: alii triremes hoſtium ingreſſi: necem intulere aliis: aut ab illis paſſi ſunt Naues ſemiuſtæ p longum euaſere: uiros deferẽtes: quoſdam ab igne: alios fame: ſitiq; cõſumptos. Quidam uela aut aſſeres tenẽtes: ad petras: deſertaq; littora traduntť. Fuere ex iis: q; miruꝝ in modum ſeruati euaderent. alii ad quinq; ſuperlati dies: fame enecti: picem: aut uela: funeſue fugẽtes duxere uitam: donec a fluctibus ad terram pellerentť. Fuere multi qui ſe hoſtibus ultro traderet: clade macerati. Tradidere & ſeptem ſupra decem hoſtibus triremes: quarum uiros Murcus ad ſe tranſtulit. Prætor eorum Caluin⁹ naui ꝓpria ꝓuectus: quinto die Brũduſium acceſſit: cum extinct⁹ crederetť. Sic una die: eadem & in Philippis & in Ionio clades ſimul incidit: ſiue nauale p̃lium uelimus appellare. Is enim cõcurſus operum: poſterius cognitus: timorem ingentem attulit. Brutus in concionem uocato exercitu: in hunc modum locutus dicit: Nullum ẽ præter heſternuꝝ prælium o cõmilitones in quo nõ potiores hoſtibus ueſtris extiteritis. Pugnã qppe prõptiſſime incepiſtis: etiam nullo ſigno dato: & quartaꝝ legionem: cuius apud hoſtes celebre nomen eſt: in qua eoꝝ cornu maxime confiderat: & q; cum illo in ordine cõſtiterãt: ad caſtra uſq; diſipaſtis Quinimo caſtra ipſa q̃primum inuaſiſtis: diripuiſtiſq;: ſic utlõge iniectam nobis cladem: q̃ in ſiniſtro cornu accepta ẽ uiceritis: & cuꝝ p̃lium uno impetu perficere poſſetis: prædam maluiſtis inuadere: q̃ hoſtes neci deuictos tradere. Plurimi quidem e uobis illos præter euntes ad eoꝝ res uertere curſum. Et in hoc duo illi diri puere ſimul: quæ noſtri uidelicet exercitus fuere: & alterius. Nam eorum oĩa in poteſtate habuimus: Ita ut calamitatis huius acceptio: in duplo nobis cõſtet. Quantum uero & acie illis præſtiterimus: quantũue in ceteris ſuperiores ſimus: facite a captiuis cognoſcere poteritis: de frumẽti inopia: & contentiones ob id ipſum: ac uexatiõe ingenti: modicaq; ipſius ſuſcipiendi ſpe: iã palam facta. Nõ. n. ex Sicilia aut Sardinia aut Libya aut Hiberia frumẽtum illis licet cõuectare ob Põpeium: Murcumq;: & Eneobarbuꝝ ducẽtes & ſexaginta nauibus intercludẽtes illis maria. Iaꝝ Macedoniam omnem exhauſere: & ex ſola Thracia modicum quid accipiunt: & quantuꝝ illis pene ſufficit. Cũ eos ad pu-

gnam accelerantes conſpexeritis:tunc a fame ſtimulatos:mortez in manibus deferre cogitetis. Nos econtra ut fames pro nobis in eos militet:omnino ſtudeamus:ut infirmioribus:& fame enectis cum opus fuerit occurere poſſimus:Neq; promptitudine præter tempus efferamur:neq; tarditatem quiſpiam experientiam putet eſſe: aut celeritatem: ad mare quia tergo eſt deflectẽs oculos:quod nobis tam ingẽtes ſubminiſtrat copias: cõmeatus affert:p̃lii huius uictoriam ſine piculo exibet:Quam expectetis:neq; diffidatis:ſi inſurrexerint atq; prouocarint:deteriores nobis facti:quemadmodum heſternuz prælium clare edocuit:Sed alium timorem meditãtes:prõptitudinem quam uos continere aueo:effundatis omnem:cum ipſe iuſſero. Victoriæ præmia integra:cum pfectis rebus nr̃is:de uobis dii iudicium dederint:uobis tribuã. Nunc heſternæ uirtutis gratia mille drachmas unicuiq; militi:ducibus ueſtris æque præmia debita perſoluam. Sic Brutus locutus eſt. Nec multo poſt munera legionibus ſingulis impendit. Sũt qui putent Lacedæmonem & Theſſalonicam urbes inclytas a Bruto in prædam militibꝰ promiſſas eſſe. Cæterum Cæſar & Antonius Brutum tunc pugnam detrectantem intuentes:exercitum in unum cõgregarunt:quem Antonius his uerbis allocutus ẽ Heſternũ opus o milites:ſatis animaduerti ab hoſtibus uerbo quidem fuiſſe diuiſum:quaſi quoſdam e nobis inſecuturi eſſent exercitumq; direpturi:re autem uniuerſum noſtrum eſſe oſtenderent. Polliceor uobis neq; craſtina eos die:neq; inſequentem prælium ſponte eſſe inituros. Certiſſima heſternæ cladis eorum fides eſt atq; trepidationis:quando quidem ueluti in gymnicis contentionibus inferiores loco cedunt. Nõ in tantum eoꝝ caſtra protenderunt:ut Thracum ſolitudinem ædificantes inhabitare cupiant:ſed ea inſurgentibus nobis ob timorez cinxere muro: intra tabernacula deſides ob heſternæ cladis metum cõmorantes:& q̃ antiquior eorum imperator:atq; expertior deſperatis rebus ſeipſum interemit. Maximum præterea calamitatis eorum iudicium eſt:q̃ prouocantibus nobis:neq; pugnam prodeunt:neq; a montibus in aciem deſcendunt:manuũ loco in præruptis fiduciam ſuam apponentes. Quamobrem fidenti aĩo eſtote o milites:& quemadmodum heſterna die a uobis factum eſt:ſic illos denuo licet inuitos in pugnam cogite: Turpe exiſtimantes dubitantibus cedere:aut a formidantibus cohibere manum:& cum uiri ſitis eoꝝ mœnibus eſſe infirmiores. Nõ enim huc acceſſimus tanq̃ in campis acturi uitam. Nec etiam cõmorantibus qcq̃ nobis abunde erit. Verum a prudentibus celeriter bella conficienda ſunt:ut diutius in pace uiuatur. Tempus igitur:& opera noſtra meditemur. Heſternum opus ſine querela omittamus: Solum uirtutem ueſtram cũ ab imperatoribus ueſtris exigetur:palam edite. Neq; heſternæ direptiõis aut præde memineritis:aut pro re minima mœſticiam capiatis animo. Non p̃ his quæ poſſidemus diuites eſſe poſſumus:uerum ſi prouincias imperio ſubiiciamus noſtro. Non ideo eoruz cauſa quæ erepta ſunt conturbari uos neceſſe eſt:quæ apud hoſtes noſtros integra adhuc & ſalua permanent. cum etiam quæ ſua ſunt:nobis quoq; uictoribus ultra hæc ſint præbituri:potiſſimum ſi ea acceleremus inuadere. & ad prælium una properemus. Quæ abunde adhuc fuerant heſterna die illis eripuimus:& fortaſſe utiliora rebus noſtris. Nam quæcunq; ex Aſia per uim abſtulere:rapuereq; in unum congreſſerunt. Vos tanq̃ a patria profecti:quæ cariora fuerant domi reliquiſtis:quæ neceſſaria ſolum erant afferentes. Si quid precioſum illis inerat:ueſtrorum potiꝰ imperatorum fuiſſe exiſtimandum eſt:quæ omnia pro ueſtra uictoria uobis tradere parati ſumus. Et ulterius huius dãni cauſa:uictoriæ p̃mia uirtuti ueſtræ impẽdere:unicuiq; militi drachmas quinq; mille:duci turmæ quincuplum. Tribuno in duplo amplius:Hæc effatus poſtridie copias iterum in bellum mouit. Non deſcendentibus Bruti militibus:animo graua-

Brutꝰ ſalubre cõſiliũ ho ſte fame domare

Lacedæmon theſalonica } ciuit.

Antonij oꝝ militaris ĩ macedonia

Caſſius Bruto exercitatior.

finis oꝝnis Ant.

tus:educere perseuerauit.Brutus interea aciem paratam tenuit: ne per uim cogeretur decertare. Itinera per quæ necessaria afferebantur communuit. Erat collis non longe a Cassii exercitu:quem hostes haud facile superare poterant ob propinquitatem eorum qui sagittas emittebant:a Cassio olim diligenter custoditus:ne quis eum locum inopine inuaderet. Hunc a Bruto destitutum Cæsaris milites nocte profecti:quattuor legionibus propere inscendunt:crates;culcitrasq; q̃ plures in obiectum his qui sagittis utebantur afferentes. Quo munito:alias decem legiones per quinq; stadia distantes:uersus mare statuere.Poro ultra quattuor illas primas:duas addidere:ueluti omnia usq; ad mare in potestate eorum suscepturi:& ulterius mare ipsum per paludes uel alium modum adituri:quo cõmeatus hostibus adimerent. Aduersus hæc Brutus contraria opera cõmentus est.Nam alia castra eorum castris oppositit:ad quæ Cæsaris milites aduersa & ipsi opera machinati sunt. Iam fames haud occulte prævalere cœperat. cuius magnitudo timorq; per singulos augebatur dies:Non enim ex Thessalia quæ exercitibus abunde essent ferebantur:neq; a mari spes ulla aderat: hostilibus nauibus circũquaq; maria omnia obtinentibus. Nunciata insup clades:nuper in Ionio habita apud utroscq; adhuc magis auxerat timorem:aduentante hyeme:cuz in locis maxime palustribus castra haberent. Quibus ex rebus per moti hostes:armatorum legionem i Achaiam miscere:quæ opportuna præpararet::summaq; celeritate illis mitteret. Ergo ulterius tam ingenti discrimine incũbente:cum neq; famem tollerare neq; aliis machinationibus se amplius tueri:aut in residuo campi iuxta hostilem murum castra munire possent:magno clamore prodeuntes Brutum:salibus;conuiciisq; incessebant:& utrũ obsessi in morem:an insania potius ducente:pugnam detractaret:ignorare dictitabãt. Quæ omnia cum a principio a Bruto essent cognita:tũc amplius certior effectus:perurgentis eos famis:& victoriæ in Ionio adeptæ:& desperationis ex inopia eorum prodeuntis:obsidionem & quæcunq; alia se perpeti malle aiebat:q̃ ad manus cum his accedere: quasi fame torqueretur:seq; desperatis rebus suis morti obiicerẽt: nec ullam nisi in manibus spem apponerent. Cæterum Bruti milites ob insciciam:haud paria imperatori suo sentiebãt. Egre itaq; ferentes intra uallum:mulierum in morem nullo opere trepidãtes contineri: palam querebantur.Excandescebant & eorum ducces:qui q̃q̃ Bruti cõsilium extollerẽt: hostes tamen ab exercitu prõpto paratoq; facillime deleri posse existimabãt. His causaz præbebat Bruti facilitas eiusq; clæmẽtia erga omnes:quæ nullæ in Cassio aderant:austero a natura:& ad oía ambitione maxime æstuanti. Quamobrem illi ex mandato parebãt milites:nequaq̃ illius officiis se imiscentes:neq; causas inquiere audentes:aut quicq̃ consulentes:q; ipse statuisset:Quorum nihil Brutus faciebat:sed una milites ad cõsilia acersire ob humanitatem æquum putabat esse. Tãdem exercitu p cohortes ac deinde p concursus aptius conquerente atq; dicẽte: Quid tandem imperator noster meditatur: In quo nuper uictoriam adepti deliquimus:hostes persequẽtes:aut aduersos nobis occidentes:aut exercitum eorum diripientes:Brutus sponte audire negligebat:neq; in cõcionem deducere curabat:ne indecentius a multitudine:ad ea quæ irrationabilia erãt cogi uideretur:potissimum a mercenariis militibus:qbus leuium seruorum in morem a natura insitum est:ad alios cõtinue dominos:salutis suæ spez apponere:aut ad:æmulos & repugnantes libẽtius:se conferre. Instãtibus deinde ptinatius ducibus:& exercituz primoribus:suadẽtibusq; ut militum prõptitudine uti uellet: fortassis eos splendidum quippiam acturos esse:si quid sinistri inter pugnãdum accidisset: denuo eos ad mœnia retrouerti posse:& castra in opposituz obiicere hostibus:Indignatꝰ Brutus maxime erga duces:q; minus caute exercitui consulerent:ipso uictoriam sine discrimine & pericu

Antonij milites mopia frugũ pmũt in macedonia.

Achaia.

Cassij seueritas.

Brutj facilitas.

Brutj milites ꝑ ꝓferebãt impatoris cũctatiõẽ.

Mercenarij militẽs cuiusmodi.

Brutꝰ ingratus in actẽ desẽdi ab exercitu coactꝰ.

ſo ullo pollicente eorum temeritati proprioq; diſcrimini aſſenſus ē: hoc ſolum inquiens. Pompeii magni in morez ad bellum cogimur: militum imperio magis q̄ ductu noſtro pugnaturi. Quod Brutum in primis dixiſſe crediderim: ut id q̄ uehemētius timebat: diligentius occuleret: ne exercitus ſub Cæſare aſſuetus: & impatiens ad illum pertranſi ret. Quemadmodum ipſe: & Caſſius a principio ueriti: omnem indignationis cauſaz: quæ cum eo oriri poſſet euitarant. His igitur ex cauſis inductus Brutus: quanq̄ inuitꝰ milites tamen in aciem eduxit: diſpoſuitq; ante ualli mœnia: & ne longe a tumulo ſecede rent eos: monuit: ut facile cum opus eſſet redeundi haberent aditum: & in hoſtes com modius inſurgerent. Erat utraq; ex parte apparatꝰ ingens: & cupiditas maxima ineun di prælii. Illis quidem ob inediæ timorem. His uero ob iuſti reuerentiam: cuz imperato rem educentem per uim coegiſſent: ne deteriores eorum pollicitationibus uiderētur eſ ſe: neue infirmioribus debiliores: temeritatiſq; pœnis potius obnoxii. q̄ ueri iudicii lau de digni cenſerentur: Quæ omnia cōmemorans illis Brutus inſigni prouectus equo: ſingulas percurrebat acies ſeuero intuens uultu: & ut tempus poſtulabat breuibus his alloquebatur uerbis Vos pugnam elegiſtis o milites: uos aliter cenſentem: & uictoriam in manibus habentem: ad bellum compuliſtis. Non igitur ſpes ueſtra me: aut uoſipſos defraudetis. Collem propugnatorem a fronte retinetis. Quæcunq; a tergo īminent: ueſtra ſunt Hoſtes noſtri dubio in loco reſident: ueſtri in medio: famiſq; deſtituti. Hæc referens hinc inde uertebat curſum: uir ætatis ſuæ præſtātiſſimus: quez oēs ordines ut bene ſperaret hortabant̄. Ac ſummis laudibꝰ: magno clamore p̄mittebāt. Interea par te ex altera Cæſar & Antonius proprias diſcurrētes acies: dextras ad aſtātes ptendebāt: & aſperius adhuc ſuos incitabāt: famem non ulterius celantes cuius recordatio audaciā in tempore eſſet allatura. Inuenimus o milites aiebant hoſtes noſtros quos extra muz munimentaq; inuenire cōcupiuimus. Nullus itaq; inſurgēs turpiter cedat: aut alterius cōminatione ſit inferior. Neq; famem mortem q̄dem difficilem & inexcogitatam refer tamq; doloribus potius q̄ hoſtium corpora & caſtra appetat: q̄ temeritate: ferro & deſ peratiōe exhibuere nobis. Præſentia celeritate ī primis indigent: ita ut nihil inſequentē diem differendum: uerum hodie de tota belli mole decernendum ſit: ad uictoriam uſq; aut inſignem mortem uictoribus una die uno opere cōmeatus pecunias naues exerci tus: & uictoriæ ipſius præmia licet adipiſci. Hæc tantum nobis cordi ſint: ut primum in illos impetu feremur: feſtinationis & celeritatis eorum recordemur & eos præcipites a caſtrorum portis excludentes a præruptis locis ad camporum ima cōpellamus ne præ lia denuo exſuſcitent neue per inertiam in nos quicq̄ ulterius moliri queant qui ob debi litatem nullam in pugnando ſpem ſed ab armis abſtinendo poſuerunt. Sic Cæſar & Antonius ſuos ad bellum adhortati ſunt ac propere omnibus uerecundia affuit ne indigni imperatoribus ſuis uiderentur & ut famem in immenſum iam adauctam ob cladem mari acceptam: euitarent: animo prius eligentes: ſpe optima in prælio ſi opus eſſet mortem pati: quam ab inexcogitata famis nece turpiter abſumi. Sic ſe habentibꝰ omnibus: & ad proximum ſibi quoq; uertente oculos: animus adhuc augebatur ma gis: audaciaq; indeſinenti replebantur: nihil tunc quidem æſtimantes q̄ inuicem ciues eſſent: neq; id memoria omnino retinentes: cæterū ut hoſtes genere: ac natura mutuo ſe truci intuebant̄ uultu. In tantum repentinus eorum furor: ſolitaz quoq; nat uræ uim extinxerat. Hoc ſolum utriq; mēte uolutabāt diem illam: hoc prælio: uniuerſa romano rum facta iudicio ſuppoſituraz eſſe lam die in apparatu circa nonā ferme cōſumpto ho ram: aqlæ duæ cāpi in medio aduolātes: mutuis inter ſe occurrere odiis: Qua ex re ſilē tium uniuerſos tenuit. Fugētē deinde p̄pete qui a Bruti parte ſteterat: clamor in īmen-

Init⁹ pugna

sum tollitur: uexillaq; ab utraq; parte erecta sunt: Impet⁹ porro ingens: & admirabilis: sagittarum: lapidum: telorumq; cum strepitu auditur. Nihil enim illis: lege opus erat: q nulla alia fere arte: q̃ in gerendis præliis usi essent. Itaq; nudis ensibus se inuicem cõplexi: corpora ferro petebant: petebanturq;: seq; uicissim ex ordine pellebant: Illi quidẽ ob salutem magis: q̃ ob uictoriam acriter pugnantes: Hi ob uictoriam & imperatoris solamen proprii: quem inuitum in bellum egerant. Ergo cædes horrida: & suspiria ubiq; resonabant. Corpora quoq; ab his omni ex parte efferebantur: cum alios ex aduerso obiicerent: qui pene illos ordines seruarent. Imperatores ipsos discurrentes: circũspiciẽtesq; undequaq; adimpetuꝫ cogebant. Laborantes quoq; nomine inuocabant: & ut amplio⁹ labori assisterent hortabantur. recentes etiam defessis opponebant ut animus his qui a

oct· cęsaris felicitas

fronte aderant continue augeretur. Tandem Cæsaris milites: siue famis metu: siue Cæsaris fœlicitate ducti: non enim Bruti acies adhuc cesserat: phalangem hostium ueluti machinam grauem conuertentes: commouere incipiunt: q̃q̃ illi pedibus adhuc insisterent: retro pulsi: turfusq; cum audacia se conuerterent. Sed postq̃ oppressi ordines: passim dissoluti sunt: celerius uertere gressum. & secunda post eos. tertiaque cõstituta acies loco cessit. Ipsi inuicem permixti: nullo ordine: a seipsis: & ab hostibus assidue incum-

Bruti milites in fugã uertũt·

bentibus fœde conculcantur: donec aperte arripuere fugam. Cæsariani milites intellecta quamprimum fuga: fortissime incumbentes: castrorum portas non sine periculo inuadunt: desuperque & a fronte eos deturbantes multos p̃b ingressu pepulerunt. Q ua ex causa confusi hostes: non nulli uersus mare: quidam ad montes: per. Zygaci fluenta amnis se proripiunt. Conuersione fieri cœpta: imperatores reliquum operis inter se partiti sunt. Cæsar a castris fugientes occupabat: castraque tuebantur. Antonius omni in loco aderat: omnibusque fugientibus uel

Zygacus flu·

Antonij ꝓspecta in bello virtus·

consistentibus adhuc accurrebat: cæterisque exercitibus eorum illatus parenti impetu uniuersa per uim simul compellebat: duces ueritus ne a manibus elapsi: nouas denuo copias ad bellum compararent. Porro equites ad itinera ac pugnæ exitus mittebat: qui fugientes exciperent. Alii igitur a monte in montem præteruecti:

Rasci⁹ dux Bruti

Rasco duce: qui ob itinerum peritiam ad id munus electus fuerat: castra: trepidinesque scrutantes: quoscunque a fuga uenabantur alii intra munimenta deprehensos continebant. quidam Brutum insequebantur: quos a cursu minime cessantes intuens Lucilius: parum abstitit: & quasi Brutus ipse esset: ad Antonium non ad Cæsarem duci præcabatur. Q ua ex causa adhuc magis Brutum eum esse crediderunt: ut

Lucilius Bruti socius capt⁹ ad antoniũ ꝓducit·

pote implacabilem euitantem hostem. Cum ad illum duceretur: Antonius percepta re composito processit ordine: fortunam uiri simul ac dignitatem uirtutemq; secum cogitans: quo pacto eum esset susceptur⁹ uersabat animo. Verum cuꝫ appropinquasset Lucilius & in conspectum audacissime ueniisset: Brutus inquit a nullo captus est: nec unq̃ a malitia capietur uirtus. Ego his illudens tibi adsum. Eo sermone equites rubore suffusos intuens Antonius: ut paucis solaretur. Non deteriorem prædam o uenatores cœpistis inquit: uerum meliorem q̃ putaris attulistis: in quantum hoste potior est amicus. Hoc dicto Lucilium cuidam ex necessariis seruandum tradidit: quo posterius ut fido usus est· Brutus interea non exigua multitudine stipatus: ad montes procurrit: quasi ea nocte reuocaturus exercitum: aut mare uersus inter assumpturus. Sed postq̃ omnia præsidiis diligentius custodiri cõperit: pernox cum reliquis in armis constitit. Fama

Laus Bruti·

Bruti uerba desperãtis ꝑ tam reb⁹ Thessalia·

ẽ illum ad astra prospectantem hæc dixisse. Teq; Iouẽ haud latuit: q horum ẽ causa malox: Antoniũ annotãtem q cum Bruto & Cassio cõspirare posset minister fuisset Octauii. Q uod carmen deinceps in periculis propriis dum actorum suorum pœnituisset

retulisse ferunt Antonium. Eamet nocte Antonius ut Brutum a fuga cohiberet armatus perstitit: ualluq; cadaueribus & spoliis Bruto circumponens. Cæsar ad mediam fere noctem ob ualitudinem labore fatigatus exercitum Norbano custodiendum dederat. Procedente nocte: Brutus animaduersis hostiuq; insidiis cum non amplius q̃ quattuor legionibus uti posset: diligentiq; custodia undequaq; circunseptus esset primores exercitus: facti pœnitentia confusos: & erubescentes adhortatus est: ut si qua licerett custodias aggredi & propria recuperare nitterentur: quæ a suis in castris derelictis seruabantur. Illi haud sponte id opus attentantes: longe æquanimiores ac prius iã effecti fortuna eos deserente: Bruto respondere. Scire se imperatori suo indigne consuluisse bellum & cum plerunq; fortunã experti essent: nullam ulterius spem in rebus suis esse posituros. Quibus auditis Brutus ad amicos conuersus: In nullo deinceps inquit sic se habẽtibus rebus patriæ utiles esse possumus: ac unum ex domesticis Stratonem nomine: si bi carissimum acciri: necemq; accelerare iussit. Illo uero ut diligentius consuleret Bruto suadente: aliũ quendã ex seruis postulauit. Tũ Strato Nõ egebis inquit o Brute amico potius q̃ seruo ad nouissima mãdata tua quo dicto latus illi ensæ apperuit: neq; auertẽte se bruto: neq; ipẽlente. In hũc modũ Cassius & Brut⁹ uiri nobilissimi ac clarissimi obiere mortẽ: uirtuti si unuq eximas semper dediti. Nã. C. Cæsar Põpeianas pſecutos partes: ex hostibus amicos sibi fecerat: Ex amicis deinde filiorum loco habuerat. Quos Senatus continuo amore prosecutus est: ac post cladem miseratus. Horum duntaxat duorum causa cæteris obliuionem necis dederat: Abeuntibus quoq; prouincias decreuerat: ne profugi uiderentur esse: non tamen Caii Cæsaris contemnens necem aut his quæ gesta erant delectatus: cum unum ob uirtutem: fortunamque admiraretur. Nam defunctum publico decoratuit funere. Opera etiam eius immortalia ex decreto haberi statuit. Prouincias & magistratus ex scriptis eius diutissime obseruari uoluit: nihil melius his quæ Cæsar decreuisset inueniri posse ratus. Verum eiusdem ab utroque studium ac suarum rerum timor eum ad suspitionem calumniæ impulit. Tanto apud omnes honore prosecuti sunt: & cæteris exulibus etiam optimis digniores habiti Pompeio proximi neque conciliationis immeritam habente causam uenia non indigni uisi sunt. Cum autem a longe discessissent desperata uenia: & agendorum necessitas incumberet: duobus nec his integris annis armatorum uiginti legiones: totidemq; equitum milia in unum cœperunt. Naues longas supra ducentas apparatum quoq; congruentem tantis copiis Porro infinitam pecuniarum uim a uolẽtibus pariter & inuitis abstulerunt populos urbesque expugnarunt: & aduersantes plurimos ad deditionem compulerunt: a Macedonia ad Euphratem usq; imperium eorum propagantes. Quoscunq; præterea uicissent: in societate belli allectos: fidissimos sibi reddiderunt. Vsi sunt regum: dynastarum: Parthorumque in bellis ope: quã q̃ inimicorum latino nomini. Et hæc minoribus in rebus. Cum uero ad maiora se uertissent: minime eosdem perpessi sunt ne gentem barbaram: aduersamq; romano populo in eum assuescerent. Verum quod omnium admirabilissimum est exercitum ut plurimum ex Cæsaris collecta copiis fœlicitatis eius beniuolentiam cupidum Cæsaris percussores ipsi in contrariam uertere partem: & in Cæsaris filium incitantes: fideliorẽ q̃ ipsi & Antonio eius collegæ & propugnatori experti sunt. Non enim quispiam ex his Brutum aut Cassiuq uictos dereliquit: qui Antonium ad Brunduſium & ante experientiam belli reliquere occasionẽ laboꝝ prætẽdentes Sub Pompeio præterea & deinceps nõ pro se ipsis sed ob popularis status nomẽ: insigne quidẽ illis q̃q̃ cõtinue inutile pugnarũt. Sed dũ nihil patriæ se ꝓdesse arbitrabant: uicissim se ambo cõtempserunt. In actionibus rerum geren-

Prodigia quę pharsalicā
Brutj pugnā præcesserūt.

Brutus philosophię studiosus

darum: curisq; Cassius pertinacem se & incommutabilē præstitit quēadmodum athlę tæ ad agonistem solent. nam ad bella continue uertebat animū. Brutus quocunq; in loco ad conueniendum audiendūq; facillimus: utpote qui philosophiæ ingenue dediſſet operam. Ab huiusmodi itaq; uiris: contrariū in omnibus nec simplex quidem facinus in Cæsarem emersit: nec modica profecto in re. Naꝫ in amicum præter æquum iustūq; deliquere. In benefactorem quoq; qui eos ex prælio q̄q̄ ingratos conseruauerat. In imperatorem præterea nefandæ conspirantes in Senatu potissimū sacrum uirum & sacra amictum ueste trucidantes: principem qualem utiliorē neminęꝫ patriæ imperioq; fuisse: satis constat: ut a dæmone ipsos coarguente plerunq; indicatū est. Nam cassio exercitum perpurganti lictor diadema inuersum attulit. Et uictoriæ eiusdęꝫ insigne aureū in terram corruit. Alites exercitui insidentes sæpenumero mœstū clangorē edidere. Apuꝫ insuper examina continue uolitantia uisa sunt. Ferunt Brutū cuꝫ in Samo supra mare natalem suum celebraret: nec læte admodum his in rebus se haberet: hunc uersum nulla ratione adductum protuliſſe. Sed me sors misera & latone p̄ædidit infans. Ex Asia quoq; in Europam transmissuro cum exercitu: nocte deficiente pene lumine horrendā uigilanti astitisse imaginē quam cum in pauide rogaret ille quisnam hominū aut deoꝝ esset hoc solum respōdisse. Tuus o Brute dæmon malus. In Philippis me uidebis: eāq; nouissima in pugna quæ in Philippis acta est iterum illi apparuisse. Exercitui e castris exeunti æthiopem obuium factum memorant quē ut iniquum omen auersati interemere milites Diuinū & illud habebitur: Cassium in ambiguo adhuc prælio spem omnem abiecisse. Brutum a tarditatis optimo consilio a suis per uim compulsum: interea manus se iniecisse hominum fame pereuntium cum ipse commeatu abunde potiretur: classe etiam longe superaret: idque a domesticis potius: quam ab hostibus suis pertuliſſe. Et cum uterq; bella plura peregisset nihil in præliis passos esse; uerum ambos necis propriæ fuisse auctores: quemadmodum & Cæsaris fuere prius. Has igitur Cassius: Brutusq; dedere pœnas. Antonius Bruti cadauere inuento purpurea ueste contegi: adolerique flammis: reliquias uero ad Seruiliam eius matrem mitti iussit. Bruti milites cum primum eum interiisse uulgatum est: legatos ad Cæsarem misere: & Antonium a quibus subinde ueniam adepti inter copias eorum relati sunt. Qui quattuor supra decem milium adimpleuere numerum. Munitiones uniuersas quæ multæ ab his asseruabantur: simul tradiderunt. Cæsaris & Antonii exercitibus castra omnia diripere concessum. Ex illustribus autem uiris qui circa Brutum extitere: non nulli in bello perierunt: quidam imperatoribus se sponte tradidere. Alii ex industria ad mortem usq; produxere pugnam inter hos Lucius Cassius Cassii prioris ex fratre nepos & Vticensis Catonis filius Cato nomine: qui cum plerunq; inter hostes irruisse; cedentibus tandem suis galeam exuit: ut uel notus fieret: uel egregie occūberet: uel utrunq; potius assāqueretur. Labeo sapientiæ nomine illustris: Labeonis eius parens cuius ob legum experientiam celebre nomen est: locum in tabernaculo ad corporis sui modulum effodit: Et quæ coniugi filiisq; indicaret seruis suis ex ordine disseruit. Epistolas etiam familiaribus afferendas dedit. Vnum præterea ex his fideliorem dextra apprehensum ad se conuertens ut Romanis in liberandis seruis mos fuit: gladium sibi tradidit iugulūq; ultro obtulit. Sic illi tabernaculum sepulchrum præstitit. Rascus thrax multos ex mōtibus in exercitum adduxerat: quorum causa cum gratiam expeteret: Rascupolim germanum uum uenia donari petiit: quod ab imperatoribus facile cōcessum est. Ex quo satis liquet non a principio inter se fuisse hostes: uerum ob exercituum duoruꝫ magnitudinem: atque ambiguitatem: qui per regionē eorum transituri essent: in euentu du-

C. Cęsaris cędes e rep. nō fuit.

Ostenta quę Brutj Cassijq; mortē præcesserūt.

omen Brutj

Exercitui e castris exeunti æthiops occurrēs malū p̄buit omē obidq; occis?.

Ant. cō burēdū bruti cadauer curauit, reliqas vero Seruiliq; matri eius missit.

L. Cassij mors. Cato filius ultrō sis Tēpus philippicis strenuē dimicās occubuit.

Labeonis in morte securitas.

Rasc? thrax in frem pius.

Romanorū liberādis seruis cōsuetudo.

Manumittēdi mos

Messala Cornificius L. bibulus } Bruti Socij

bios fortunam inter se partitos esse: ut victus a victore conseruari posset. Portia Bruti consors Catonis iunioris soror: intellecta amborum nece: cum a domesticis diligētius custodiretur: prunas ab igne accensas rapuit: carbonesq; absorbuit. Ex cæteris illustriores qui Thasum se contulerant quidā enauigarūt. alii se cum residuo exercitu Messale Cornificio: & Lucio Bibulo collegis tradidere: ut quæ pro se ipsis deliberassent: pari modo de omnibus consulerent. Non nulli Antonio se dedentes: eodem Thasum uersus nauigante: quicquid pecuniarum: armorum: commeatus: ac apparatus prope infiniti in oppido aderat: illi præbuere. Sic Cæsari: & Antonio ob singularem quandam audaciam duobus pedestribus præliis tam insignis uictoria parta est: qualē neminem ante eos consecutum fuisse constat. Non. n. huiusmodi exercitus tanq; ingens Romanorum manus utraq; ex parte ante eos bello dimicauit: non ciuili more instructa sed optimis collecta uiris: neq; bellorum inexpertis adhuc: uerum iampridem inter se mutuis probatis armis neq; alienigenas barbarasue nationes solitis euertere: sed qui eiusdem linguæ homines: eiusdem belli artibus instructos: eiusdem præterea exercitationis ac tolerantiæ inter se inexpugnabiles superare didicissent. Nec ulli profecto unq̄ tanto impetu: & audacia in bello usi sunt: ciues simul existentes: tum domestici sub eisdem assueti ducibus. Argumentum huius rei abunde erit defunctorum multitudo: cum æquata pugna non inferior apud uictores conspiceretur numerus. Cæsaris & Antonii milites imperatorum suasionibus rite perfuncti sunt: una die: & uno opere extremam famis: necisq; formidinem abundanti commeatu stabiliq; salute: & illustri uictoria commutātes. Contigit nempe illis quod a prudentioribus ea in pugna romano populo uaticinatum est: ut eius respublica eo ex prælio iudicium esset subitura: & ad Democratiam transiret denuo. Neq; uero laboribus eum in modum amplius uexata est: unico duntaxat non multo post excepto opere contentione scilicet inter Cæsarem: & Antonium nouissime Romanis orta. Quæ autem sub Pompeio: & Cassii Brutiq; beniuolis: hinc inde profugis post Brutum gesta sunt: reliquias tam immensi apparatus obtinentibus neutiq; præmissis audacia se æquarunt: neq; uirorum ciuitatum ue: aut imperatorum ad prouincias impetu similia extiternnt. Non enim illustrium illis quippiam non Senatus adhuc neq; gloria ipsa: ut Cassio: Brutoq; ulterius accessit:

Portia Bruti uxor audito mariti morte fatū rapuit

Appiani Alexandrini sophistæ ciuilium bellorum Liber Quartus finit. Incipit eiusdem Quintus & Vltimus. Traductio. P. Candidi.

POST Cassii: Brutiq; necem Cæsar in Italiam ꝓfectus est: Antonius uero in Asiam: quo in loco Cleopatra Aegypti regina ad eum uenit: ac ꝓtinus uisa eundem ad amoris sui cupiditatē ꝑpulit. Quī tamē amor utroq; simul & ægyptū insup extremis tādem calamitatib⁹ inuoluit. Eā ob rē ægyptus ipsa huius libri pars q̄dā erit uerum modica: nec satis digna scriptione nra: & ꝓpterea ciuilibus q̄ plura sunt inserta bellis. Quippe alia post Brutū: & Cassium ciuilia denuo insurrexere bella: nullo duce ut in aliis præsidente omnibus: uerum per partes gesta: donec Sextus Pompeius: magni Pompeii filiorum ætate iunior: Bruti seditionis residuus auctor interiit. Lepidusq; a principatus sui parte collapsus est: ac omnis romanorum uis atq; potestas ad duos tandem Antoniū scilicet & Cæsarem puenit. Quæ singula in hunc fere modū gesta referūtur. Cassius cognomine Parmēsis. sub priore Cassio: & Bruto relictus in Asia: quo naues: & exercitum: & pecunias colligeret: defuncto Cas-

Cleopatra ad Antō primū venit Egypt⁹.

Sext⁹ pompei⁹.

Cassi⁹ parmensis cassij cęsaris ꝓcōsoris Asia legat⁹.

Antonius & pharsalica victoria contendit Asiam.

sio:nulla spe adempta Bruti rebus Rhodioꝝ triginta nauès:quas repleri posse existimabat:elegit. Reliquas sacra duntaxat excepta:ne quid noui mollirent: igne cremauit: & cum eisdem propriisq; comitatus inde discessit. Clodius ad Rhodios nauibus tribus supra decem missus a Bruto Rhodios nostris rebus elatos intuens:Iam.n. Brutus decesserat:præsidia armatorum trium miliuꝫ ex urbe sustulit & ad naualia cum reliquis se se trāstulit. Nam & Torulus aliis pluribus stipatus nauibus:pecuniisq; quas e Rhodo ad parandam eam classem sustulit eo aduenerat. Et quicunq; circa Asiæ oras morabantur ueluti ad potentiam quandam per partes ad huiusmodi ministerium accesserant:ac quibus potuerant armatis remigibusq; ex seruis aut captiuis additis ad insulas insularesq; adnauigantēs replerant classem. Venere insuper ad eos Cicero:Ciceronis filius: & alii quicunq; illustres e Thaso perfugerant:ac confestim multitudo & concursus imperatorum exercituum:nauiumq; non cōtemnendus in unum affuit. Assumentes præterea a Lepido alias copias:quas Bruto ad Cretam attribuerat ad Murcum & Domiciū magna præditos classe delati:Ioniū percurrebāt æquor. Eoꝝ pars cum Murco in Siciliam se transtulerat:& potentiā non mediocreꝫ Pompeio addiderat. Alii cum Domicio ipso persistentes factionem quandam seperatim per se fecerant. Hæ igitur quæ e Cassii Brutique apparatu reliquiæ superfuerant tum primum firmauere uires. Cæsar & Antonius post uictoriam in Philippis habitam:sacrificia diis immortalibus adoluere splendida. Deinde laudatis exercitibus:atq; adornatis uictoriæ præmiis: Cæsar in Italiam ut militibus agros domosq; deligeret profectus est. hoc.n. opus ob ualitudinem sibi assumpserat. Antonius ad nationes quæ ultra mare incolūt deflexit iter: pecunias in unum coacturus:quas enim per prius polliciti fuerāt:a primis collectas nationibus:exercitibus impenderāt:& quascunq; Lepidus habuerat ulterius addiderant. Galliam porro quæ intra alpes sita est ex decreto prioriss Cæsaris nouo poscēte Cæsare immunem dereliquerant. Et quoniam Lepidus cum Pompeio conspirasse ferebatur: ex decreto statuerant:si calumniam accusatio saperet:Cæsarem alia pro his quæ habuisset: conferre Lepido. Dimiserant quippe ab exercitu ea tempestate multitudinem ingentē eorum qui militiam integre exercuerant octo milibus duntaxat exceptis: quos iterum militare deprecantes ipsi inter sese diuidentes ad prætorias cohortes addiderant. Resi duus illis exercitus cum his qui a Bruto recesserant legionum undecē peditum q̄ttuor supra decem milium equitum fuisse dicitur. Ex quibus Antonius peregre proficiscens equitum decem milia:legiones sex secum duxit. Equitum duntaxat quattuor milia: legiones quinq; Cæsari attributæ sunt & quos ex Antonii copiis cum Caleno in Italia relictis sibi assumpserat. Cæsar igitur in Italiam ut prædiximus profectus est. Antonius Ephesum delatus:Ioui magnificentissime persolutis uotis superstites e Bruti Cassiiq; calamitatibus in templo supplices uenia donauit:Pètronio: Quintoque exceptis. Petronius quidem in Cæsaris necem consp̄irasse dicebatur. Quintus in laodicia urbe Dolobellam Cassio ultro prodidisse. Græcos insuper cæteralq; nationes quæ circa Pergamum Asiam incolunt:fœderum causa peroratore conuocauit quos subinde his uerbis allocutus est. Vos quidem o græci cum Attalus uobis imperaret:ex testamento reipublicæ nostræ dereliquit: ac confestim Attalo ipso potiores uobis fuimus. Nam quæ eidem tributa pendebatis:ultro condonauimus:quousq; insurgentibus in nos ambitiosis quibusdaꝫ uiris:cū pecuniis egeremus:non pro facultatibus & opibus imposuimus uobis onera:sine piculo tributa uendicare cupiētes uerū unumquēq; fructuum suoꝝ portionē ut cū æmulis nostris cōmuniter illis potiremur:afferre iussimus qui tamē hæc præter Senatus auctoritatē:& cū iniuria extorquētes:multo plura a uo-

Clodius occiso Bruto rhodū se recepit

Torulus cassij legat?

Ciceronis filius occiso Iam Bruto quid.

Murcus ad Sex. pompeiū se recepit.

Domiti? Aēnobarbus occiso Bruto quid.

Octauiꝰ cæsar deletis proscribē & Macedonia uictor Italiā redijt.

Gallia a triūuiris immunis relicta

Lepidus cū Sex. pompeio Conspirasse dicebat.

Antoni? Cassij Brutiq; Socijs Ignouit

Petroni? ab Antonio neci dat?

Ant. Conuocatis grecis: et nationib? Asiæ circa Pergamū orationem habuit.

Attalus P.R. Scripsit heredem.

Quint? dolabellā in ph Laodicia occidit

bis exegerunt. Caius Cæsar tertiam pecuniaꝝ partem: quas illis contuliſtis ex tributo dereliquit. Contumelias etiam ſedauit omnes. Nam ab agricolis pecunias uobis exige re conceſſit: quē tamen clementia huiuſmodi utentem optimi noſtrorum ciuium tyrā num appellarunt. His uos pecunias multas contuliſtis: q̄q̄ benefactoris ueſtri percuſ/ ſoribus: & nobis hoſtibus: necem eius uiri ut par erat uendicantibus. Iuſtam itaq; for/ tunam: non ut uoluiſtis: ſed ut dignum fuit bello diſcernentes: ut aduerſarioꝝ noſtroꝝ propugnatoribus & beniuolis oportet uti. Mulctā igitur uobis inferre neceſſe eſt. Cæ terum cū intellexerimus: non libenter quidem uos ſed neceſſitate potius ad id coactos eſſe: a maioribus pœnis abſtinendum duximus. Pecuniaꝝ: telluriſq; indigemus: tum urbium ad exhibēda quæ militibus uictoriæ promiſſa ſunt præmia. Octo & uiginti ar/ matorum legiones nobis adſunt: quæ cum reliquis ad bellum conſtitutis centum & ſe ptuaginta millium: equitibus exceptis ad impleuere numerum. Adeſt & alterius exer/ citus electa multitudo. Ex huiuſmodi uiroꝝ copia neceſſitatem noſtram diſcernere po teſtis. His agros & urbes diſtributurus in Italiam conceſſit Cæſar: uel ſi unico uerbo rē explicare opus eſt conſtiturus Italiaꝫ. Vos ne tellure: urbibus: domibus templis quoq; ac ſepulchris depellamus: pecunia mulctabimus: nec omni profecto quaꝫ habetis non enim poſſibile id uobis: ſed ut partē licet tenuem conferatis. Quod optime intelligen/ tibus pergratum eſſe credimus. Nam quæ hoſtibus noſtris duoꝝ ſpacio annoꝝ decē tributa perſoluentes contuliſtis: eadem quoq; nobis aſſumere perabunde fuerit: ueꝝ unicum intra annum: Sic enim neceſſitas: & conſcientia ueſtræ cogit caritatis: Tantuꝫ duntaxat imponemus quoniam nulli peccato per pœna impenditur. In hunc modum Antonius elocutus eſt: octo ſupra uiginti legionibus relaturus gratiaꝫ quas tres ſupra q̄draginta olim extitiſſe cū Mutinæ inuicē cōciliati ſunt. Et hæc q̄ illis p̄miſerūt fuiſſe in telligo. Cæteꝝ aſſidue belloꝝ clades ad tam infimū eas adduxere numeꝝ. Hæc referen te Antonio audientes græci cū fletu humi ſe ſternētes neceſſitatē a Bruto Caſſioq; in/ ditā neq; æquā erratibꝰ eoꝝ: ſed miſericordia potius dignā rettuleret. Daturos ſe ſpōte benefactoribus ſuis ſi haberēt: ueꝝ ab hoſtibus ſpoliatos eſſe: q̄bus non pecunias ſolū conferre: ſed apparatus oēs pro pecuniis abiicere coacti forēt illi āt incudēdis nūmis ab/ ſumpſiſſent. Tandem rogantes ac deprecantes ut nouem annoꝝ tributa duobus an/ nis conferre poſſent: exorarunt: quæ non ſolum regibus: dynaſtis liberiſq; ciuitatibus: uerum iuxta uniuſcuiuſq; poteſtatem iniuncta ſunt. Eodem nationes peragrante. Lu/ cius Craſſii frater & quicunq; alii ex timore delituerant: intellecta uenia quæ cæteris in Epheſo conceſſa fuerat: ultro ſupplicatum acceſſere. Quos omnes præter eos qui in Cæſarem olim conſpiraverant: his enim in placabilis ſemper fuit: uenia donauit. Vrbes quoq; maximas oppreſſas calamitatibus conſolatus eſt. Lycios tributis immunes eſſe iuſſit. Xanthios eoꝝ urbē reſtituere adhortatus eſt. Rhodiis: Andrum: Tenuꝫ: Naxū & Gnidum tradidit: Quas non multopoſt quaſi ex ſorte legalius illis imperātes abſtu lere Laodicenſes: Tarſenſeſq; liberos: ac tributorum immunes eſſe uoluit. Ex Tarſen ſibus precio uenundatos edito liberauit. Athenienſibus ad eum accedentibus ultra Te num Eginam quoq; tradidit. Icum præterea: ac Ceum: Sciatum: Peparethum: Epipa/ riumq; Phrygiam inſuper: Myſiam Galathas qui Aſiam incolunt: Capadociaꝫ: Ciciliā: Syriam inferiorem: & paleſtinā: Tureonamq; & quaſcunq; alias Syrioꝝ nationes gra/ uioribus tributorum oneribus afflixit: quæ ſeperatim regibus & populis impoſuit. ut Ariarathi in Cappadocia: ac Syſino. Cui etiam ad obtinendum regnum adiutor af/ fuit: matris eius pulchritudine ductus ac Feſtiuitate. In Syria tyrannos ex urbibus pe pulit. In Cilicia autem accedente ad eum Cleopatra: q̄ Cæſaris laborum nullam atti

Antonius poſt Pharſaliā Brutj pugnā Copiæ.

L. Caſſij frāb Antonio uenia impetrauit.

Andros Tenos Naxos Gnidos Athenienſes — Inſulæ

Aegina Icus Ceus Sciathos peparethꝰ epipanios — Inſulæ

Syſinus In regnū reſtituit ab Antonio.

Cleopatra ad Antonū In Ciliciam.

Antonius cleopatre amore corrept?.

Arsinoe cleopatre soror et ? Imperio fugulata

gisset partem conquestus est. Verum ea non tam se a crimine pūrgāte q̄ actorum exhibente rationem: q̄ quattuor legiones per Dolobellam emisisset: exercitumq; aliū paratum tenuisset a tempestate præpedita. Dolobella celerrime bello superato: minitāte insuper. Cassio ni una militaret ipsis præterea in Ionio pugnantibus cum exercitu: & apparatu magno adnauigasset: nullo Cassii timore habito aut Murci: qui classe maria oīa obsideret: quoad tempestate correpta naues omnes amisisset: Ipsa graui ualitudine fere ad interritum oppressa esset. Quibus ex rebus gratiæ sibi potius habendæ forēt q̄ posterius deuictis inferēda arma. Antonius ultra aspectū prudentia eius stupefactus: iuuenili quodā amore subito exarsit q̄q̄ quadragesimū ætatis attigisset annū. Verum pronior ad huiusmodi libidines semper habitus. Ferunt quippe eiusdē uirgunculæ adhuc pulchritudine correptū: ardentius eam concupisse Cum Gabinio in Alexandriam profiscenti ad bellum ipse præfectus æquitū: adolescentior comes accessisset. Statim igitur: quæ Antonio ad omnia diligentia & cura affuit: uno impetu extincta ē. Quicquid Cleopatra imperasset: nec difficulter quidem tam de iustis: q̄ de sacris exequebatur: postea q̄ sororem eius Arsinoem supplicem Mileti in Leucophryenis dianæ templo pmittens interemit: & Serapionē in Cypro pro ea depugnātem cum Cassio: & pro Tyriis ad se supplices profectum: Tyrios Cleopatræ tradere coegit. Et alterȝ item deprecantē Aradios illi prodere. Hunc ignotū quēdam Ptolemæo Cleopatræ fratre non apparente nauali pugna: quæ in Nilo contra Cæsarem gesta est: Aradii habuisse dicuntur: qui se Ptolemæum profiteretur esse. Ac etiam in Epheso dianæ flaminem: quē Megabyssuȝ existimant: q̄ aliquando Arsinoem ueluti reginam suscipi imperasset: Ephesiis Cleopatram deprecantibus facile concessit. Adeo Antonius ad omnia propere immutatus est quæ passio principium ac finem omnium subinde calamitatum illi attulit. Enauigante etenim in patriam Cleopatra: Antonius equites ad Palmyrā urbem non longe ab Euphrate fluuio sitam modica quædā ciuibus imponens: ut eam diriperēt emisit: quoniā romanis & Parthis finitima ad utrosq; accommoda futura esset. Negociatores in ea habitantes ex Persia Indoȝ res & Arabum solent conuectare. Igitur ueluti romanoȝ partes dispositurus in urbe re ipsa ut militibus in prædam traderet adire illā iubet. Palmyrenei intellecta fraude necessariis in contrariaȝ fluminis partem euectis præparatis etiā arcubus ī aduersa ripa: ad quoȝ usum promptissimi habētur: si quis uim afferre uellet urbem destituerant: quam uacuam offendentes equites nullo: cum ipsis inito prælio: ac ne præda quidem ab acta discessere. Quæ res non multopost Antonio Parthicum uidetur intulisse bellum: multis ex Syria tyrannis in eam fugientibus. Naȝ Syria ad Antiochum usq; Eusebium: & Antiochum eiusdem filium ab his qui a Seleuco Nicatore originem duxere regebatur: ut a nobis in libro quem de Syriis edidimus perscriptum est Pompeio deinde Syriam romanis uendicante: & Scaurum prætorem in ea statuēte: Senatus post Scaurum pretores alios instituit: & Gabinium qui Alexandrinos bello aggressus est imposuit. Gabinii discessu Crassus ei prouinciæ præfuit: qui habito cuȝ Parthis prælio uita excessit. Hunc Bibulus prætor insecutus est. Nouissime post Cæsaris necem seditiones in ea a tyrannis emerserunt: quibus Parthorum imperium secutis a Crassi clade: Parthi Syriam occuparunt tyrannis potissimum fauentes: quos in Parthiene fugiētes Antonius urbe expulit: plurimis tributa grauiora inferens ac palmyreneis: illata iniuria prouinciam tumultu excitam: minime confirmare aggressus: militib? per urbes in hiberna distributis in ægyptū post Cleopatram profectus est. Illa uenientem apparatu splendido suscepit. Eo loci Antonius depositis imperii signis atq; apparatibus: priuato habitu uictuq; transegit hyemeȝ: siue q̄ alieno in principatu: & regia ut-

Antonij Actas.
Ant. In mulieres In Sam?.
Gabinius Ptolemæū reduxit.
Ant. Sub gabinio p̄fect? equitū.
Diana leucophryne.
Diane ephesiæ sacerdos qmo.
Megabyssus qui.
Belli parthici cā Antonio causa
Antioch? eusebi? Seleucus nicator.
Pompei? Syriam domuit.
Scaurus Gabinius Crassus Bibulus } Syriæ p̄tores
Antonius In ægyptū ad cleopatrā.

be moram duceret: siue q hyemem ueluti in spectaculis quibusdam ageret. Exutus nẽpe curis omnibus: & imperii obsequiis, stolam quadratam græcorum more: pro patria & domestica induit. Calciamenta candida qualia Athenienſium ſacerdotes & Alexandrinorum: quos Phecasios uocant deferre consueuerunt: sibi assumpsit. Deambulabat que uel ad templa: aut gymnasia: aut ad philologorum conuersationes: aut græcorum conuenticula sub Cleopatra: cum qua præcipue in aduentu hæc peregit. In his itaq; obuersabatur Antonius: Cæsarem interea Romam redeuntem grauior ualitudo afflixit: ita ut non sine periculo Brundusium delatus: ex rumore interiisse crederẽtur. Conualescens deinde urbem ingressus ẽ: & Antonii præfectis litteras: quas attulerat exhibuit. Hi calenum duas Cæsari legiones concedere iusserunt. In Lybia præterea ad Sextiũ misere ut Libya excederet: eaq; ptouinciam ex mandato illi traderet. Quæ omnia ab ipsis pfecta sunt. Cæsar lepido cũ nihil indignũ egisset cõperisset: Libyã prioꝛ nationũ loco ascripsit ac reliq; q ex ꝓscriptiõe ĩ publicũ ablata fuerãt: coemere curauit Cũ uero milites p colõias distribuere agrosq; illis assignare niterent magna sollicitudine & cura tenebaẽ. Nam urbes: q a principio illis pollicitæ fuerant: ad belli præmia poscebãt. Quæ res totam fere Italiam: uel illorum libidini subiicere: uel ad alia loca ex necessitate eos mittere cogebat. Agrorum ꝑterea precia expetebant: nullis assistentibus pecuniis. Quæ palam facta cum iuuenes pariter: ac senes intelligerent: Romam cõtinue per partes aduentabant Mulieres porro cuꝫ pueris in foro: templisq; passim illachrymabãt: nihil impium egisse dictitantem: Seq; cum Itali forent: ab agris: domibusq; ueluti belli iure captos: indigne detũbari. Super quæ audientes romani angebantur aĩo: atq; deflebant: potissimum cum nulla utilitate urbis: sed eorum causa: ac reipublicæ mutatione belluꝫ geri animaduerterẽt: præmiaq; obinde illis dari Colonias etiaꝫ cõcitari: ne popularis status ulterius locum esset habiturus cohabitantibus una cũ ducibus: mercenariisq; exercitibus: qui ad omnia: quæ illi cõcupissent: parati assisterent. At uero Cæsar necessitateꝫ exponebat urbibus: quæ neutiq; sufficere adhuc illis uidebãtur. Neq; se cohibebãt milites uetum finitimos nõ sine iniuria aggressi: lõge plura q illis pollicita essent: rapiebãt: quæ potiora etiam forent auferentes: Neq; increpante eo qui munera exhibebat. Ad multa quippe Cæsari silentium indixerant: potissimum cum imperatores ad tuendum principatum illis indigentes ultro spernerent. Iam enim ãnorum quinq; tempus illi effluxerat: & necessitas securitatem utrorumq; exoptare uidebantur. Nam & imperatoribus ad tuendum principatum exercitu opus erat: & exercitui: ut quæ abstulerat retinere posset: stabili opus erat imperio. & cum seipsos ad id agendum impotentes cernerent: ex necessitate interim coacti depugnabant. Multa præter hæc indigentibus e sacris mutuo sumpta tribuerat Cæsar. Quꝫ ex causa ad illum q primum uertebant oculos: & plurimorum gratia illi accesserat: utpote q agros: urbes: pecunias: habitacula quoque esset præbiturus & omniuꝫ non sine inuidia qui hæc adepti forent celebraretur uoce: & contumelias exercitus gratia perferret. Quæ singula mente repetentes Lucius Antonius Antonii frater: tũ forte cõsulatũ gerẽs & Antonii uxor Fuluia: & ex absentia Antonio fauens Lucius Manius: ne uniuersa Cæsaris opera agi uiderentur: neue sol9 gratiam sibi assumeret: Antonius beniuolentia & caritate fraudaretur: habitationes militum absente Antonio differri suasere. Cum difficile id esset ob instantem militum sollicitudinem atq; curam: qui Antonii legiones per abitacula disponerent: decernendos esse: eosq; ab se exigendos postularunt: quas decreto Antonii solum Cæsari concessas dicerent. Quæsti insuper neque dante Antonio concessas esse. Ipsi Fuluiam: Antoniique liberos inuidiose admodum in exercitum ducentes: ne Antonii gloriæ: benigni-

Lucius Manius

Pheœnsia calcia-menta. Antonius apud cleopatra quid.

Octauiꝰ Cæsar victor ex pharsalica pugna Mutina quid.

Lepido decreta Libya.

Octauij Cæsaris militi ꝓmissa belli ꝓmia flagitabãt.

Octauij Cæs. milites agros et domicilia sibi Italia vendicant.

L. Antoniꝰ Antonij illuiri frẽ Cos. Fuluia

Fuluiæ muliebris ambitio

tatisue obliuiscerentur: aut beneficiorumque: ab illo susceptissent: precabantur. Creuerat iam enim & apud milites & apud alios Antonii gloria belli in Philippis acti: ob Cæsaris ualitudinem: cum id opus Antonii tantummodo arbitrarentur esse. Cæsar eorum quæ in illum tentarentur minime ignarus: Antonii tamen gratia facile concessit. Sic habitationes: qui Antonii legionibus impenderent eorum arbitrio permissi sunt. Illi militibus subinde contulerunt: & ut Cæsare indulgentiores erga suos uiderentur esse: multos adhuc amplius iniuria affecere. Nam & pleræq; urbes non longe ab his quæ distributæ fuerant incolebantur: quæ plura a militibus indigna sustinentes: ad Cæsarem clamabant: habitationes huiusmodi proscriptionibus longe iniquiores esse. Illas quidem in hostes: has ad nihil delinquentes instrui. Hæc Cæsar minime ignorabat: uerum difficilima illi erant. Nam argentum quod cultoribus in telluris premium daretur: nequaq̃ aderat: neq; uictoriæ præmia incumbentibus adhuc hostibus suscipere ab ullo poterat: Pompeio maria obsidente: & famem indicente urbi. Eneobarbo præterea & Murco exercitum & classem aliam in unum comparantibus: despectiores se quoque apud illos futuros intelligebant: ni præmia priora suscepissent. plurimum illis consumptum ad quinquenni imperium. & exercitus beniuolentia longe amplius opus esse: & ob id contumeliarum ac contemptus nullam rationem habendam existimabat. Nempe in theatro præsente illo: miles quidam sessione indignus ad equitum processit ordines: qua ex re populus turbatus est. Cæsare illum assurgere imperante: milites ira concitis: ac illum circumstante: excedentem theatro iterum reuocans: eos: qui minime inspexerant: ad rixam concitare rati. nam redeuntem e carcere duci prodiderunt Abnuente; deinde illum & ut res gesta fuerat palam enarrantem. argue & ueluti communia prodentem increpare incipiunt Hæc autem in theatro facta sunt. Vocati deinde ad distributionem milites Marcium in campum: ex festinatione etiam notu peruenerunt. Cæsare tradito ad eos accedente: ira sublati sunt. Cum Nonius turmarum dux: summa fiducia eos argueret: & honestatem ab ipsis ad imperatorem deferret: ualitudinem porro non superbiam eius excusaret: ut adulatorem salibus primum insectati sunt. Increbescente in maius ira: conuiciis agressi: e campo pepulerunt: ac fugientem insecuti: cum forte ad Tybrim declinasset: præcipitauere in fluuium: exceptum quoque eo loci abiecere: quo Cæsari iter futurum erat: ad campum accedenti. Amici itaque ut a congressu illoꝝ abstineret: iramq; uehemẽtiorem euitaret monuerunt. At is ultro ad illos uenit: ratus se furorem militum incensurum magis: si conspectum eorum euitasset. Deinde corpus proiectum intuens: cum paulum e uenia declinasset: ueluti paucorum facinus id esse quæstus: ut in futurum sibi ipsis mitiores forent adhortatus est: Nullaque interiecta mora: agros partiri cœpit: & ut digniores dona exposcerent concessit: ac indignis quibusdam præter mentem eius contulit: quoad multitudo grauitatem eius admirata: post penitentiam gausa est: quasi sibi ipsi culpam inferens: eosq; qui Nonio attulissent manus: si agnoscere ut puniret persuasit. Ille eos se cognoscere professus: sibi soli notum præter cæteros punire uelle dixit: neque ullam apud eos esse culpam. Sic milites uenia simul & honore donisq; adornati: confestim ex mutatione præconiis eum extulere plurimis. Huiusce uero indignitatis: & arrogantiæ erga imperatores maxime: duæ ueri similiter coniecturæ afferri queunt: Et fortassis causa erit: quod prætores ut plurimum creandorum munerum: ut in ciuilibus bellis expartes erant: nec exercitus eorum ullis patriis moribus ad comicia acersebantur. neq; utilitate patriæ potius: aut reipublicæ communi bono: quam ducentium eos auspiciis in unum conspirauerant: neq; necessitate legum: sed pollicitationib⁹ allecti propriis: neq;

Domitius Aeneobarb⁹ et Murcus In armis.

Miles ab equite differt.

Equitib⁹ assignant sedes In theatro.

Nonius turmarũ Dux. ĩ thyberim p̃cipitatus.

Octauiũ cæsar In magna offensa militũ.

Militũ cõtumacia In Octauiũ cæsarẽ Cur.

ad cõmunes ſed ad proprios duntaxat ferebantur: hoſtes neq; in exteros ſed in ciues & collegas pugnaturi. Hæc enim omnia militarẽ illis ademerant timorẽ. Non enim militare ſe magis exiſtimabant q̃ ex eorum uoluntate: & gratia afferre opem. Imperatores quoq; ducentibus ipſis ad propria ex neceſſitate tranſiſſe credebant. Cauſam etiam attuliſſe duxerim: ut q̃ olim apud romanos tranſfugam haberi uenia indignum fuit: tunc munerum quæ offerebantur gratia dignum habebatur. Quod & exercitus ex multitudine agebant: & illuſtrium præterea non nulli. Non tranſfugas ſe arbitrantes cum ad ſibi ſimilia tranſiſſent. Nam ſimilia tunc erant omnia. Nec alia ipſis ad communem cum romanis inimicitiam diſſimilitudo inerat: Et eadem imperatorum ſimulatio: quaſi omnes ad utilitatem patriæ auxilium afferrent. Quæ res proniores ad mutationem eoſdem reddidit: ueluti qui omni in loco patriæ ſe opem allaturos crederent: Hæc prætores eorum intelligentes: non legum cauſa potius q̃ munerum & utilitatum imperatores ſuos perpeſſi ſunt. Sic omnia ad ſeditionẽ denuo collapſa: quæ exercitus ad dignitatem contra ſeditionis duces impulit. Interea fames urbem perurgebat. Nihil enim e mari ob Põpeium: aut ex Italia bellorum cauſa diſtributis ad culturam agris ferebatur. quicquid autem ex his fieret: ab exercitibus conſumebatur. Multi adhuc per noctem latrociniis uniuerſam infeſtabant urbem: Et quod deterius erat: nullo timore in omnes craſſabantur. Eius rei culpa potiſſimum ad milites referebatur. Iam multitudo præcluſis officinis duces ſibi erexerat: utpote quæ nullis artibus: aut magiſtratibus neceſſe ſibi duceret in deſolata & exhauſta urbe. Lucio igitur Antonio populari admodum triumuiratus munus deteſtante: aſſerenteq; nullo unq̃ tempore ceſſaturum eſſe: offenſiones multæ in Cæſarem prodibant: amplioreſq; in dies rixæ pululabant. Cultores omnes: qui e propriis expulſi agris potentis cuiuſlibet ſuplices effecti erant ad ſe uenientes ſolus admittebat: auxiliumq; pollicebatur: ipſis ad quecunq; libuiſſet: pari modo opem ſuam offerentibus. Qua ex cauſa Antonii exercitus de ipſo grauiſſime conqueſtus ẽ. Sic Cæſar Fuluiam quæ Antonio contraria eſſent operari faſſus: intẽpeſtiuum illi præparare aiebat bellum: donec Manius maligne admodum Fuluiam tandem in deterius conuertit. Is nempe quieſcente Italia Cleopatram Antonium detenturum prædicabat Inſurgente uero bello q̃ citiſſime ad ſe rediturum fore. Fuluia muliebri paſſione ducta: Lucium ad contentionem ſponte impulit. Egrediente itaq; Cæſare ad reſidua militibus præbenda loca: Antonii filios: qui eum ſequerentur cum Lucio emiſit: ut non amplius apud milites auctoritatis Cæſari q̃ filiis ineſſet. Equitibus igitur Cæſaris ad Brutioru3 maritima: quæ Pompeius olim diripuerat egreſſis: ratus Lucius: ſiue ſponte a ſeipſo cõmentus: equites in Antonii filios emitti: ad Antonii colonias celeri curſu ſe proripuit: multiſq; ad tutelam ſui in unum comparatis: Cæſarem apud milites arguere conatus eſt: ueluti Antonio infenſum. Cæſar econtra omnia ſibi cum Antonio communia: & pacifica eſſe edocuit: Lucium alia ratione inter eos lites ſerere ut triumuiratum oppugnaret per quem colonias ſibi aſcriptas tute demum eſſent habituri. Equites in Brutios ad mandata eius exequenda proceſſiſſe. Hæc præfecti exercituu3: duceſque audientes cum eodem in Theano collocuti: his uerbis conuenere. Conſules quæ patriæ neceſſaria ſolum forent prouidere. Neminem ex Triumuiris illos prohibere. Nulli ex iis qui in Philippis militaſſent agros impartire poſſe: Pecuniaſque in publicum redactas: & condemnationes eorum qui uenales adhuc eſſent non attingere. Antonii exercitum per Italiam æque partiendum eſſe: neque alium ex Italia amplius eligendum. Cæſari in Pompeium militanti duas Antonii legiones tribuendas fore: Alpes patere his: qui a Cæſare in Hiberiam proficiſcerentur: neque Aſinium Pollio

Transfugæ pœna

Manius Fuluiæ fax.

nem prohibere ulterius. Lucium his contentum: custodiam corpori ammouere: intre
L. Antonij simul- pideq; in urbe uitam agere. Hæc per exercitus primores ad inuicem decreta. Ex quib⁹
tas et octauij Cæs. duo postrema illa solum confecta sunt. Et Saluidenus licet inuito eo alpes transgressus
L. ant. octauij Cæs. est. Cum cætera neutiq; fierent uel in longum ducerentur: Lucius Preneste profectus
armorū menu prę- est Cæsarem se uereri inquiens principatus causa circūseptum armis: cum ipse nullo cu
neste p̄fectus. stode in publicum prodiret. Secessit & Fuluia Lepidum sibi exemplo esset referens ut
filiis caueret. Hæc enim in primis Cæsari obiiciebantur: quæ ab utriusq; Antonio pariter
conscripta sunt: Et amici cum epistolis ad eum missi: qui singula edocerent. Q uæ si mi
nime perquirens inueniret: apertius rescriberet. Subito itaq; exercituū præfecti iureiu
rando sancientes: Se quod iustum esset inter imperatores iudicaturos esse: & dissentiē
tes ad idem inducturos: eos: qui cum Lucio erant uicissim postularunt. Non assentien-
tibus illis: Cæsar inuidiose admodum ad exercituum duces: romanorumq; optimos de
his conquestus est. Illi ad Lucium arrepto cursu: ut urbis: Italiæq; misereretur ob ciuili
um bellorum metus deprecati sunt: Aliquem quoq; eligeret: qui medi⁹ inter eos & im-
peratores eorum iudicaret. Erubescente Lucio: non ob ea solum: quæ dicebantur: sed
ob eos etiam qui referent: Manius adaucter admodum Antonium ad nil aliud q̄ in ex
teris pecunias accumulare dixit. Cæsarem exercitus: & opportuna quæq; Italiæ mune
Gallia libertati ribus: & obsequiis sibi asciscere. Celtarum prouinciam Antonio ante concessam decep-
restituta. to eo libertati restitutam esse. Italiam fere omnem octo supra decem urbium loco: mi
litibus attribui: & quattuor ultra triginta legionibus: pro octo ac uiginti: qui una mili-
tassent impendi. Non agros modo: sed pecunias e templis ab eo eripi: quasi in Pōpeium
esset profecturus: ad quod impotens omnino esset: urbe iampridem fame laborante.
Diuidere præmia militibus ut in Antonium eos irritaret: cum quæ in publicum relata
forēt: non uenundare magis q̄ elargiri uideretur. Necesse esse si re ipsa pacem cupiat: eo-
rum quæ constituta forēt subire rationem. In futurum uero quæ communi utilitati cō-
sulentibus uisa sint: ea solum facere. Sic Manius singulari audacia: nec Cæsarem alicu-
ius operis fore dominum: nec Antonio pactionē ullam affirmādam esse censuit: utrūq;
cum iiuncta peregissent: Imperatorem habendum esse & eorum quæ publicæ uenun-
darentur: ad inuicem retinere potestatem. Omnino itaq; Cæsar se ab his oppugnari in
tuens: non nihil uerebatur: & se uterq; eorum præparabat. Duæ legiones olim Cæsari
Ancona urbs paternæ aderant: in Ancona urbe constitutæ: quæ cum Antonio militabant. Hæ utriusq;
que apparatum sentientes: ob cōmunem beniuolentiam: ac familiaritatem uerecundia
ductæ: legatos inuicem misere Romam: qui ambos conciliarent. Cæsare illis referente:
non eum Antonio pugnare se: sed a Lucio oppugnari: exercituum primores allocuti ad
Lucium oratores destinant: qui eum cum Cæsare in iudicium uocarent. Iaz enim quæ
facturi essent: si id recusarent: clare licebat intueri. Lucio conditionem admittente: locus
Gabior⁹ urbs quę nūc gallicanū. causæ diffinitus est: urbs scilicet Gabiorum: inter Romaz Preneste media: & sessio ui
cissim iudicibus ascripta. Tribunalia insuper duo in medio erecta: ueluti indicio facturis
uerba. Primus Cæsar adueniēs: equites ad locum per quem Lucius trāsiturus erat emi
sit: insidias si quæ forte adessent: scrutaturos. Illi equitibus quibusdam Lucii præcurso-
ribus: ac uicissim exploraturis ea loca: obuiaz facti non nullos interemere. Q ua ex cau
sa Lucius aggressionem: ut aiebat ueritus retrocessit. R euocantibus. deinde illum exer
cituum perfectis & tute affuturum illum pollicentibus: neutq; assensus est. Sic conci-
Octauij Cęsaris liationes nullo perfecto opere soluuntur: bellumq; ab utroq; meditari cœptum. acer-
et L. Antonij Ciui bioribus etiam epistolis inter se contendere aggressi sunt. Lucio sex legionum exerci-
le bellū. tus aderat: quas ipse ad cōsulatum accedens cōgregarat. Huic Antonii undeceż aliæ ac-

cesserant: quibus Calenus præsidebat: & hæ per Italiam distributæ omnes. Cæsaris legiones quattuor Capuæ fuere: & prætoriæ quædam circa ipsum. Sex quoq; alias Saluidenus ex hiberia adduxerat. & Lucio pecuniæ a nationibus: quæ minime ab Antonio expugnatæ fuerant. Cæsari uero quas ab omnibus acceperat: atq; expugnarat: Sardis exceptis: & quas mutuo ex sacris retributionis gratiam pollicitus assumpserat Romæ a capitolio: ab Antonio a libanubio a Nemis ac Tybure: quibus in locis thesauri nunc uel maxime sacrarum pecuniarum asseruantur copiosissimi: Nam quæ Italiam extra idem possidebat: eo tempore turbationibus discidiisq; agitabantur Nempe Pompeius ob proscriptiones & exercituum incolatus: Lucii præterea dissensionem ad summum gloriæ potentiæq; peruenerat. Q uicunq; enim pro seipsis solliciti: aut qui propria abstuliſſent: aut rempublicam penitus auerterent: ad illum ferebantur. Alia porro iuuentus lucri causa ad militiam festinans: & sub quo potissimum militaret haud multifaciens: cum ubiq; romanis misceretur: ad Pompeium præcipue inclinabat: ueluti iustiores eligentem partes: & qui ad ingentem opum abundantiam ob prædas mari abactas peruenisset. Naues plurimas haberet: maximum quoq; rerum apparatum. Nam Murcus duas agens legiones sagittarios porro quingentos: pecunias multas. ad hæc naues octoginta: ad illum uenerat: Aliumq; exercitum ex Cephalenia acersierat: Sic ut a nonnullis creditum sit Pompeium si se audacter his rebus intulisset: Italiæ tunc fame: dissensionibusq; laborantis: & ad ipsum inclinantis maxime: fuisse potiturum. Cæterum Pompeio ob inscitiam: non Italiam aggredi: sed opem potius afferre uisum: donec res eius inferiores tandem effectæ sunt. Q uippe Sextius equitum Antonii præfectus in libya: iam antea exercitum iubente Lucio: Fagioni Cæsaris præfecto dederat: & subinde qui reperent ad eum miserat. quo recusante cum eodem gerebat bellum: non nullos ex militantibus: aliamq; libycorum multitudinem: & a regibus q̃ multos in unum congregãs Fagio pugna superatus: utroq; amisso cornu: exercitibus se inuicem suscipientibus: ex proditione id euenisse ratus seipsum interemit. ac confestim Sextius utranq; Libyam assecutus est. Lucius Bocchum Mauritiorum regem ut cum Carrina bellum gereret: qui Hiberiam Cæsari tradiderat adhortatus est: Eneobarbus octoginta nauibus: duabus præterea legionibus: ac sagittariorum: funditorumq;: nec non uelitum & gladiatorum ingenti manu Ionium deprædabatur æquor: Et quæcunq; Triumuirum subiecta imperio depopulabatur. Ad Brundusium quoq; delatus Cæsaris triremes prælio aggressus partem interceperat: partem igne comburẽs: Brundusinis: intra mœnia conclusis: regionem deuastabat omnem. His ex causis commotus Cæsar: militum legionem Brundusium ire iussit: Et Saluidenum in hiberiam euntem magna celeritate ad se reuocauit. unaq; Cæsar: & lucius qui exercitus per Italiam colligerent continue mittebant Exterorum quoq; incitationes maiores minoresue ab utroq; fiebant. Insidiæ etiam plerunq; interueniebant: Verum Italorum beniuolentia utplurimum ad lucium inclinabat: quasi pro ipsis in sortem distributis depugnantem. Neq; solum urbes exercitibus descriptæ: uerum uniuersa Italia timore ducta: ne similia illis pateretur: assurrexerat. Et qui pecunias ex eorum sacris ob Cæsarem abstulerant: ex urbibus expellentes populi: interficiente suæ mœnia in potestate sibi assumpserant: & ad lucium una confluebant: Itidem & ad Cæsarem: qui per colonias ab eo distributi fuerant accedebant: ueluti ad domesticum iam inter se diuisi bellum. Q uibus ex rebus Cæsar Senatum: equestremque ordinem in unum conuocans: his uerbis allocutꝰ est. Despicior equidem satis scio ab his q circa lucium sunt: quasi ob debilitatem: timiditatemue eos minime ulctus fuerim: propter quæ nunc ordines uestros alloquentem me uituperant. Mihi quidem ua-

Lanubio Nemus aricinũ.

lidior in dies exercitus fit: atq; audacior: quicunq; contumelia mecum affectus a Lucio sortione sua spoliatur: omnisq; alius quicunq; adest. ualidiora etiam & cætera exurgūt: una duntaxat sententia excepta. Non enim mihi iocundum ciuilibus concertare bellis nisi ad ea necessitate impellar maxima: neq; in reliquis ad inuicem abuti ciuibus: potissimum ciuili bello: quod a uobis non ex Macedonia aut Thracia audiendum sit: sed in ipsa Italia agendum: quæ ultra tot uirorum cladem atq; interitum tot ingentes calamitates: ueluti stadium quoddam effecta nobis: passura uideatur. Hæc quippe ego addubito: & adhuc testor neq; iniuria me afficisse Antonium: neq; ab illo affectum esse: Soluz uos ut Lucium: eiusq; sequaces arguatis persuadeo: meq; illi ut concilietis uehementer cupio. Quisi mihi non obtemperarint: minusue crediderint: faciam ut uniuersi intelligant: consilii rectitudinem usq; nunc affuisse mihi: non timiditatem. Vos autem ut apud Antonium testes mihi sitis deprecor: & ob Lucii suspitionem una consurgatis. Octauiꝰ Cæsar ad pacē ꝓclinius

Hæc a Cæsare palam dicta. Quorum causa hi denuo Prenestę profecti sunt. Quibus lucius hoc solum rettulit Cur ad horum assumptionem operum uterque eorum delatus esset: dissimulare Cæsarem: qui nuper legionem: ut a reditu prohiberet Antonium: Brundusium emiserit. Manius etiam Antonii epistolam protulit: siue confictam a se: siue uere editam hac sententia pugnaturum se si quis dignitatem eius destruat. Rogantibus iis qui e Senatu aderant: quis dignitatez eius impugnaret: & ob id eos in iudicium uocātibus: Manius plura alia sophisticæ admodum his inseruit: quoad illi infecto negocio abiere: nec ad iudicium cum Cæsare ulterius uenere: siue a seipso unusquisq; renunciaret: siue alia ex causa: siue rubore duceretur. Sic bellum continuo apertum ē. Ad quod Cæsar proficiscens Lepidum duabus cum legionibus custodiæ urbis dereliquit. Ea tempestate multi illustrium: tum uel maxime triumuiratum detestari uisi sunt. Naz ad lucium transiere: omnes. Belli autem principia huiusmodi fuere. Duæ Lucii legiones apud Albam dissidentes. electis ducibus a d defectionez inclinarunt. Festinantibus ad has Cæsare: & Lucio: præueniens Lucius iterum pecuniarum oblationibus: pollicitationibusque leniuit. Firmio deinde exercitum alium ad Lucium ducente: Cæsar Firmium aggressus: accurrentis ad collem exercitus postrema inuasit. Cum nocte ad Sentiaz urbem accessisset: quæ earundem partium dicebatur esse: Cæsar insidias ueritus: minime nocte insecutus est. Orta luce Sentiam simul & Firmii exercitum obsedit. Lucius Romam properans: tres acies præmisit quæ in urbem accurrentes neutique per noctem conspectæ sunt. Ipse magno exercitu equitum: gladiatorumq; processit. Nonio custode per portas illum admittente: & exercitum qui sub eo fuerat exhibente: Lepidꝰ ad Cæsarem aufugit. Lucius Romanos affatus: Cæsarem: ac lepidum nefandi magistratus pœnas continuo daturos esse dixit. Fratrem eius eundem magistratum ultro ponere: & consulatum qui legalior habetur: pro eo accipere: & legittimam: patriamque dignitatem pro tyrannica uelle assumere. Ob quæ exultantibus cunctis: & triumuiratus dignitatem dissolui existimantibus: ipse imperator a populo appellatus: in Cæsarem progreditur: exercitumq; alium ex colonis ab Antonio conditis in unum congregans: urbes in potestatem redegit. Hæc autem Antonii partes sequebantur. Barbatius Antonii quæstor: non nihil Antonio infensus: & ob id reuersus in patriam: interoganti bus dicere solebat: Antonium his q in Cæsarem pro cōmuni eoꝝ potestatez depugnārēt subiraſci. Quæ ex re fere oēs nisi siquis circūuentus esset: Barbatio assentiēs: a lucio ad Cæsarem transibant. Lucius aūt Saluideno cum ingentibus copiis a Celtis ad Cæsarem proficiscenti occurrit. Saluidenuz Asinius Pollio: Vēridiusq; sequebant Antonii prætores qui progredi ulterius ipsuz uetuere. Agrippa Cæsari amicissimus ne Saluide-

L. Ant. oblatus pacis cōditiones a octauio detrectat.

Manius belli fax inter octauiū Cæs. et L. Antoniū

Lepidus ad urbis ꝓsidiū relictus a octauio.

Alba ciuit.

firmius L. Antonij Legatus.

Setia urbs.

Setiā

Nonius urbē lucio Antō. prodidit.

Lepidus exurbe ꝓfugit ad octauiū

L. Antoni? Impator a populo appellat?

Barbatius Antonij quæstor.

Saluideꝰ octauij Cæsaris Legat?

Asinius pollio Veridius

Agrippa octauij Cæs. amicus.

Antonij & octauiū Cæsarē legatj.

nus intercluderetur extimescens: Subrium intercepit: locum Lucio accomodissimum ratus Lucium omisso Saluideno in ipsum motum copias: & Lucio a tergo instãte: Saluideno auxilium afferre posse. Nec eum fefellit opinio nam lucius spe defraudatus uersus Asiniũ Ventidiũq; ꝓcessit. Insurgẽtibus utroq; ex latere Saluideno & Agrippa: opperientibusq; ut illum inter angusta deprehenderent: cum insidiæ apparuissent: Lucius utrosq; aggredi non ausus: Perusiam se contulit: urbem mœnibus copiisq; munitam: iuxtaq; castra metatus est: Ventidii copias opperiens ac simul ipsum: Perusiamq; urbem Agrippa: Saluidenus: & Cæsar superueniens: tribus exercitibus circundedere. Porro exercitum alium Cæsar omni ex parte magna celeritate comparauit: quasi in hoc belli moles uniuersa consisteret: si quis lucium oppressisset. Præmisit & alios qui ad Ventidium uenientibus se obiicerentes: neq; At hi per seipsos accelerare nõ ausi: substitere: prælium neutiq; expectantes Antonii mentẽ adhuc clare discernẽtes: cum ad exercitus imperium iuxta dignitatem neuter eorũ assisteret. Lucius neq; in pugnam progredi ausus plurib; ac longe melioribus bellicosioribusq; incumbẽtibus: cum ipse exercitũ maiori ex parte nouis collectum copiis haberet: neq; ad iter se apponere tot undiq; illum circunstantibus Manium ad Ventidium: Asiniũq; præmisit ut obsesso celerẽ afferrent opẽ: Tissinium etiam cum equitibus quattuor millibus ad diripienda Cæsaris oppida ire iubet ut inde discederet. Ipse Perusiam ingressus est: ueluti munitissima in urbe transacturus hyemẽ si necessitas impelleret: donec Ventidii copiæ accessissent. At statim Cæsar uniuerso exercitu summa celeritate Perusiam uallo: fossaq; præcinxit: sex & quinquaginta stadia complexus ob montuositatẽ urbis brachia longe usq; ad Tyberim ꝓtendens ne quis urbem ingrederetur. Ex aduerso lucius aliis fossis uallisq; in illum nitebatur: montis semitam undiq; communiens. Et Fuluia Ventidium & Asinium: Ateium quoq; & Calenum ex Celtis accelerabat: ut lucio auxilium afferrent: Aliũ insuper exercitum in unũ congregans Plancũ ad luciũ præmiserat. Plancus Romam proficiscente Cæsare: legionem in itinere deprehensam ad itionem fere amisit Asinio ac Ventidio segniter admodum cunctantibus: nundum satis perspecta Antonii uoluntate. Cũ a Fuluia & Manio subinde exciti ad lucium accelerantes: obstantes quosq; reppellerẽt: Cæsar Agrippa comite relicta urbi custodia illis occurrit. Hi neq; insimul cõgressi neq; ea qua decuit celeritate retrouersi Rauenaz unus: alius Ariminum fuga petiere. Plãcus ad Poletiũ iter arripit. Cæsar unicuiq; eorũ seperatim appositio exercitu: ne in unum cõuenirent: Perusiam denuo reuersus: fossas magna celeritate muniuit. profunditatem etiam in duplo adauxit: latitudinez quæ triginta pedes utraq; ex parte excederet adiunxit murum excelsum erigens: & turres ligneas sexaginta pedum in circuitu ad quingẽtas supra mille constituens: pinnis septas densissimis: omnemque alium apparatum a fronte obiiciens: ut non minus absessos quam exterius irruere tentantes repelleret. Hæc autem multis experimentis uariisque præliis inter utrosque confecta sunt: cum Cæsaris milites iaculandi arte præcelerent: Lucii gladiatorum in morem ad congrediendum cominus essent potiores: multosque complexi trucidarent Postquam uero hæc omnia a Cæsare confecta sunt: fames lucium inuasit Eaclades dietim augebatur: quod nihil ab urbe conuectari posset. Id Cæsar intelligentes: custodias diligentius agere cœpit: Antonii solennibus in sequentem diem futuris: Lucius festum obseruans & hostes ea die negligentius custodias acturos putaret ad portas nocte procurrit ueluti præludio quodam alium in eos ducturus exercitum nam magnæ copiæ non nunquam illi aderant. Proxima autem legione ad præsidia existẽte: Cæsare insuper cum prætoriis cohortibus celeri cursu afferẽte opem: q̃primum Lucius pugnãs repel-

Subriũ Locinoñ

Antoni? peruſiã ſe recepit.

peruſiã obſidio

Octam? Cæſ. Antonium peruſiã tribus caſtris obſidet.

Iiſſini? L. Antonij legat?

Ateius Calen? } L. Antonij legati

Planc? Ant. legat?.

Rauena ciuit.

Poletiũ ciuit.

fames peruſina quæ de lucanus.

litur. Hisdem. diebus militibus frumentum Romæ præseruantibus multitudo victoria: belloq; sublata: aperte tumultuari cœpit: & ad domos ciuium delata: ut frumentum scrutaretur: omne quod subinde inuētum est diripuit. Ventidii milites Lucio fame oppresso uerecundia ducti: ut Cæsaris exercitum urbi assistentez ui reppellerent: Perusiā uersus iter capiunt. Agrippa: & Saluideno longe amplioribus copiis aduersum ꝓdeuntibus: ueriti ne in medio amboꝝ clauderentur: ad Fulcinium locū declinarunt qui per sexaginta supra centum stadia a Perusia distat Eo in loco Agrippa eos obseruāte ignes plures excitarunt: per quæ Lucio signa aduentus eoꝝ proderent. Ventidius & Asinius iter pugna faciēdum consulebant. Plancus Cæsaris & Agrippæ in medio existētes quæ faciēda essent præstolari adhuc amplius illis suadebat. Vicit tandē Planci sentētia. Q ui Perusiæ aderant conspectis ignibus exhilarati sunt. Tardantibus ipsis uicissim ab hostibus præpeditos esse demū cessante igne ab eisdem profligatos esse crediderūt. Lucius incūbente fame: noctu iteꝝ a prima custodia ad auroram usq; munimēta omni ex parte oppugnare cœpit. Verum repulsus Perusiam iteꝝ redire cogitur. ibi reliqua cibaria in unum cōportata: seruis dari prohibuit: custodiri insuper eos diligentius iussit: ne qs aufugeret: & extremæ difficultatis cognitio ad hostes perueniret. Deprehēsa est igitur seruoꝝ multitudo ingens qui & in ipsa urbe conciderunt: & usq; ad proprium uallum: pabulum si quod reperissent & ramalia edentes reperti sunt. Hos fame uitam expirantes. Lucius ingentibus fossis obrui mandauit: ne igni imposita cadauera indicium aperirent hostibus: aut putrescentium uapor fetorem cæteris & morbos gigneret. Cum uero neq; famis neq; mortis finis ullus uideretur esse: turbati milites ob instantem cladem: Lucium adeunt: rogantq; ut hostium munimenta denuo aggredi uelit: sperare se per uim ea omnino erupturos esse. Lucium promptitudine eorum commendata. Nō digne inquit iampridem cum huiusmodi necessitas adesset: bello decertauimus: nunc autem si uosmetipsos dedere necesse est: aut si id morte deterius uidetur: ferro dimicare placet: usq; ad mortem censeo pugnandum. Conditione ab omnibus promptissime accepta: ne qua occasio ut in nocte euenire posset: ad auroram se duci: postularunt: quos lucius ante diem mouit. Instrumēta ad euertendos muros ferrea: scalas plurifariam ad uniuersa fabricatas secum ferens. Aduehebat & machinas quasdam ferreis hamis ad superandas fossas peracōmodas. Turres: fixiles: quæ asseres muro appellārēt: omnis generis iacula: lapidesq;: tum crates: quas sudibus iniicerent. Aduolantes itaq; uehementi impetu fossas statim repleuere: lignaq; in transuersum ducta superarūt. Deinde muris propiores facti: non nulli uallū fodere: alii scalas properabant: quidam turres admouētes: nullo mortis habito respectu saxis sagittis: fundisq; nitebant. Et hæc quidē ꝑ partes haud minima gesta sunt. Sed cum hostibus multis ī locis distributis. omnia apud illos infirmiora conspexissent asseribus muros quatientes non sine periculo summa ui depugnabant. Q uippe asseribus ipsis insistentes: sagittis extrāuerso: telisq; omni ex parte petebantur. Tandem uiolentia summa usi: licet pauci murum conscēdere quos alii confestim insecuti sunt. Et fortasse aliquid non sine labore tamē: ac desperatione pfeciſſent: nisi q; optimi ex Cæsaris exercitu: qui in subsidiis constiterant: machinarū huiusmodi inopiam apud eos intuentes milites labore uacuos defessis obiecere. Tum uero præcipites e muris deturbantes: machinasq; conterentes: non sine contētu ex alto ad ima pepulere: quibus in terram ꝓcidentibus arma simul: corporaq; ꝓterebant. Deficiente illis ad clamandū uoce: nō sine promptitudine tamen persistebant. Cum āt eorum qui supra muꝝ expirauerat corpora armis spoliata intuerent facinoris magnitudine cōmoti cōtumeliā ferre nō poterāt: uerū aspectu illoꝝ conturbati parūper quid agerent incer-

Ventidius Inocta uiū mouet ꝯ exitu fulciniū Loci nom.

Seruoꝝ rabies In fame

L. Antoni a perusia tētat eruptionem.

Antonij Milites e manib deturbāt.

ti morabantur: ut gymnicis certaminibus hi qui a labore aliquantulum respirant facere consueuerunt. Sic se habentes miseratus Lucius tuba reuocari imperat. Ob hoc exultantibus Cæsaris militibus: & ut in uictoria mos est arma quatientibus: Luciani dolore exciti scalas denuo assumunt. Cunq; turribus carerēt: ad muros desperatione magna deferuntur: Hos igitur in hostes nihil peragētes: non. n. poterant: circūcurrens Lucius ne frustra pugnare uellent præcabatur. Eoq; modo suspirantes inuitosq; a prælio abduxit. Sic muroꝝ oppugnatio tanto impetu cœpta ac furore in hūc modum desiit. Cæsar ne hostes simili audacia ad muros denuo redirēt: exercitū oēm: qui gestis rebus interfuerat: super mœnia constituit: docuitq; per murum alium alio cōtinue deferri ad tubæ sonum: q̄q̄ nemine cogente ut suis pugnandi peritiaꝫ adiiceret: hostibus uero timor augeretur. Tristicia ob hæc Lucii militibus: ut in talibus fieri consueuit adaucta est: ac custodes derelicta urbis cura uniuersa negligebant ita ut ex simili curia pleriq; dictim ad hostes pertransirēt: neq; abiectiores tantum: sed ex primoribus non nulli id agerent. Versus est itaq; ad conciliationem Lucius tantæ multitudinis: quæ in dies deperibat misericordia commotus: iterumq; ab inimicis quibusdam Cæsaris: qui pro seipsis uerebantur: persuasus ab incepto destitit. Postea uero q̄ Cæsarem transfugas ad se uenientes benignius suscipere: multorūq; impetum ad conciliationē inclinare uidit: dubitare cœpit: ne illis aduersando & ipse traderetur experiētia quadam ad id facta: nec incerta spe. Exercitum igitur in unum conuocauit: quem hisce uerbis allocutus est. Mens mihi fuit o commilitones patriā uobis restituere: rem. p. tyrannidē triumuiroꝝ & principatum intuēti sed nec occasio affuit: Cassio Brutoq; defunctis: Lepido insuper magistratus sui parte spoliato Antonio longe a nobis pecunias duntaxat in unum colligēte: tunc hic solus ad uoluntatē eius cuncta ministraret: romanoꝝ respu. ut figura quædaꝫ & irrisio effecta esset. Ea propter ad libertatē pristinam popularē statum immutare cupiens cum præmia militibus petita traderent: monarchiam dissoluere arbitratus sum. Cunq; nihil ꝓfeciſſem: in consulatu meo necessitate id quadaꝫ efficere tentaui. At hic non mediocri me apud milites calumnia affecit quasi sortiones ipse phibuisse agricolaꝝ ductus pietate. Hoc profecto diutius me latuit. Sed neq; cum intellexissem quicq̄ in animum induxi meum. Incolas qui sortiones uobis præbituri essent ad me inclinantes intuens. Verum non nullos hæc calumnia ad ambitū induxit. & ad illum ueluti in nos pugnaturi ut existimant delati sunt cum tēpore a seipsis militare formidantes. Hæc ego uobis testor: qui potiora elegistis & ultra posse tam ingētia mala ꝓpessi estis: Victi quippe sumus non ab hostibus sed a fame quoniā a præfectis nostris derelinquimur. Mihi quidem honeste cesserit pro patria ad extremam pugnasse fortunam & honestam laudem usq; in finem a conficientia mea suscepisse. Sed neꝓpter uos deficiam: quos gloriæ meæ fautores semper habui. Mittam ad euꝫ in cuius manu potestas est rogaboq; ut ꝓ salute uestra me solum arbitratu suo enecet: uobis mei causa ueniam impendat: ciuibus & militibus quondā suis: & qui nihil usq; nunc inique peregistis: nec nisi honesta ex causa induistis arma: nec bello magis q̄ fame superati estis. Sic ille locutus est nullaq; interposita mora tres ex portioribus: qui pro cæteris uerba facerēt ire monuit Multitudo iureiurando assensum præstitit cum quidā ipsoꝝ gratia: alii imperatoris mente ducerent ut qui optimus & demotraticus illis uideretur: & extrema tandē necessitate est superatus. Tres illi ad Cæsarē ꝓfecti exercitus utriusq; genus & eiusdē nationis edidere uiros & qui una aliquādo militassent Affinitas etiā illustriū: & parētum uirtutis meminere: q̄ neq; ad implacabilem seditionē eos impulissent: & quæcunq; alia his similia ad sedandū eum rettulerūt. Cæsar partem eoꝝ insolentem intuens partē pro sortionibus ultro de-

Athletarū mos incertaminib?

victor miles arma quatiebat.

L. Antonij oro ad exercitū.

L. Antonij legatos ad doctauiū ejsse mittit: qui deditionē faciant.

Octauij Cęsaris responsio ad Antonij legatōē.

pugnantem arte usus in hunc modum reddidit. His qui sub Antonio militiā egissent: ponte ueniam elargiri uelle ueluti qui gratiā illi redderet: alios ut uoluntati suæ se subiicerent edicere. Hæc in conspectu omnium ab illo dicta. Vnum deinde ex tribus Furnium priuatim ad se euocans: maiore caritatis spe erga Lucium: cæteroscp propriis exceptis hostibus incendit. Q ui igitur Cæsari aduersabantur: seperatim Furniū cum eodem locutum esse: eorum caula suspicati redeuntem conuiciis insectati sunt Luciumcp ut uel pro ipsis cum cæteris iniret fœdus: uel ad necē usqp depugnaret exorarunt. Non enim priuatim ipsis inimicum Cæsarem: sed communem pro patria hostem extitisse.

furni? L. Antonij legatus.

Lucius commendatis ipsis collegarum misericordia & caritate ductus: alios ad id mu-

L. Antonius ad octauiū spōte pfect?

nus eligere uelle ait: & neminem se potiorē esse inquiens: nullo præcone comitatus iter arripit. Præcurrentibus nonnullis qui Cæsari Lucium aduenire nunciarent. Cæsar obuiam illi prodiit. Conspicui itaqp ad inuicem apparuere: amicis comitati: præclari quoqp eodem uestis ornamento: militarem in modum pariter amicti. Lucius sepositis amicis: cum duobus lictoribus progressus est: simul mentem eius aspectu indicans: quem Cæ-

Cōgressus octauij Cęs. & L. Antonij.

sar proficiscens ad exemplum imitatus est: quasi beniuolentia quadam erga illum teneretur. Lucium deinde ad uallum properantem intuēs: ut palam omnibus se ad eū conuersum faceret. præueniens e uallo progressus est: ita ut Lucio consulendi de se: ac iudicandi libertas esset: In hunc modum se a nutu: uesteque indicants ad inuicem congressi sunt. Cum autem supra fossaz cōstitissent: salute inuicē accepta: redditaqp. Lucius prior

L. Ant. ōro ad Cęs.

hæc loqui orsus est. Siquidem exterus essem o Cæsar: turpe mihi existimarem in hūc modum a te bello superatum esse turpiorem adhuc deditionem a me factam ducerem cuius dedecus itaqp erubescentiam facile a me ipso potuissem euitare. Ex quo uero cuz ciue contendere ac collega pro patria contigit neutiqp indecorū mihi arbitror huiusmodi occassione tali uero in bello concessisse. Hæc quippe refero qui minime quæcunque uelis pati recuso. ob hoc enim in hunc tam ingentem: nullo fœdere a te habito: pfectas sum exercitum: sed ut aliis ueniam: & tuis congruentem rebus iuste expectam. Oportet autem hæc me indicantem orationem pro illis & me æque diuidere: ut harum rerū causam a me processisse intelligas: & in me uno iram tuam esse colligendam. Neqp fiducia commotum quicq̄ reprehendere uelle existimes. Intempestiuum id quidem sed ut

L. Antoni? cur in octauiū Cęsarē bellū mouit.

ueritati potius ī̄itar: quæ nemini me excepto nota est. Ego bellum cōtra te suscepi Cæsar: non ut te superato principatum mihi assumere sed ut optimam rempublicam triumuirorum potentia patriæ nostræ ademptam in melius restituerem quod nec ipse arguis. Nam cum in unum conueniissetis: fassi id imperium per iniquum esse: ut necessarium & tempori accommodum esse iudicastis: Cassio: & Bruto persistentibus adhuc cum illis conciliari minime possetis. At uero defunctus illis qui dissensionis huiuscæ capita fuere: aliorumqp reliquiis si quæ extiterant penitus extinctis nō bellantium illa respublica. sed uos formidantium uisa est. Igitur quinquennii finiente principatu magistratus ad patrios mores reuocandos duxi non fratrem patriæ anteponēs quem redeuntem ad id compellere ultro credidi idqp ut fieret in consulatu meo properaui. Q uod si ipse occepisses solus eius rei gloriam assecutus esses. Ex quo igitur ut pares minime tibi suadere potui. Romam proficiscens p uim ad id inducere putaui: ciuis existens: & notus & consul. Hæ igitur suscipiendi a me belli causæ extitere. Hæ inquam solæ non frater non Manius nō Fuluia non sortiones eoz̄ q in Philippis depugnarūt.

L. Antoni? cur animā corruperit in octauiū Cęs.

Non deniqp agricolaz̄ misericordia qbus ꝑpria auferebant. Ex quo fratris mei legionibus q habitacula tribuerēt īpēd iq plura ab agricolis demētes militibus ascriberēt. Sed tu hac me infamia apud eos aspersisti belli causaz ad sortiōes: a te trāsferens: q̄ ratio po-

ſſimum eos inuoluens in me cõuertit. Non enim ſub me militare amplius: aut ut ini-
que agentem ope proſequi conſili ſunt. Diſſimulare etenim bello utentem te oportuit
ut victoriam aſſequereris & ſi hoſtis patriæ eſſes me hoſtem iudicare: in his quæ illi con
ferre uidebantur ob famem conſulentem. Hæc ipſe tibi refero me tuis concredens ma-
nibus: quicquid de me deliberes ut dixi clare effundẽs qualia de te prius ſenſi & adhuc
ſentiens ſolus ad te proficiſci uolui. Hæc pro me dixiſſe ſat erit. Pro neceſſariis autem
manius meis: amiciſq; & uniuerſo exercitu: niſi ſiquid de me ſuſpicari maius quæ utiliſſima tibi
ſunt aperte conſulam. Nihil inique eos ob mutuam inter nos contentionem egiſſe ani
mo neq; hominem quempiam fortuna utentem in re dubia prohibere eos qui in caſi-
bus & opportunitatibus propter te pericula ſubire uelint: cum ex lege tua intelligãt dif
ficulter ſaluari poſſe: niſi uincerit. Sin hoſtile cõſilium ut ſuſpitioſum & infidũ reſpuis:
hoc te adhortari audeam ne amicos meos ob delictum fortunamue punire pergas: ſed
in me unum uniuerſa ingeras cunctorum cauſam ex quo illos ab ſententia mea peni-
tus abſolui. ne forte exiſtimes audientibus illis pro meipſo ſtudioſæ uerba facere. Hæc
cum dixiſſet Lucius & ſubinde ſiluiſſet: Cæſar in hunc modum illi reddidit. Sine fœde octauij Cæſaris
re ad me uenientem te intuens o Luci: e caſtris propriis q̃celerrime obuiam profectus ad L. Antonium
ſum cum exterius adhuc eſſes: ut tui compos per te conſulere: & ea dicere & facere poſ Reſpoſio.
ſes quæ utilia tibi eſſe arbitrareris. Poſtq̃ uero delinquentium in morem & peccata ſua
confitentium teipſum poteſtati meæ ſubiicis: nihil ulterius habeo quod redarguam ex
his quæ in me diſſimulanter admodum mentitus es. A principio quidem me lædere in
ſtituens: nunc uel maxime lædis Fœdera etenim mihi imponens a uictore & iniuria pa
riter affecto conſecutus es: cum te amicoſq; tuos & exercitum ſine fœdere mihi credidi
ſti. Iram ademiſti omnem: poteſtatem quoq; eripuiſti mihi quam ex neceſſitate fœdus
tibi impartiens attribui: quos æquius expugnaſſe fuit: & uos quæ obueniſſent patien-
ter ferre. Veruz quæ me digna ſunt præponere inſtitui per deos: per meipſuz & te Lu
ci: hac ſpe qua erga me fidenter uſus acceſſiſti: neutiq; te falli ſinam. Hæc inter ſe locuti
ſunt: uelut e commentariis quibuſdam referentes elata uoce: quoad licuit quæ dicturi
fuerant ex animo prius meditati: ſeq; inuicem cenſentes. Cæſar Lucium laude & admi-
ratione proſecutus eſt: q; nihil ut in aduerſis imprudenter ignaueq; dixiſſet. Lucius Cæ
ſaris modeſtiam: breuitatemq; loquendi uel maxime laudauit. Reliqui eorum quæ di-
xiſſent ex utriuſq; aſpectu facile tulere ſententiam. Lucius deinde ad Tribunos militum
miſit ut exercitus ſignum a Cæſare expoſcerent. Illi militum numerum ad eum detule-
runt: quæ conſuetudo nunc etiam a noſtris obſeruatur. Moſq; eſt Tribunum ſignum Deditionis mos.
expetentem diurnalium librum afferre regi: exercitus numerum præſentis continen- Teſſeram petebant
tem. Illi igitur ſignum aſſumentes cuſtodias quoq; ad manus habere. Cæſare quæ ab Imperatore
ſua eſſent utroſque ea nocte cuſtodire imperante: cum illuxiſſet ſacrificia iniit. Lucius Trib. militũ.
exercitum ad illum miſit: arma deferentem: & ueluti in agmine ad iter apparatum.

Milites Cæſarem ut imperatorem a longe ſalutarunt. Legiones quoque per partes
ſtatuentes. eo in loco: quo idem iuſſit firmauere ſigna qui ſortiones depoſcebant ſcilicet
ac tyrones ſeperatim ab illis diſtributi. Cæſar rite peractis ſacris lauro redimitus: quod Laurus victoriæ
uictoriæ ſignum erat: tribunal aſcendit: omnibusq; ut arma ponerẽt eo in loco quo con Signũ.
ſtiterant edixit. Cum depoſuiſſent qui ſortiones expectabant: proprius accedere mo-
nuit. Quibus cognitis ingratitudinem eorum improbauit: miniſque contẽtus:

Hoc enim facturum eſſe illum: iam antea cognouerant. Cæſaris igitur milites: ſiue
conſulto moniti: ut in rebus plerumque ſolitis: ſiue paſſione ducerentur ut ad uiros
domeſticos atque neceſſarios: deſtitutis ordinibus: quibus præſidebant. Lucius

propius mouere gradum: ac ueluti commilitonibus suis circunfusi: arctusq; complexi fletum edidere; Cæsaremq; pro illis precari cœpere. Nec prius a clamore temperatum est: ipsis inter se complexis: & cõmunicantibus dolorem tyronibus quoq; idem factitãtibus ita ut nihil inter eos diuisum aut diuidi posse uideretur: q̃ Cæsar a sententia propria excussus est. ut uix clamorem cohibens: his proprios milites quiuerit affari. Vos o commilitone sic continue midi aduersamini quasi nihil a me feliciter possitis cõsequi. Ego nuper militantes: ex necessitate cum Lucio militare existimo. Eos igitur plerunq; nobiscum assuetos: & nunc a nobis conseruatos: alloqui in animo statueram: quid a nobis passi aut qua gratia indigni habiti: aut quid ab aliis maius expectantes: in me uosq; ac seipsos arma mouerint. Hæc. n. in quibus defatigator ad sortionem pertinent: quaꝝ pars ad istos spectat. Q uod si annuitis & id intelligam non suadẽtium sed incessanter deprecantium esse signum: quæcunq; cupieritis ultro indulgeam. Discedent quippe a reoꝝ numero impune illi: qui in futurum paria nobiscum sentient. Vtrisq; pollicentib9 gratiæ: uotaq; in Cæsarem reddita ac non nullis eoꝝ quosdam attribuit ut susciperent: Multitudinem uero tabernaculum eo loco in quo prius consederat collocare iubet: donec urbes ad hyemandum opportunas & aduersantes in urbibus illis traderet. Ipse p tribunali sedens Lucium e Perusia cum Romanoꝝ legione ad se uenire iussit. Venere igitur plurimi e Senatoꝝ numero: plurimi etiam ex equestri ordine aspectu mœsto & miserando: ut in subita mutatione persistentes. Et cum perusiam egressi essent: custodia urbi apposita est. Accedentibus illis: Cæsar Lucium penes se constituit: alii alios ex Cæsaris amicis Alios duces turmaꝝ susceperе: præmonitos omnes in honore: & insigni custodia futuros esse. Perusinos autem e muris deprecantes: sine Senatu exire monuit: uenientibus quoq; indulsit. Senatores custodibus attribui mandauit: qui nõ multo post interfecti sunt: Lucio Emilio excepto. Is Romæ cum iudiciuꝫ de. C. Cæsaris nece haberetur: absolutionem protulit: & ut omnes idem facerent: quasi solutos omni odio suasit. Perusiam Cæsar militibus prædæ subiicere statuerat. Verum Cestius quidam insolentior: qui prælio gesto in Macedonia Macedonicum se olim appellauerat: domum propriam incendens se suaque iniecit igni: Hunc uenti insurgentes per urbem effudere. Sicq; uniuersa ciuitas consumpta est. Vulcani duntaxat templum super fuit. Hunc finem Perusia habuit uetustatis gloriam & dignitatis in se continens: quam ab Tyrrheniis iampridem in Italia conditam: inter duodecem primas urbes fuisse memorant: & ob id Iunonem Tyrrenioꝝ morte in ea coli solitam. Q ui reliquias urbis ex sorte delegerunt: Vulcanum deum patrium Iunonis loco statuere. Postridie Cæsar inducias concessit omnibus. Exercitus neutiq; a tumultu conquieuit donec non nulli ex illis necarentur: & erant hi potissimum Cæsaris hostes: Canutius scilicet: & Caius tum Flauius: Clodiusq; bithynicus: alii quoq;. Et hic finis Lucii obsidionis in Perusia fuit: bellũq; hoc modo dissolutum est: quod omnium grauius ac diuturnius in Italiam futurum timebatur. Nã Asinius statim & Plancus: Ventidius insuper: & Crassus: Ateiusq; & quicunq; eiusdem factionis extitere: exercitũ aut contemnẽdum deducentes tres. n. supra decem legiones equites quingentos supra mille pugnaces habebant rati potissimam huius belli partem ex Lucio pendere: ad mare alius alio itinere profecti sunt: quidam Brundusium: alii Rauenas: non nulli Tarentum. Fuere qui ad Murcum posicerentur; Eneobarbum: alii qui ad Antonium se transferrent. Subsequentibus continue Cæsaris amicis & inducias illis offerentibus & recusantes clade aliqua circa pedites maxime afficientibus. Ex his solus Agrippa: duas plancuꝫ legiones: quæ in cameriis relictæ fuerant sibi tradere suasit. Effugit & Fuluia comitantibus filiis in Dicearchiam.

Octauij cęsaris repręhẽsio ad suos.

L. Antonius e perusia ad octauiũ cęsarem.

Perusinoꝝ senat? ab octauio cęsare securj percussus.

L. Emilius ab octauio cęs. quare seruat?

Cęstius Macedonicus

Perusia igni absũpta

Templũ vulcani ab incendio illęsum.

Canutius Caius Flauius Clodius bithynicus

ab octauio occisi

Asinij Planci Ventidij Crassi Ateij

fuga. Ant° superato.

Rauẽnę ciuit.

Plancus legiones duas Agrippę tradidit

futuię & urbe fuga.

Ex Dicearchia uero Brundusium accessit: equitibus tribus millibus illam subsequentibus: qui a prætoribus ueluti ductores ad eam missi fuerant. Eo ex loco nauibus quinq; longis comitata: quæ a Macedonia aduenerāt: aliis quinq; prius existētibus iter cœpit: cum qua & Plancus una profectus est: exercitus residua ob timorem delinquens: quæ Ventidium imperatorem sibi delegere. Asinius & Eneobarbus amicitiam cum Antonio inire decreuerunt: miserecq; ambo ad Antonium: transitum: commeatumq; ut in Italiam celerrime ueniret pollicentes. Inter hæc Cæsar alium Antonii exercitum: quem Fufius Calenus magnis copiis circum alpes deducebant: Antonium iam infensum sibi existimans: assumere tentabat: ratus si in amicitia idem permansisset: exercitum sibi conseruare, sin hostis ferret: magnam uim adiicere suis rebus. Id cum facturus esset: nec in decorum uideretur: Calenus morte præuentus est. Sic Cæsar ad utrunq; occasionem nactus: ac illuc proficiscens: exercitum assumpsit. Celticam insuper prouinciam: hiberiamq; suscepit: quæ olim Antonio parere consueuerant: Fufio Caleni filio ex nouitate pauefacto & uniuersa sine armis ullis exhibente. Sic Cæsar uno opere legiones undecem: prouinciasq; ingentes consecutus: prætereos earum magistratibus absoluit: propriisq; appositis ad urbem se conuertit. Antonius hyemę persistente adhuc legatos: qui ad eum sortionum causa perfecti erant: penes se detinuit quæ mente conceperat occultius cohibens. Ex Alexandria deinde Tyrum profectus: Ex Tyro Cyprum: Ex Cypro uero Rhodum: & Asiam enauigans: quæ in Perusia facta erant intelligit. Fratrem igitur: Fuluiamq; causatus: & in primis Manium Fuluiam Athenis morantem repperit ex Brundusio profectam. Iuliam porro matrem ad Pompeium fugientem: qui clariores circa illum extitere ex Sicilia triremibus ad eum præmiserunt. Lucius autez Libo Pompeii socer: & Saturninus & alii quicunq; Antonii magnificētiæ utilitate ducebantur: ut cum Pompeio societatem iniret unaq; cum illo in Cæsarem insurgeret: enixe suadebāt. At ille gratias Pompeio q̄maximas habere recepta matre professus est: easq; in tempore redditurum fore. Se quidem si cum Cæsare pugnandum esset. Pompeio ut socio in bello usurum. Sin in his: quæ pollicitus erat pmansisset Cæsar: daturum operam ut Pōpeium illi conciliaret. Sic ille respondit. Cæsar uero e Celtis in Vrbem proficiscēs ab his: qui ex Athenis uenerant: Antonii responsum satis intellexerat. Cæterum rei effectum haud clare intuebatur. Itaq; qui sortiones suscepissent in Antonium irritare pergit: ueluti Pompeio agrorum cultores reducere tentante: quos ipsi possiderent. Multi quippe ex illis ad Pompeium se contulerant. Et quanq̄ ea persuasio facile eorū animis hæreret: tamen sortiones sibi assumpserant: prompte in Antonium capiebant arma. Tanta illi uictoria in Philippis habita: apud omnes gloriam attulerat. Cæsar Antonio: Pompeioq; & Eneobarbo armatorum multitudine longe superiorem sese existimans: habebat enim ea tempestate legionum quadraginta haud inferiores copias: tamen cum classem nullam obtineret: & tempus ad eam præparandam minime sufficeret: Illi quingentas naues possiderent: ne Italiam circumnauigantes fame opprimerent: non inepte uerebatur: Hæc igitur animo contemplans: uirginibus q̄pluribus in connubium oblatis: ad Mecenatem misit: ut ex iis Scriboniam: quæ Libonis Pompeii soceri soror erat connubio sibi adiungeret: ut si conciliatione opus esset occasionem ad id promptam & paratam obtineret. Id intelligens Libo ad necessarios & ipse misit: & ut sponsionem eaz cum Cæsare inirent persuasit. Cæsar Antonii familiares: & exercitus: quos suspectos habuit: occasione assumpta alios alio demittere curauit. Et primum quidem Lepidum in Libyam: ex decreto sibi traditam præmisit: sex Antonii legiones suspectiores deducentem. Lucium deinde ad se euocans ad fratris beniuolentiā adhortatus est: ut si qua An-

octauij cęsaris verba ad L. Antoniū.

tonii sententia subesset: animo eius proprium illi crimen obiectaret. Exprobauit autem illi ingratitudinem; qui tanto in honore apud ipsum habitus: nihil de Antonii mente ret tulisset: qui palam cum Pompeio conueniisse diceretur. Hæc ego tibi fidens edisseram inquit. Defuncto Caleno exercitum: prouinciasq; sub illo positas: ne principatus sui par te fraudaretur: per amicos proprios Antonio disponere curaui: nunc insidiis eius appa rentibus: omnia illa mihi subiicere instituit: teq; ad fratrem si abire cupis adhibita uenia facile concedo. Sic illum affatus est: siue ut Lucium tentaret: siue ut quæ ab eo dicta es sent: ad Antonium deferri cuperet. Lucius ut a principio iterum locutus est. Ego Fūl + uiam monarchiam esse intelligens: fratris mei exercitibus ad omnium uestrum directio nem usus sum. Quod si nunc ad monarchiæ euersionem accedit frater clam palamq; illum proficiscar pro patria contra te gesturus bellum: q̄q̄ erga me beneficum expertus sim. Sin idem dicit: & cum collegis ad id decernere intendit: tecum pariter in ad illum as sumam arma quousq; te monarchiam constituere nolle intelligam. Hoc. n. pro patria semper anteponam: gratia simul: genereq; reiectis. Sic Lucius rettulit. Quem Cæsar ut prius admiratione prosecutus neutique se inuitum & reluctantem ad fratrem missu rum esse ait. Cæterum tanti uiri fidei hiberiam omnem: exercitumq; in ea existentem: Speduceo: & Lucio præturam gerentibus: uelle committere. Sic Cæsar Lucium cum honore pariter: ac dignitate a se dimisit: ab his: qui sub eo militabant: haud aperte custo ditum. Fuluiam interea morbo laborantem Antonius in Sicione dereliquit. Ipse e Corcyra in Ionium classe peruenit: haud ingenti uectus exercitu: nauibus solum ducen tis: quas in Asia perfecerat enauigans. Sentiens deinde Eneobarbum magno exercitu & ingenti classe ad se properare: cum nonnullis haud satis tutum ex induciarum præmis sione uidetur. Fuerat enim ex his Eneobarbus: qui in causa pro Caii Cæsaris nece ha bita: in damnatorum numerum relati ulterius inter proscriptos habebantur: & in Phi lippis contra Cæsarem & Antonium arma sumpserant. nihilhominus nauigare perse uerauit: & nauibus quinq; præstantioribus euectus: ut fidem illi præbere uideretur: reli quam classem ex interuallo subsequi iussit. Eneobarbo deinde uniuerso exercitu: & clas se: celeri remigio ad eum nauigante: Plancus Antonio proximus: formidine correptus est. Et ut cursum contineret: aliquosq; ad Eneobarbum periclitandæ rei causa: ut ad uirum ambiguum emitteret admonuit. Antonius fœdere recepto: mortem prius subire uelle inquiens: q̄ formidine prælata salutem adipisci: nauigare pergit. Iam in conspectum uenerant: & rates præcedentes ex signorum uexillis apparebant: & ad cursum ut se inuicem adirent hortabantur: cum lictor Antonio ante proram assidens: ut mos fuit: siue q̄ ambiguum illum uirum ignoraret: qui tanto exercitu proprioq; ad eos nauiga ret: siue a generositate animi id expromeret: ut inferioribus dignitate uiris: signum e nau i deponere imperauit: Quod ab illis factum est: nauemq; ad Antonii latera nauis ap pulere. Ibi se inuicem dignoscentes complexi sunt Domicii exercitus Antonium impe ratorem appellauit. Quo facto: uix tunc quidem Plancus fiduciam assumpsit. Antoni us Eneobarbo intra nauem propriam recepto: in Paloentam adnauigauit: quo in loco peditatus eius seruabatur. Eneobarbus tabernaculum egressus Antonio loco cessit. Inde ad Brundusium uenere ambo qui locus a cohortibus Cæsaris custodiebatur. Brū dusini Eneobarbo ut hosti ueteri: Antonio ut hostem adducēti clausere portas. Antoni us aio turbatus: & id lenocinio quodam fieri existimans: re aūt Cæsaris mandato pro hi beri aditu urbis: Isthmum muro pariter: fossaq; ualauit. Est autem ea urbs insulæ i mo dum telluri adiecta: stagno lunæ in formam circūclausa. ita ut precisso colle: & muro cōmu nito: neutiq; ex cōtinenti ad illam ire liceat. Portum igitur Antonius magnitudine am-

L. Antonij responsio ad octauiū cęsarē.

L. Antoni ad frēm missus ab octauio.

Cęs. Spēdue? ptor. Lucius

Antoni? Initaliā venit

Domitius Aeneobarb inter proscriptos

Antonij audacia

Paloenta ut Polenta } ciuitas.

Ant. brūdusio nō receptus.

Brudusij situs et portus.

Antonius ex asia rediens in octauiū Cęsarē bellū mouet.

plissima:insulasq; in eo existentes:crebris custodiis omni ex parte circũsepsit:& ad maritima Italiæ præmittens:ad opportunitatem incitabat omnes. Iussit & Pompeius Italiæ inferre classem:& quecunq; posset bello inuadere. Ille Menodorum magna classe:quatuor legionum instructum apparatu in id bellum misit:qui Sardiniam Cæsari parentem:duasq; in ea legiones sibi assumpsit:ob Antonii conspirationem cum Pompeio:metu territas. Italiæ itaq; Sigiuntam in Ausonia Antoniani sibi uendicarunt. Thurios & Consentiam Pompeius obsedit. regionem quoq; equitibus attribuit. Cæsar subita aggressione omnibus in locis confestim facta:Agrippam:qui Ausoniis bello laborantib⁹ afferret opem in primis misit. Agrippa ex itinere:qui tellurem ex sorte consecuti erant: ex interuallo sequi iubet:quasi in Pompeium sumpturos arma. Illi ex Antonii sententia hæc fieri intelligentes:clanculum ad propria uertere gradum:quæ res Cæsarez maxime conterruit:Brundusium itaq; proficiscens alio comittante exercitu his ipsis casu obuiat admonetq;:& qui ab se in coloniis distributi fuerant uerecundia correptos iteruz reuocat:inter se secrete uoluntates Antonium Cæsaremq; inuicem conciliare uelle:ut si non obsequeretur Antonius:ipsi Cæsari opę adsisterẽt. Cæsar in Canusio p non nullos dies morbo cõflictatus ẽ. Omnino igitur ſucundum multitudinez Antonio superior:Brundusium adhuc circunuallantes repperit:nec aliud q̃ prope assidens castrametabatur:& quæ fierent intentus obseruabat. Cæterum Antonius munitiora quæq; facile adeptus utpote qui multo plura tute expugnare posset:exercitum ex Macedonia summa celeritate ad se euocat. Interim circa uesperam naues longas rotundasq; clanculum populari multitudine replere statuit:quæ deinde per diem ex interuallo nauigantes atq; armatæ cursu caperent:ueluti e Macedonia tunc primum redeuntes:ut intuẽte Cæsare:machinas ab illo destitutas ipse inuaderet:quibus Brundusinos aggredi sperabat:turbato Cæsare q; nihil illis presidii afferre posset. Circa uesperam utrisq; nunciatur Sigiuntam ab Agrippa occupatam fuisse. Pompeianos a Thuriis reiectos:circa Cõsentiam adhuc habere castra pro quibus Antonius conturbatus est. Cum uero Seruilium ducentis supra mille equitibus stipatum ad Cæsarem transisse nunciatuz est Antonius nulla inter posita mora:ab ipsa statim cœna:cum amicis: quos paratos repperit: & equitibus fere quatercentis audacissime prouectus:mille & quingentis circa⁹ Yriam urbem quiescentibus:celeriter inuehitur:eosq; nullo marte sibi ascisit:Eademq; die Brundusium iterum redit. Sic Antonium ut inuictum belli opinione in Philippis acti uerebantur omnes. Qua gloria insuper elatæ prætoriæ cohortes:quæ cum illo militabant: ad Cæsaris castra per partes proficisci ausæ sunt:& cum eo castra metantes:cõuiciis incesſere:q; ad oppugnandum Antonium una conueniſſent:qui eos in Philippis saluos præstitisset. Reclamantibus illis q; in ipsos pugnaturi potius ueniſſent:sermones inter astantes cohorti:conuitiaq; ad inuicem obiecta. Antoniani:exclusionem Brundusii:ac Caleni copiarũ surreptionem referebant. Cæsaris milites econtra Brundusii exclusionem:obsidionem que exprobabant. Ausoniæ præterea excursionem:quoq; cuz Eneobarbo percussore Caii Cæsaris:ac Põpeio cõmuni hoste iniſſent fœdus. Postremo Cæsaris milites quæ mente continebant cæteris aperiunt:q; Cæsarem uidelicet secuti essent:neutiq; imemores Antonii uirtutis:sed conciliationem inter utrosq; meditati:in Antoniuz si abnueret sumpturi arma:& hæc etiam Antonii uallo appropinquantes referebant. Duz hæc inter eos agitantur:subinde Fuluiam decessisse nunciatum est:quæ ex Antonii querelis ualitudine correpta:ob eiusdem iram morbum sponte produxisse ferebatur. Egrotantem quippe reliquerat:neq; cum relinqueret adierat Visum est itaq; utrisq; eius mortez in rebus haud quaq̃ contemnendis permaxime conferre:muliere ambitiosissima e me-

dio ſublata: quæ Cleopatræ zelo tam ingens exuſcitaſſet bellum. Eius obitum Antonius perfacile perpeſſus eſt: ut pote qui mortis ſuæ cauſam a ſe prodiiſſe ſciret. Erat Lucius Cocceius Cæſari & Antonio pariter amicus: & qui ſuperiore æſtate cum Cecina in Phœniceam a Cæſare legatus: Antonium adierat. Is redeunte Cecina: cuꝫ Antonio moram trahens cõmoditate temporis ad hæc ſumpta ſe ad Cæſarem iturum: quaſi illũ inuiſurus ſimulauit. Annuente Antonio idem tentandi gratia: an aliquid ad Cæſarem nunciari uelit interrogat: litteras eius cauſa: ſe delaturum eſſe ſpondet. Cui Antonius quid ad inuicem ſcribemus inquit hoſtes exiſtentes: niſi ut calũnias mutuo loquamur? Has enim p Cecinam iampridem ſcripſi: quaruꝫ ſi cupis antigrapha ultro accipe. Quo dicto ridere cœpit. Ad hæc Cocceius non ſinam inquit Cæſarem hoſtem dici: qui talem erga Lucium cæteroſq; Antonii amicos ſe præſtiterit. Tum ille qui e Brunduſio inqt me excluſerit: nationeſq; mihi ſubditas: & exercitum tam ingentem ſub Caleno eripuerit: hic amicis beniuolus ſolum tibi apparet: At is non amicos meos ſaluos eſſe: ſed pro beneficio inimicitiam reddere uelle uidetur. Cocceius de quibus quereretur ĩtelligens: nihil ulterius acerbitatem eius irritare auſus: ab eo ad Cæſarem tranſiit. Qui cum illum aſpexiſſet: cur non celerius ad eum rediiſſet admiratus ẽ. Non equidem inquit fratrem tuum: ut inimicus mihi eſſes conſeruaui. Tum ille: quid hoc inquit: Amicos inimicos uocas: & exercitus illis eripis & prouincias? Ad hæc conuerſus Cæſar: Non defuncto Caleno inquit: neceſſe fuit adoleſcenti filio, abſente Antonio: tam ingentes concredere copias: quibus Lucius irritatus deſæuiret. Aſinius & Eneobarbus propinqui in nos uiciſſim uterentur: ex quo Planci legionem ſumma celeritate ne ad Pompeium tranſiret intercepera: nam equites eorum in Siciliam delati ſunt. Ad hæc Cocceius aliter inqt hæc uerbo referuntur: quibus nec fidem adhibuit Antonius: quouſq; a Brunduſio ut hoſtis excluſus eſt. Tum Cæſar nihil huiuſmodi ſe mãdaſſe: aut aduentum eius cognouiſſe ait: neq; cum hoſtibus eum uenturum credidiſſe: uerum Brunduſinos ac præfectum eo loco derelictum: ob Eneobarbi excurſiones a ſeipſis Antonium prohibuiſſe aditu: cum Pompeio cõmuni hoſte conſpirantem: & Eneobarbum parentis ſui pcuſſorem adducentem: decreto: ac iudicio: proſcriptioneq; dãnatum: & poſt belluꝫ in Philippis habitum: Brunduſii etiam urbem obſidentem. Ionium porro omne in circuitu deprædantem qui inſuper naues eius ſuccendiſſet: Italiamq; uniuerſam excurſiõi: prædæq; ſubiiceret. Tum Cocceius conueniſtis inquit cum quibus uelletis fœdera pariter inire: neq; cum percuſſore aliquo fœdus iniit Antonius: nihilminus q̃ tu: parentem tuũ in honore ducens. Eneobarbus porro in percuſſoruꝫ numero nequaq̃ fuit: neq; decretum ullum in eum ex ira illatum ẽ: Non enim cõſilii eius particeps fuiſſe dicitur: neq; ſic amico Bruto non ignouiſſe exiſtimamus. Nec profecto uel modicum præueniremur ſuccenſentes oĩbus. Neq; cum Pompeio una depugnare pollicitus eſt Antonius: ſed cũ a te oppugnaretur: ſocium ſibi aſſumere: aut illuꝫ tibi cõciliare: nihil intolerabile hucuſq; peragentem. Tu ãt & horum cauſam tibi aſſumis. Siquidem per Italiam bellum minime paſſurus eſt Antonius: neq; etiam cum his legationes initurus. Hæc quippe de Antonio confido. His auditis Cæſar qd Italiam inquit nominas? Me quidem cuꝫ ipſa Manius & Fuluia: Luciuſque bello perſecuti ſunt. Neq; Pompeius primum: uerum nũc. Antonio cõfiſus maritima inuaſit. Ad hæc Cocceius: Nõ Antonio cõfiſus: ſed ab Antonio p̃miſſus. non enim hoc tibi celabo inqt ut reliquam Italiam: claſſem nullam continentem: ingenti claſſe percurrat: ni uos in unum cõueneritis. Cæſar huiuſmodi dicẽdi artẽ haud incurioſe audire uiſus: cum paulum ſe cõtinuiſſet: in hunc modum rettulit. Sed nec gloriabitur Põpeius nequam male nunc ex Thuriis expulſus. Cocceius ſer-

Cocceius octauij Cęs: et Antonij familiaris.

Cecina octauij Cęſaris familiaris

Cocei? ad octauiũ

Excuſatio octauij Cęſaris.

Cocceius Magno conſilio vir.

monum ambiguitatem utraq; ex parte intuens: Fuluiæ mortem cœpit recenſere: mo- fuluiæ Mors repe-
dum quoq; eius rettulit: quodq; ab Antonii iram grauius cõtraxiſſet morbus: & ex mæ titæ.
ſticia in longum languiſſet: cum Antonius ne ægram inuiſere curaſſet: & ob mulierem
interiiſſe nõ ambigeret. Ea igitur e medio ſublata nihil inter uos inqt neceſſe arbitror:
Lenius cũ ut eorum quæ ſubdubitatis uera fateamini. In hunc modum Cæſarem Lenius Cocce
ius: ea die apud illum hoſpitatus ẽ: & ueluti iuniorem maiori natu non nihil ad Antoni
um mittere ſuaſit. Ille belligeranti adhuc quicq̃ ſcribere uelle renuit. non enim illum ad
ſe ſcripſiſſe. De matre uero eius palam ſe queri profeſſus eſt: q; cum illi generis affinitate
iungeret: præ cæteriſq; ab ſe colleretur: diligereturq; ex Italia fugiſſet: quaſi apud nemi-
nem filio excepto diuertere liceret. Hæc quidem Cæſar ſtudioſe machinatus eſt: & ad Iu
liam p̃mittere curauit. Cocceio egrediendi exercitum: multi ex præfectis & ordinum pri
moribus exercitus mentem prodidere Cocceius cum alia multa tum hæc etiã Antonio
referre ſtuduit: ut ſi Cæſari ſe minime coniungeret: milites in eum pugnaturos eſſe ſci-
ret: Cõſuluitq; ut Põpeium ab his quæ populabatur auertens: in Siciliam præmitteret. Iulia mr Antonij
Eneobarbum etiam aliquo legaret: dum inter utroſq; fœdus iniretur. Matre itaq; illum
adhortãte: nam a Iuliis genus deducebat: rubore motus uereri ſe dixit ne ſuccedentib⁹
minime fœderibus: iterum cum Põpeio ſocietatem inire cogeretur. Nõ deſperante ma
tre ea fore ſecutura: Cocceio inſuper inſtantius urgente: & ampliorem ſpem adhuc illi
pollicente: Antonius tandem aſſenſus eſt: Pompeioque Siciliam redire perſuaſit: qua
ſi eorum quæ promiſiſſent conſilia initurus. Eneobarbum in Bithyniam qui prouinciæ Domitius Aenobarb⁹
illi præeſſet delegauit. Hæc exercitibus Cæſaris cum innotuiſſent oratores ad utrumq; Bithyniæ prætor.
inter ſeſe decreuere: qui calumnias cõpeſcerent: quaſi non inter illos iudicium laturi eſ-
ſent: ſed inuicem conciliaturi ambos: Cocceium a ſeipſis ueluti cõmunem utriſq; amicũ
eligentes. Ex Antonii uero parte pollionem nominarunt: x Cæſaris amicis Mecenatem:
qui Cæſari: & Antonio præteritorum obliuionem primum nunciarent: deinde in futu-
rum beniuolentiam utriq; indicerent: Nuperrime autem defuncto Marcello qui Octa Marcellus octauiæ
uiam Cæſaris ſororem matrimonio ſibi adiunxerat: ex fœdere æquum ſtatuere Cæſarẽ vir fato functus.
Antonio eandem uxorem tradere: Quod celeriter effectum eſt. ſeq; inuicem imperato octauia nupſit
res complexi ſunt: ac cõfeſtim clamores ab uniuerſo exercitu: laudatiões ad utrunq; nul Antonio.
la intermiſſione per uniuerſam diem: noctemq; patuerunt Sic Cæſar: & Antonius Ro Antonius et octa-
manoꝝ principatũ denuo inter ſe partiti ſunt Terminos uero ĩperii Codroplim Illyrio uius fœdera renouãt.
Codroplis opp. rum. quæ Ionii finium in medio potiſſimus ſita eſt: inter ſe ſtatuerunt. Antonio deinde Antonius et octa-
ab oriente ad Euphratem uſq; fluuium: deſuper populos: inſulaſq; ſubeſſe. Cæſari quæ uius R. Imperiũ
ad occidentem pertinerent uſq; ad oceanum parere uoluerunt. Lepidum Libyæ præeſ Inter ſe diuidũt
Eneobarb⁹ ſe ab Cæſare cõceſſum. Cæſari Pompeio inferre bellum: ni una conuenirent iniunctum
eſt. Antonio Parthos adoriri: ob cladem præter fœdera Craſſo illatam. Eneobarbo eaſ- Nouiſſima Inter
dem cum Cæſare: quæ cum Antonio fuiſſent manere ſponſiones. Exercitum ex Italia Cæſarẽ et Antoñ
utrunq; poſſe deligere. Hæc nouiſſima inter Cæſarem: & Antonium fœdera fuiſſe refe nium fœdera
runtur: ac confeſtim unuſquiſque ad ea quæ celeritate indigebant amicos præmiſere. Helen⁹ octauij lo-
Ventidius ĩ parthos. Ventidium in Aſiam Antonius: qui Parthos Labienumq; per ocium Syriam ad Io gatus.
nium uſq; percurrentes contineret. Quæ uero Labienus: Parthique a Ventidio paſſi Menodorus &c.
ſunt: eo libro quem de Parthis ſcripſimus priuatim referuntur. Helenum autem Cæ Pompeij prætor.
ſaris prætorem magno impetu Sardos inuadentem: Menodorus Pompeii prætor
iterum e Sardis expulit. Qua ex re maxime conturbatus Cæſar Antonii ſuaſiones:
qui Pompeium ſibi conciliare cuperet contempſit ultro. Romam deinde reuerſi ambo:
nuptias ſolemni more celebrarunt. Et Manium quidem Antonius: utpote qui Ful-

Labien⁹ cũ parthis excurſionib⁹ Syriã populabatur.

octauij Cæſaris et Antonij. Nouiſſima fœdera.

Manius ab Antonio neci datꝰ.

,aluiden? octauio ꝓditionis accusatus ab Antonio.

uiam ad bellum irritasset:ad Cleopatræ calumniam necí tradidit: tantorum malorum causam afferentem. Saluidenum insuper perfidiæ apud Cæsarem accusauit:qꝫ defectionem priuatim cogitasset:cum exercitus eius circa Rhodanum deduceret sibiqꝫ ad Brũdusiũ castra habenti:per nuncios id ipsum intimare curauisset. Hæc igitur ab Antonio peracta: non omnium tamen iudicio comprobata sunt: ob naturam eius subitam:nimisqꝫ procliuem ad beniuolentiam. Saluidenum igitur Cæsar summa celeritate:quasi eo solo opus esset: ad se reuocauit:ex temploque ad exercitum remissum: cum denuo reuerteretur:conuiciis prius impetitum confodi iussit:Exercitum quoque sub eo existentem ueluti suspectum Antonio tradidit. Inter hæc fames asperius inuasit urbeꝫ: nullis ab oriente negociatoribus:ob Pompeii timorem: Siciliæque adiacentis:maria ad nauigantibus:neqꝫ ab occidente ob Sardiniam:& Corsicam:quas idem obtinebat:neque ex superioribus libyæ:ratibus eius utraqꝫ ex parte maria infestantibus. Quamobrem uniuersa calumniis referta erant:causæqꝫ uel præcipue ad contentionis duces referebantur:quos subinde increpabant:& ad conciliationem cum Pompeio ineundam incitabant. Cæsare nec sic quidem conciliationem admittente: Antonius ut bellum in eum acceleraret ob famem hortabatur. Obstante pecuniarum inopia:descriptio in publicum prolata est:Eos uidelicet qui seruos possiderent:quinqꝫ & uiginti drachmarum præcio dimidium pro quolibet ad onera conferre oportere:quod alias bello in Cassium & Brutum gesto factum uidebatur. Conferre insuper & sortem qui ex testamentis fructum suscepissent. Hanc scriptioneꝫ furibundo impetu turbatus populus statim lacerauit. quæstus eos q æraria publica olim exhausissent:prouincias põdæ subiecissent: Italiam ipsam tributis:uectigalibus:& bonorum publicatione oppressissent:non in bellis ex acquisitis imperare posse:sed in proprios hostes ob domesticas soluꝫ crassari dignitates:quorum causa proscriptiones:& occisiões:fameqꝫ ex omni dolorum genere emersissent:Et adhuc residua inter se partiri cuperent. Instãtes itaqꝫ clamabant:& eos qui minime una insurgerent:reiciebãt a se:eorumqꝫ domos diripere:ac igni subiicere uelle minabantur. Dum igitur multitudo omnis tumultu fluctuat:Cæsar cum quibusdam ex amicorum numero:& scutiferis paucis comittatus in mediuꝫ uenit:Eos alloqui:& querelam huiusmodi ab his inquirere affectatus. Illi q̃primum in cõspectum uenientem fœde repleuere:& nec se sustinentem aut offerentem amplius:uulneribus quibusdam impetitum irrisere. Q uæ cũ ad Antonium relata essent:ut illi opem afferret properabat. Per sacram igitur uiam descendentem non utiqꝫ expulere ciues ueluti ad Pompeii conciliationem inclinantem uerum reuerti suaserunt:quibꝰ cum minime pareret repulerunt. At ille armatos q̃ plures extra murum cõsidenter ad se aduocat:Non permittentibus illis milites inter se diuisi per transuersa itinerum:foriqꝫ uertuntur:obuios quosqꝫ cædentes. Sed nec facilis illis euadendi exitus:cum a multitudine oppressi locum fuge aut quaq̃ inuenirent. Cædes igitur immensa oritur. plagæ undique & ab tectis ululatus: uociferesque strepebant: Ita ut Antonio uix subterfugiendi pateret iter: Q ui tamen Cæsarem ab instanti tunc quidem periculo absoluit:& intra domus penetralia tutum redidit. Fugiente multitudine: ne reliquos aspectus: rei conturbaret: iacentia passim cadauera in Tybrim iacebant: ac subinde aliorum insurgebat fletus: corpora a fluuio delata contemplantium circunsidentibus ea militibus: maleficisqꝫ. Q uæ enim honesta erant ut domestica facilius ferre poterant. Verum hæc tandem non sine imperatorum odio:ac timore consopita sunt. Interim fames dietim augebatur. & populus nil preterq̃ quiescens suspiria emittebat. Antonius Libonis necessariis: ut eundem ex Sicilia acerserent: ueluti magnum quippiam acturum: ex generi consensu suadebat:Liboni

octauius cęsar tumultuante populo periclitat?

Antonius ꝓpopuli tumultu paulo minus oppress?

lb Menodorus paci aduersat.

quippe se securitatem abunde præstiturum. Quod ab illis summa celeritate effectum est. Pompeius quoq; liboni assensum præstitit Progressus est igitur Libo ad insulam quam Enariam uocant: in anchoris constitit. Id intelligens populus iterum in unum conuenit: multisque fletibus Cæsarem deprecatus est: ut Liboni ad eum pro pace uenienti fidem securitatemq; promitteret. Itaq; Cæsar q̃q̃ inuitus tandem annuit. Populus insuper Muciam Pompeii matrem ignem comminatus ni filium conciliaret una misit: Libo igitur hostibus ad id inclinantibus duces ut ad se uenirent adhortatus est: quasi inuicem concessuros quæ illis uiderentur. Impellẽte itaq; per uim populo: Cæsar & Antonius Baias usq; progressi sunt. Pompeio interea ut pacem iniret alii omnes sine lb ulla dubitatione suadebant Menodorus solus e Sardis præmittens: ut uel bellum prosequeretur uel pacem ulterius differret: quasi fame pro ipso depugnante: & fœderibus cum placitum esset in melius illi longe successuris hortabatur. Quibus cũ Murcus adu ersaretur Pompeius eundem tacite custodiri iussit: quasi imperiũ sibi asciscere querentem. Iam enim antea cum ob dignitatem atq; interiorẽ eius mentem grauiter perferret tum uel maxime ob hæc ipsa aspernari uidebatur: nec ulla in re colloquiuz cum illo inibat. Murcus ob hæc conturbatus Syracusas concessit. Ibi non nullos ex custodibus se subsequentes contemplatus aperte de illo cõquestus est. Pompeius ductore turmæ ac Tribuno eius prius interfectis qui Murcum etiam occiderent instruxit: feruntq; illum a seruis quibusdam interfectum esse quos Pompeius ad tegendum scœlus crucibus affigi iussit. Non latuit tamen id odium in Bithynicum secundo exercens erga hominez bello inclytum & quia principio ob beniuolentiam partes eius secutus fuerat: In Hiberia benefactorem quondam suum: & ad illum sponte profectum in Siciliam. Murcus igitur in hunc modũ periit. Cæteris deinde Pompeiũ ad conciliationem impellentibus & Menodoro ut regni cupidum palam arguentibus: qui non heri sui beniuolentia potius q̃ ut exercituz: prouinciamq; adipisceretur his obstaret: assentiens Pompeius multis nauibus ac sexremibus inclytis Enariam enauigauit: Indeq; Dicearchiam circa ueslitar // peram insigni pompa & apparatu: inspectantibus hostibus cursum tenuit. Orta luchia. ce: modico interuallo lignis per trãsuersum intra mare fixis asseres apposuere: per quas inferius additis stramentis: Cæsar: & Antonius ad ea quæ telluri propiora erant appliquere. Pompeius autem. & Libo ad id usq; quod adnauigari poterat modico subeunte salo ne ad inuicem clamantes audirentur firmauere ratem. Cum Pompeius se ad principatus communionem Lepidi loco admitti posceret. Illi reditum in patriam duntaxat polliceri dicerent: nullo confecto negocio ab inuicẽ digressi sunt. Legatiões deinde amicorum crebræ hinc inde uolitabant: uariis petitionibus ab utrisq; emergentibus. Petebat Pompeius ut proscriptis: & Caii Cesaris percussoribus qui secum una conuenissent: fuga sine dolo pateret. Cæteris reditus in urbe præberet. Substãtiæ insuper quã perdidissent: restitutio illis fieret. Accelerantes itaq; ad conciliationez partim a fame partim a populo coacti uix hoc quartum tandem annuere: ut a possidentibus emerent. Et hæc pscriptis subinde annunciarunt: sperantes hæc ipsis abunde suffectura. At illi iam Pompeiuz ob Murci odium nõ nihil formidantes: omnia hæc ultro susceperẽ & ad Põpeium pfecti: ut fœdera iniret suadebant. Ob hæc Pompeium uestem discidisse aiunt: quasi ab illis proderetur: quoz causa Menodoro pugnare: & ut prætorium uiruz solũq; beniuolũ crebro cõclamare cœpit. Demũ matre Mucia: ac Iulia Antonii matre compellentibus itez hi tres uiri circunduſuz undiq; & ueterẽ cõuenere aggerez. & custodiariis nauibus appositis in hæc conspirauere fœdera. Belluz inter eos terra mariq; dissoluere. Negociatores omni in loco libere cõmeare posse. Põpeium custodias quascunq; in Ita-

Libo ad ęnariã insulã

Mucia pompeij mater.

ȝex. pompei⁹ et octau⁹ cęs. de pace tract⁹.

Murcus Incaſtodiã cõiect⁹ a ȝexto pompeio.

Murc⁹ a ȝex. pompeio alienat⁹ Syracusas cõcessit.

Murci Mors. Bithynici Interit⁹ ȝex. pompei⁹ erga suos parũ grat⁹.

Menodorus trãsp⁹ regni cupidus arguit⁹.

ȝex. põpeij octauij cęs M. Antonij } colloquiũ

octauij cęs Antonij ȝex. põpeij } fœdera.

lia haberet subito educere. Seruos ad se fugientes non admittere: neq; nauibus Italiæ oram ulterius percurrere: Sardiniæ: Siciliæ: Corsicæq; imperare aliisq; quas tunc contineret: insulis cæteris Antonio Cæsareque presidentibus Romanis præterea ex longo cumulati: ut illis mitteretur curam suscipere frumenti. Peloponesum ultra hæc sibi assumere. Absentem per amicum quem eligeret consulatum administrare: & pontificem inter sacerdotes nominari posse. Hæc Pompeio concessa. Illustrioribus præter hæc reditus in urbē datus: nisi si quis ob necem Caii Cæsaris: decreto: aut iudicio damnatus exularet. Substantiam cæteris qui ex timore profugissent reddendam censuere: & quæ existentia illis ex ui sublata essent nauigantibus exceptis in integrum restitui debere Proscriptis: & his qui cum Pompeio militassent quartam partem ascribēdam fore. Seruos liberos esse. Liberis cum a militia cessassent eadem quæ Cæsaris & Antonii militibus concessa fuerant præmia esse tribuenda. His itaq; inter se conuenere eaq; conscripta & signis propriis munita sacris uirginibus custodienda misere Romam. Post hæc sortito ad inuicem ordine inter se hospitati sunt. Primus in sexremi Pompeius quæ ad aggerē proxima constiterat cæteros ad cœnam inuitauit. Deinde Antonius ac Cæsar: taberna culo super aggerem apposito & ueluti ad occasionem omnes in littore conuiuium egerunt. & fortasse ad securitatem nulla suspitione addita q̄q̄ nec sic quidem negligenter se habuere: uerum naues ad eos accesserunt: custodesq; circunquaq; præstitere. Et hi ensibus pariter accincti clanculum ad cœnam assiderunt. Ferunt Menodoꝝ illis in naui cōsidentibus ad Pompeiū nuncium misisse qui ad hos uiros animum conuertere: & parētis fratrisq; supplicia pariter ulcisci Imperiuūq; paternum ex tam subita occasione uendicare illum admoneret. Se etenim ita nauibus prouisuꝝ esse ut nemo posset euadere. Cui Pompeiū quæ genere eius: & necessitate digna essent: his uerbis respondisse aiunt Menodoro sine me hoc facere profecto licet: cui peierare fas est. Pōpeio uero non uticq;. Despondere præterea hoc conuiuio Pompeii filiam: Libonis: neptem: Marcello Antonii primogenito: Cæsaris consobrino. Postridie consules in quadriennium Antoniuꝝ ac Libonem primos creauere econtra constituēte Antonio quem prius eligeret. Post eos Cæsarem & Pompeiū. deinde Eneobarbum & Sossium. postremo iterū Antoniū: & Cæsarem tertio nunc futurum consulem: sperātes eundem rempublicā populo subinde restituturum fore. Hisq; peractis ab inuicem diuisi sunt Pompeius nempe in Siciliam enauigauit. Cæsar & Antonius Romam redire. Quæ intelligentes Romani: uniuersaq; Italia: laudes passim concinebant: quasi ex gentili bello ad pacem aspirantes: Filiorum direptione: custodiarum contumelia seruorum fuga agrorum populatione. deniq; agriculturæ uocatione ac famis ad extremum ipsos opprimentis clade liberati. Sic proficiscentibus ipsis ueluti saluatoribus publicis ubiq; sacrificia fiebant. Et in urbem uenientibus summo splendore: & apparatu obuiā progredi statuerāt: nisi q̄ pompam euitantes illi clam noctu Romam ingressi sunt. Soli animo angebantur qui agros sub Pompeio distributos aliis: ipsi ex sorte datos sibi assumpserant. Nam eandem tellurem simul uendicantes ut implacabiles hostes affuturos: seque cum licuisset inuasuros formidabant. At qui circa Pompeium moram duxerant: maiori ex parte Dicearchiam profecti illumq; complectentes: ac gratulantes: romaꝝ nauigarunt. Quo facto reliqua multitudo omnis exultabat uoces: uariæ cum leticia & gaudio resonabant undiq;: tot præclaris uiris tam insperate saluti redditis. Post hæc Cæsar ad celtas tumultu cōcitos profectus est. Antonius ad Parthoꝝ bellū iter cœpit: ac Senatu quæcunq; fecisset: aut acturus esset ex decreto cōprobāte: iteꝝ duces suos ad uarias orbis partes delegauit. Et quæcunq; alia animo conceperat effecit. Instituit & reges: quos ipse cōprobasset: tribu-

Octauij cæs Antonij & pōpeij festiua cōciliatio

Menodori cōsilium

Cæs. pompeij fides Incōcussa.

Marcellus Antonij f. et octauiæ. Consules Inquadriennium designati

Libo Eneobarb? Sossius Coss. designati

Galliæ mot? sub octauio Cæsare

Antonius ad bellū ꝓb parthicū

Darius Pharnax Herodes Aminta Polemon. Reges ab Antonio constituti.

tis ex ordine descriptis. Ponti Darium: Pharnacez Mithridatis filium: Idumæorum. & Samareoꝝ Herodem. Pisidorum Amintam partis Ciliciæ Pelemonē: Alioſq; aliis nationibus præesse uoluit. Exercitum uero quē secum in hibernis habere decreuerat: ex abundanti ornare & exercere constituens: partim ad Parthienos misit gentem Illiriam Epidamni quondam incolam cuius opa Brutus in bello promptissime usus fuerat: partim in Dardanos aliam Illyriorum gentem continue Macedonibus bello infensam: Reliquum in Epiro quæcunq; in circuitu patet manere iussit. Ipse hyemem Athenis peracturus: Furnium in Libyam ire monuit: legiones quattuor: quæ a Sextio tenebantur in Parthos deducturum neutiq; satis fisus Lepidum eas Sextio adēpturum fore. His hunc in modum constitutis hyemem Athenis cum Octauia uxore egit: quemadmodum in Alexandria cum Cleopatra prius egerat. Q uæ. n. ab exercitibus missa fuerāt solum detulere. Ipse simplicitate quadam priuati cultus principantis loco usus est. Nam ueste quadrāgula calciamēto attico utebatur. Ante fores solitudo & quies & egressus eius pari modo seruabantur nullis præcedētibus signis duobus solum amicis comitatus: subsequētibus totidē seruis ad præceptoꝝ contubernia aut recitationes ferebatur. Conuiuium græcorum more instruebat. Cum græcis quoq; hyemem una transigebat. Festiuitates & solemnia cum cantu uicissim celebrans assistēte octauia cui plurimū obsequebatur: utpote ad muliebres lasciuias procliuis & subitus. Finiēte hyeme quasi alius effectus esset: iteꝝ immutata ueste aspectum quoq; uariabat: nam signoꝝ raptim multitudo: ducum armatorūq; fores eius obsidebat: uniuersa strepitu pauoreq; resonabant. Legationes a principio silere iussæ: tunc primum admittebantur: discernebant & causæ: naues attrahebantur: & omnis alius apparatus simul mouebatur: & Antonius ad omnia præsens uentitabat. Cæsar interim a Pompeio fœdera prius inita dissolui uisa sunt: aliis ut existimant ex causis. Q uas autem Cæsar palam referebat huiusmodi fuere. peloponnesum Pompeio Antonius tradiderat: poscens ut quæ sibi Peloponnesii deberent: ipse traderet uel se suscipiente prouinciaz: redditionē ipse assumeret aut actio eoꝝ inintegrum maneret. At ille puinciam super his minime suscepisse aiebat ratus cū debitoribus una ascriptam esse. Turbatus itaq; uel eoꝝ causa: ut Cæsar asserebat: uel q̄ mente minus fideret aut eoꝝ zelo qui exercitus maiores continerent excandesceret: aut a Menodoro irritatus: qui inducias potius q̄ firma fœdera iniisse illum diceret: naues denuo alias remiges, quæ in unum comparabat: & ad exercitum oratione habita: omnino se apparare ob hæc necesse esse prædicabat. Deprædatores igitur clam denuo maria omnia infestabant: parumque aberat: Romanos a prima famis clade peturgeri: Sic ut palam conclamarent: non ob malorum liberationem: sed ob quarti tyranni susceptionem: fœdera inter eos inita esse. Cæsar non nullas a piratis naues assecutas nautas supplicio affecit: Q ui cum se a Pompeio missos dicerent: rem populo ut acta erat notam fecit & ad Pompeium ipsum misit. Ille pro his uerba reddidit deinde peloponnesi gratia econtra postulauit. Q uicunq; igitur ex illustribus cū illo aderant libertis assidue parentez intuētes quoldā ex his interemere: siue a seipsis meditati: siue Cæsaris gratia ut in Menodoꝝ irritaret: quasi dominū in seruuz adhortantes. Q uidam etiā Menodori potentiæ aduersi libenter id agebant. Et Pompeius ad contētionē cum Menodoro continue agebatur. Hisdem diebus Philadelphus Cæsaris libertus ad Menodoꝝ frumenti conuectandi causa nauigauit: qui Menodoro fidissimus etiam de pugna eius ad Cæsarem agitare cœpit pollicitus Sardiniā: Corsicāq; cum tribus legionibus illi tradere amicorum quoq; multitudinē aliaz adiicere. Q uod opus siue Philadelphi: siue Menodori causa processisset: ob calūnias ad Pōpeium antea delatas: Cæsar confestim nō admisi: me-

Parthieni } gētes
Dardani } Illyricę

Furni? Antonij Legat? in libyam.

Antonius octauiā secū duxit Athen.

Antoni? habita pri/uatj transigit athenis hyemem.

Cęs. Pompeius in octauiū bellū re/parat.

Cęs. pompeius libertis obsequebat?

Philadelph? li/ Octauij Cęsa/ris libert?.

Menodor? de pro/denda Cęsarj Sardinia tra/ctat.

Octauij Cęsaris Apparat? In Cęs. Pompeiū.

ditatus pacem re & opere q̄primum soluere. Itaq; Antonium ex Athenis Brundusium ad diffinitam diem euocauit: cum eodē de bello consilia initurus. Naues longas ex Rauenis: & exercitum ex Celtis apparatumq; alium Brundusium & Dicearchiam summa celeritate accedere mandauit omni ex parte si Antonio placeret Siciliam: Pompeiumq; inuasurus. Et ille quidem ad iffinitam diem cū modicis applicuit. Non inuento āt Cæsare inde discessit: uel q; belli sententiam contra fœdera assumpti minime p̄baret uel q; apparatum Cæsaris ut ingētem contēplatus formidaret. Non enim suspitio ineundi principatus ex animo eius pœnitus excesserat: uel signis terrefactus id egisset. Nam & custodibus ad tabernaculum eius excubantibus: unus a feris laceratus inuētus est: facie adempta: quasi ad indicium auferendum: cum neq; uocem emittere nec a quoq; cum eo quiescentiū audiri potuisset. Et lupum circa auroram e tabernaculo eius fugientem Brundusini se uidisse dicerent. Ad Cæsarem tamen scripsit: neq; inter eos composita fuerant ne quis dissolueret. Menodoro quoq; ne abiret: ut seruo eius fugitiuo comminatus est. Fuerat enim Pompeii magni seruus: cuius substantiam Antonius: ut hostibus ex lege uenundatam ad hastam emerat. Cæsar tamen non nullos in Sardiniam & Corsicā misit: sumpturos: quæ Menodorus illi tradidisset. Iaz enim Italiæ maritima omnia custodiis multis occuparat: ne Pompeius iterum illa inuaderet. Ad hæc triremes alias Romæ: alias Rauenis commorari iussit: & exercitum plurimum ex Illirio acersiuit. Menodoz ad se profectum: liberuz confestim ex liberto declarauit: & his quas adduxisset nauibus præesse uoluit: sub Caluisio prætore classem deducentem: Hæc constituens Cæsar: & apparatum ampliorem in unum colligens bellum differebat questus Antonium neutiq; absentem operiri uoluisse. Apparatum autem omnem cum in unum contulisset: Cornificium ex Rauenis celerrime Tarantum adducere imperat. Eo classem deducente ingens tempestas subito exoritur: & ex omni classe nauis: quæ Cæsari parata aderat: mari obruitur: Quæ res futuram calamitatem significare uidebatur. Inualescente dietim suspitione quasi præter fœdus id bellum iniretur Cæsar quo suspitionem in populo diluere ret: ad urbem misit. Ipse etiam exercitum edocuit: Pompeium q; mare latrociniis inuaderet: fœdera inter eos iacta dissoluisse: Idq; piratas sibi retulisse. Menodoz præterea interiorem eius mentem prodidisse referebat. Idq; intelligere Antonium. Ob eamq; causam peloponnesum: ut ad inuadendam. Siciliam per necessariam sibi retinuisse prouinciam. Ipse ex Taranto. Caluisius autem ex Sabinis & Menodorus ex Tyrrenia confestim deduxere peditatum quoque omnem Rhegium accelerare iubet. Vniuersa denique summa diligentia sollicitudineque parabat. Inter hæc Pompeius Menodorum ad Cæsarem ttansfugisse eo iam adnauigante audiens: ut utrinq; ad classem paratior adesset: in messana Cæsarem operiri statuit. Caluisio insuper & Menodoro inimicissimum sed præcipue Menodoro ex libertis eius Menecratem uniuersæ classis præsidem instituit. Menecrates citcā uesperam inclinante iam sole in conspectu hostium ex alto apparuit. Illi in sinum supra cumas fuga deferuntur: ibiq; per noctem quieti perstiteret: Menecrates Enariam uersus iter arripit. At illi orientem luce sinum circa littus: summissiori classe enauigare pergunt: ne hostes eum ad locum se conferrent: ac repente Menecrates in conspectu illis affuit magnaq; ui ac celeritate ad illos propius accessit. Nihil igitur operepretium in hostes longe a pelago diuisos se conari posse existimans ad prærupta eos compulit. Illi igitur trudebantur simul & ex nauium rostris in eos decertabant. Erat hostibus redeundi inuadendiq; ad libitum facultas: & aliarum nauium commutatio per uices. Ipsi uero ex petris duntaxat: & præruptis insurgebant. Cunq; naues cōuertere nō possent: quasi e terra ad eos qui in mari erāt depugna-

Ant. Athenis ad colloquēdū cū Cęs. Brūdusiū venit.

Ostentum.

Menodorus magni Pompeij seruus.

Menodorus ad octauiū Cęsarē trāsit.

Cornificius octauij Cęs. legat?

Octauius Cęsar In Cęs. pompeiū transmittit.

Menecrates classi p̄fect? a Cęs. Pompeio.

bant: neq; declinare hostes: neq; insequi potentes. Inter hæc Menodorus ac Menecrates se mutuo intuētes: omni alio postpolito labore cum ira & acclamatione q̄promptissime inter se naues concitant in eo uictoriam: & belli caput consistere arbitrati: qui alterum prælio primus superesset. Naues igitur magno impetu ab utrisq; concitæ se inuicē concussere ambæ & hæc quidem nauis: quæ Menodorum uehebat: rostrum perculit atq; confregit. Altera uero Menecratis gubernaculum prorsus euertit. Deinde manibus inter se complexi ferreis: neutiq; nauali opera indigebāt: utraq; ad bellum firma persistente. Viri igitur ueluti e terra nihil laboris: aūt uirtutis omisere: tela: crebra: sagittas lapidesq; emittentes. Cataractas ad hæc proiecere: e nauibus per uim inscensuri. Menodori itaq; naue eminente altius: cataractæ ad imum pronæ: faciliorem audacibus ad inscendendum præbebant aditum: & quæ proiiciebantur: utpote ex alto uehementiore ferebantur impetu. Occumbentibus plurimis: cum reliqui uulneribus affecti minus acriter pugnarent: Menodoro brachium sagitta traiectum est telūq; subinde euulsum. At uero Menecrates cum iaculo ad hiberorum forma multis hamis ferreis inserto: femur saucius subito telum educere non posset. & ob id bello inutilis existeret reliquos ad pugnam hortaturus constitit. Postremo intercepta naue seipsum mari iniecit. Nauis a Menodoro uinculis iniecta ad terram delata est: cum & ille nihil agere ulterius aut conari posset. Sic in leuo classis cornu: hunc in modum pugnatum est. Ex dextro autem Caluisius ad sinistrum sponte adnauigans: non nullas Menecratis naues fregit: fugientesq; in peloponnesum insecutus est. Democharis Menecratis conlibertus: ac sub eo tunc quidem præturam gerens reliquas Caluisii naues aggressus partem in fugam uertit: partem ad petras compulit utrisque ab his expulsis naues incendit: donec Caluisius ab insecutione se conuertens: fugientes retinuit: ignemque a Cæteris inhibuit: ac nocte insurgente: omnes eo loco quo pridie morati sunt. Sic nauale bellum inter utrosq; finitum est: in quo Pompeii classis longe superare uisa. Democharis autem Menecratis necem non secus ac belli cladem egre perferens: duo quippe hi maritimis in rebus Pompeio per utiles: in primis habebantur: Menecrates & Menedorus omissis omnibus ex aciem in Siciliam transiuit ueluti menecratis corpore cum unica dunta xat naui: non autem uniuersa Pompeii classe in discrimine periculoq; destituta: Caluisius quoad Democharis adnauigaret opperiens eodem loco quo insederat moratus ē: haud quaquam prælio decertare ausus: nauibus. quæ potiores fuerant: in bello amissis reliquis uero ad ineundam pugnam prorsus inutilibus. Sed dum in Siciliam cursum mouere intelligit: paratis nauibus & ipse littus enauigare cœpit: ut sinum derelinqueret. Interea Cæsar multis nauibus: ingentiq; exercitu ex Taranto Rhegium applicuit ut Pompeium circa Messanam quadraginta fere naues continentem inopine inuaderet. Id enim amici eius uel in primis suadebant ut ex tempore tanto stipatus apparatu modica adhuc classe circunsepto prius q̄ reliquæ aduenirent subitus occurreret. Quibus ille Caluisium opperiri statuens neutiq; assensus est præfatus. Non utile consilium id esse: quod periculis obiiceret. Eoq; modo auxilia suorum intentus expectabat. Demochare in Messanam delato Pompeius Apollophanem: & hunc quidē libertum eius Menodori & Menecratis loco una cū Democharе classi præesse uoluit. Cæsar eoq; quæ circa cumas gesta erāt: certior effectus: Pontū adnauigare pergit: ut Caluisio obuiā prodiret: qui p porum ut plurimū ad illum aduentabat: & iam ad Stylida delatus. Siciliam uersus moturus uidebatur. Pompeius ex Messana decurrens postrema classis aggressus est antecedentes quoq; naues insecutus: mox omnibus inuectus in pugnā prouocabat. Illi q̄q̄ ab eo uexarentur: minime tamen se ad pugnam conuertere non permitten-

Menodorus et menecratis naualj p̄lio cōfligūt

Cataractæ In naualj p̄lio.

Menecratis Interit?

Democharis sēf Pompeij libertus et classi p̄fect? Caluisius octauij cæsaris classi p̄fect?

Octauius cæsar & Iuncto Rhegiū.

Apollophanes sēf Pompeij libert? et classi p̄fect? Sylis loci nomen. Columna Rhegya

te Cæsare: siue q̄ in arcto bellum detractaret: siue ut a principio instituerat uenturos op periri: nec sine Caluisio bellum inire cuperet. Tandem ex eius sentētia omnes ad littus

Classis octauij cęsaris naufragio pene deletæ.

concessere ibiq̄ in anchoris firmauere rates: ac simul a prora irruentes repellebant. Demochare duas ad quancunq̄ eax̄: naues opponente tumultu concitæ aliæ ad petras deferuntur Ibiq̄ per inertiam ut apud Cumas prius euenit: undis assurgentibus impleri collidiq̄ cœperunt: hostibus nunc ab insultu: non nunq̄ ab regressu eas eludentibus repellentibusq̄. Nec longe periculum aberat cū Cæsar naui egressus ad petras ex alto se se prori puit: & a pelago enatantes ad sese recepit: Ad mōtes quoq̄ superius ire monuit.

Cornificij ꝓlio nauali uirt?

Cornificius uero: & quicūq̄ alii prætores aderant se mutuo adhortantes nullo mandāte naues anchoris exoluunt & in hostes celeri cursu: feruntur: utilius arbitrati aliquid potius agentes perpeti: q̄ per inertiā nullo prælio ab illis opprimi. Singulari itaq̄ audacia frætus Cornificius: prætoris nauem primo impetu inuadit intercipitq̄: Q ua ex cā Demochares in aliam subito desiluit. Labore igitur & cæde hūc in modum succrescentibus: Caluisius & Menodorus a longe nauigantes conspecti sunt. Non tamen a Cæsaris militibus e terra aut mari uideri poterant. Cæterx̄ Pompeii naues liberiore pelago euectæ: eos aspexere: Q uibus uisis retrocedere cœperunt. Iam enim nox imminebat: nec defessos recentibus opponere audebant. Horū aduentus reliquis ex priori inutilitate commoditatem attulit: Increbescente quippe nocte nauibus egressi ad montes confugerunt: ignibusq̄ passim incensis: cætæris nauigantium aduentus signa prodiderūt.

Octauiꝰ cęsar inedia fimiꝰ Inbrutijs passus.

Eodem igit̄ sine cibo & obsequio ullo omniū indigi p noctem traxere moram quos Cæsar simili modo affectus & hinc inde discurrens solabatur: & ut ad lucem usq̄ perferrēt suadebat. Laborante itaq̄ milites Cæsare atq̄ sustinente: cum Caluisius nundum adesse cerneretur: neq̄ ex nauibus quicquam utile sperari posset: illo ad tempestatem enitēte atq̄ occupato: fortunæ benignitate quadam tertia decima legio ad montes propius accessit: ex temploq̄ milites intellecta clade p aspera quæq̄ ex ignibus iter arbitrati: cœpere cursum. Eo loci imperatorē cæterosq̄ cum illo fugientes conspicati labore fameq̄ confectos alii alios suscipientes conseruarunt. Ad hæc primores ordinum Cæsarem ad eox̄ tabernacula ducentes cum nemo ex seruis ut in nocte tumultuq̄ turbatis atq̄ diuisis supereſſet consolati sunt. Dum igitur uaria ad loca qui se saluum esse edicerēt emittit: Caluisius cum nauibus adesse nunciatur. Sic duplici & insperato fortunæ euentu recreatus paulum cōquieuit. Orta q̄primum luce ad maria uisum dirigit: ac naues igne succensas flagranteſq̄ intuetur: non nullas semiaustas & adhuc ignē sustinētes: quasdam derelictas. Velis ad hæc: gubernaculis uasisq̄ passim repletū mare. Ex is uero quæ integre mansisset: non nullas maiore ex parte laborantes. Caluisium itaq̄ in aciem constituens: rates: quæ celeriores aderant: intransueruſm obiecit hostibus quiescentibus illis: siue ob Caluisii aduentu: siue q̄ insurgētes aggredi pararent. Sic utrisq̄ classem continentibus a circa meridiē notus creber paulatim surgens inter angusta: ac mari peruiæ undas ingentes extulit Pompeius intra Messanæ portus classem continebat. Cæsaris naues inter prærupta littorx̄ & importuosa quæq̄ per compulsæ mutuo ac petras trudebantur: ponderibus minus integre illas continētibus. Menedorus tempestate: q̄primum orta utilius fore arbitratus ad interiora pelagi se se contulit: ubiq̄ in anchoris classem sistit leuiores ob profunditatem sustinēs undarum motus remigium præterea exercit. ne ab impetu ferretur: queꝫ aliqui uicissim imitati sunt. Reliqua āt multitudo dum uentorum motum ut in uere cito inclinaturum putat: naues anchoris utraq̄ ex parte: a pelago pariter: terraq̄ firmauit rateſq̄ inter se fluctuantes: contis ad inuicem propelle re cœpit. Vehementiore deinde insurgente uento: omnia in unum confusa sunt na-

Octauiꝰ cęsaris Inbrutijs ad Rhegiū ſpeluncis occultatio

Vent? tp̄e veris Inconstans.

sar in porticu quæ octauia dicitur appendit. Deuictis Dalmatis. Derbani appropinquãte Cæsare: ueniam depcari uelle: obsides tradere: & tributa olim intermissa exoluere cõfestim promisere. Igitur Cæsar propius ad illos uẽit: Cui obsides iuxta fœdus exhibere: quos absenti ob ualitudinem tradere & fœdus firmare recusauerãt. Videns & hipostremo inducti a Cæsare qui illyriorum tellurem oẽm: quæ a romanis defecerat: aut prius sub impio neutiq; assueuerat: ad obsequium redegit. Eam ob rem triũphus Illyrius a Senatu Cæsari decretus ẽ: quem post deuictum tãdem egit Antonium. Residui dein de Illyriorum habebũtur ante peones a romanis: Retii. Post Peones: Norici: Mysiiq; qui ad Euxinum põtum usq; incolunt. Retios igit: & Noricos existimo Caium Cæsarem cum aduersus celtas depugnaret: subegisse: aut Augustum cũ Peones aggrederet bello superasse. In medio qppe amborum sedes habent. Nec ullum in Retios aut Noricos bellum gestum priuatim repperi: quamobrẽ cum reliqs finitimis una deuictos fuisse arbitror. Marcus leni Lucullus: Lucii Luculli frater q; mithridatẽ debellauit Mysorum regionem excurrit oẽm: & usq; ad fluuiũ cursum tenuit: quo in loco quatuor græcorum urbes Mysiis finitimæ sitæ sunt: Istros uidelicet: Dionysopolis: Odisus & Mesẽbria. deinde romam ex gallia: magnum illum Apollinem q; in palatio situs est adduxit. Nec ulterius quicq; a romanis rẽpublicam regentibus contra Mysios actum fuisse aut ad tributa redactos esse. aut ab Augusto gestum legisse memini: sed Tiberium qui post Augustum imperauit eos tenuisse. Verum hæc a me ãte Aegypti adeptionem a populo peracta suo loco: perscripta sunt. Q ue uero post ægyptum imperatores tenuerunt: aut bello uendicarunt: ueluti propria ipsorum opera: post cõmunia tandem diximus: in quibus multa de Mysiis quoq; cõtinentur. Nunc autem ex quo Mysios: Illyrios romani existimant: hic liber a me Illiriorum appellabitur: qui ut absolutus crederetur præscribere uisum est Lucullum iam antea sub populo imperantem Mysios excurrisse: Tiberium uero sub monarchia illos recepisse.

Appiani Alexandrini sophistæ Romanorum Liber finit: qui Illirius inscribitur. Incipit eiusdem Celticus. Traductio. P. Candidi.

CELTAE primi romanis insurrexisse dicuntur: urbem quoq; capitolio excepto ui captam incendisse: quos Camillus uicit & expulit: & post tempus iterum regressos denuo deuicit: triumphumq; ob id egit: cum iam octogesimum ætatis attigisset annum. Tertio deide celtarum copiæ italiam ingressæ sunt: qs romani sub Q uintó Imperatore deleuere penitus. Post hos Boii celtarum natio fecius romanos aggrediuntur. His Caius Sulpicius dictator cum exercitu occurrit: Strata gemate huiulmodi usus. Iussit enim milites a fronte constitutos uno impetu tela iacere: eodemq; momento statim considere: donec secundi iacula emisissent. Idem tertia & quarta acie locatos agere: cessantes quoq; a iactu continue insimul iungi: ne in eos tela uibrarentur. Cum postremo iacula emississent accurrere oẽs uno impetu: & cum clamore protinus inuadere hostes: manusq; conserere. Terrefacere nempe aduersos: tot telorum uno ĩpetu excussorum missionem: subitamq; post hac aggressionem: Tela aũt non his similia fuere quæ romani Yssos appellant: sed ex ligno q̃drangulo: medietas pfecta fuit. reliquum ex ferro pariter quadrãgulo: molliq; mucrone excepto. Hoc pacto Boiorum exercitus a Romanis dissipatus ẽ. Alios iterum celtas Pupilius deuicit: & post illum Camillus: prioris Camilli filius eosdem debellauit. Ere-

c

xit & contra Celtas Emilius Paulus trophea. Ante Marii autem consulatus: longe numerosior bellicosior: & ætate formidatior exercit⁹ Celtarꝝ Galliã iuasit & Italiã: & quosdam ex consulibus romanis superauit: exercitusq; deleuit: contra quos electus Marius uniuersos bello uicit. Vltima: maiorq; Gallorum cum romanis pugna: a Caio Cæsare peracta est. Plura quippe milia ferocissimorum uirorum per decem fere annos: qbus Galliæ præfuit: cum eodem gessere bellum: quæ si quis sub uno numero complecti cupiat: quadringenta & ultra milia fuisse intelliget. Centum etenim milia uirorum capta: totidem in pugna cecidisse constat: quatercentas natiões: urbes octingentas: quasdam deficientes ab ipsis: non nullas cum suscipientes redegit in potestatem. Ante Mariũ Fabius maximus Emilianus modicum ferme deducens exercitum: centum & uiginti milia Celtarum unica prostrauit acie: cum quinque supra decem ex suis duntaxat amisisset Et hæc quamquam ex uulnere quod in genam acceperat: grauiter saucius perage re non dubitauit: acies discurrens: suosque ad bellum incitans: & quẽadmodum aduersus barbaros esset pugnãdum uerbis instruens: partim curru uectus partim manu ductus inambulans. Cæsar contra eosdem bellum gerens primum Luetios: & Tigirios ad ducentorum milium numerum subegit, quoniam Tigirii superiori tempore Pisone & Cassio quodam ducente exercitum: romanos pugna superatos sub iugum miserant: quemadmodum in antiquis monumentis Paulo Claudio uisum est. Hos quidem Tigyrios Labienus prætor superauit: Reliquos Cæsar: ac cum his Tricurios illis afferentes opem. deinde cum Ariouisto germãos domuit: quorum magnitudo maior magnitudinẽ longe superauit. His mores ferocissimi insunt: in aggrediendo insignis audacia: cõtẽptus mortis maximus: ob reuiuiscendi spem: Ad hæc frigore fouentur: pabulum in necessitatibus pro cibo habent. Equi eorum nonnunq; lignis aluntur: Fuere tamen ut creditum est in bellis non admodum laborios: aut ratiõe ulla instructi: uerum beluarum in modum furore sæuientes: ob idque a romanis per patientiam ac tolerantiam subacti. Nam barbari graui impetu in romanos insurgentes: phalãgem protinus omnem discurrebãt. Romani econtra ordinem seruantes peritia rei militaris eos facile uincebant. Postremo octoginta milia eorum per interualla dedere neci. Post hos Cæsar in eos qui belgæ nominãtur inuectus: in transitu fluminis deprehensos: tam ingenti cæde prostrauit ut cadaueribus oppositis: pontis in modũ flumen pertransiret. Neruii tamẽ aliquando illum terga dare coegerunt. cum exercitum ad iter præparantem inopine aggressi: plurimos ex suis occidissent. Nam ductores ordinum: & turmarum fere duces omnes confecerunt. Ipsumq; in tumulum quemdam cum scutiferis redactum per circuitum obsederunt: uerum legione decima a tergo incũbente ad sexaginta milia eorũ oppressa sunt: qui ex Cimbrorum: Teutonunq; progenie extitere. Vicit porro & Allobroges Cæsar Sypetum: & Tancherorum populos ad quadraginta milia: qui parti belo affluenti: partim inexperti in acie cesserunt Sycambri quingentis equitibus quinq; mille Cæsaris equites: subito illis incumbentes auerterunt. Verum post hæc uicti dedere pœnas. Primus. n. romanorum omnium Cæsar Rhenum pertransiuit: & ad Britanorum insulam mediterraneo maximo maiorem existentem cum exercitu delatus: quo in loco mortalibus nihil pensi eius fama fuit: circa inundationis tempus iter cœpit. Naz prius idem motus mare perturbauerat: & exercitus hinc inde per fluctus iactabatur sensim primo deinde uehementius: donec uiolenta tandem promptitudine Britaniam insulam ingressus est.

Appiani Alexandrini sophistæ Romanorum Liber Finit: qui Celticus inscribitur:

Traductio. P. Candidi:

EPISTOLA

P. Candidi in libros Appiani sophistæ Alexandrini ad Nicolaum quintum summum pontificem Præfatio incipit fœliciſſime.

APPIANI ALExandrini historiam seu ueterum incuria: seu temporum iniquitate deperditam: & ueluti longo postliminio ad nos redeuntem optime: ac maxime pontifex Nicolae Quin. tuo nutu: tuoque imperio e græca latinam facere instituí: ut non modo apud nostros nota esset sedulitas mei obsequii: sed ad posteros quoque uirtutis tuæ fama transiret. Quid enim dignius tuis meritis impendi potest: q̃ ut ii qui insequenti æuo bæc aliquando legent cum ædificiorum magnitudinem ornatum intuebuntur: quæ ætate nostra tuo auspicio confecta sunt: te Nicolaum eum esse intelligant: qui non minorem in recuperandis libris: quam in restituendis mœnibus huic urbi adhibueris curam. Et profecto licet illa præclara: & magna sint. quæ manu & arte constant & a plurimis summo ingenio diligentiaque parantur: præstantiora tamen habenda erunt: quæ studiis adiuncta: monumentis quoq; seruantur litterarum. Itaq; qui Petri Basilicæ contiguam domum admirantur a te structam quadrato lapide: qui Hadriani molem uicissim restitutam. qui deorum templũ ab Agrippa conditum a te suffectum ætate nostra: qui plura alia breui cessura uetustati ni tua caritas admouisset pias manus: eosdem quoq; admirari conueniet tot illustres libros ad nos tua opera traductos e græcis nec tuam sapientiam nomen dignitatem cõmemoratione laudis suæ immunes præterire: & si non huius temporis esse putem uirtutes tuas elegantiori stilo debitas in medium proferre hoc solum dixerim te his rebus gestis affecutũ: ut uerus præsul digniſſimus princeps haberere. Sed ad Appianum redeam. Doleo equidem summe pater his in libris traducẽdis non mediocrem mihi laborem & industriam ereptam esse. Nam cum mecum ipse reputo duos & uiginti libros. tot. n. Appianus exarasse dicitur) ita euanuisse ut nouẽ uix a me: ac ne bi quidem integri posteritati tradi possint omnis mihi scribẽdi feruor ille dilabitur: q̃q̃ hec uetus apud nos historiæ querela sit ut rerum gestarum scripta deflere potius uacet q̃ inspicere. Nã ut clariores referam quis Liuii lacteum illum eloquentiæ fontem exaruisse non defleat interceptam nobis Curtii elegantiam. Trogi grauitatem intermissam esse? Taciti magnam partem interiisse? Crispi nil extare: quod cupiditatem nostram expleat: Siue rerum ille summus opifex ita statuit: ut nihil ætati obsisteret: nihil permaneret: siue causarum is latentium mortalitati deuouit omnia. paucorum certe auxilio fragilitati nostræ consultum est. Inter quos cum unicus ætate ista uideare: qui dignitati tuæ uirtutem adiunctam teneas: nec præsentibus modo: uerum posteris literarum specimen: ornamenta priscæ conserues urbis meritos tibi honores reddimus: te sacro illo solio dignum confitemur: & quicquid bonum faustumq; cõtinget nobis: beatitudini & foelicitati tuæ acceptum referemus.

Liuius · Curtius · Trogus · Tacit? · Crispus ·

Tibullus

Roma tuũ nomen terris fatale regendis.

EPISTOLA

Appiani sophistæ Alexandrini Romãæ historiæ prœmium fœliciter incipit.

imperij mundo.

Omanorum historiam scribere adorsus necessariũ in primis mihi existimaui terminos præponere: quibus nationibus imperent Romani.

Sunt autem in huiusmodi in oceano britanico plures partes. Ab herculeis igitur columnis in id mare: quod ad illas denuo circumq; nauigatur: insulæ: littora: populi omnes romano parent imperio. Horum primi in dextra Mauruſii quicunq; circa mare: omniſq; altera Lybicorum natio usq; in Carthaginem: his superiores nomadæ: quos Romani Numidas appellant & regionẽ Numidiam. Altera autem lybica natio: quæ syrtes ac Cyrenem usq; incolit: & Cyrene ipsa & Marmaridæ Hammoniiq;: & qui paludem Mariam tenent: urbs quoq; magna: quam Alexander ad ægyptum condidit. Aegyptus quoq; uniuersa ad æthiopes orientales a Romanis reguntur. Per Nilum autem nauiganti ad Peluſium usq; p mare uer tentiq; nauigationem & colluſtranti littora Syria occurrit Palæstina: & supra ipſam pſ arabum finitimiq; palæstinis phœnices supra mare: & Phœnicibus ulteriores Cilices cœle Syri

Palmyreni

super Euphratem usq; fluuium. A mari superius Palmyrini sunt: & palmyrinorũ arenæ: quæ supra Euphratem incoluntur. Cilices Syris propinqui: & Cappadoces Cilicum finitimi. Armeniorumq; pars: quam Armeniam minorem uocant. Apud Euxinum autem Pontum quæcunq; alia maritima Romanis parent. Syri quidem & Cilices ad mare prospectant. Armeni autem & Cappadoces inter ponticas gentes habitãt Per mediterranea uero ad armeniam maiorem Romani non imperant ex tributo ad modum: uerum reges illis approbant. A Cappadocia & Cilicia in Ioniam descendenti magna adest Cheronesus: cuius a dextra euxinus pontus: propontis & helleſpontus: ægeumq; mare. A leua Pamphylium & ægyptium pelagus. Feruntur quippe ambo Cheronesum facere. Adsunt etiam & in ægyptium mare prospectantes Pampbylii & Lycii: & post ipsos Cares usq; ad Ioniam: Qui autem super Euxinum Pontum propontidem & helleſpontum: Galathæ & Bithyni Mysi Phrygesq; in mediterraneis pysidæ & lydii tot nationes Cheronesum incolunt: quibus omnibus imperant Romani Vlterius uero transeuntes aliis circa pontum imperant gentibus & Mysiis: qui in Europa: ac Thracibus quicunq; circa Euxinũ sunt. Ab Ionia autem sinus maris est ægeus: & alter Ionii maris: ac siculum tyrrhenumq; pelagus usq; ad herculeas colũnas: hæc longitudo ac Ionia ad oceanum. Et in hac iterum nauigatione tot Romanis subiectæ nationes: uniuersa græcia: ac Theſſalia: macedones. & quæcunq; alia ad Thraces pertinent: Illyriorumq; & pæonum gens: & ipsa Italia omnium gentium domina: quæ ab Ionio circũdata plurimum a tyrrheno mari usq; ad Celtas: quos ipsi galathas uocant: extenditur. oisq; celtharum natio: quorum pars ad mare: pars ad oceanum respicit septentrionalem: pars apud rhenum fluuium habitat: hiberia omnis & celtiberi sup hesperium & borealem oceanum ad herculeas finientes columnas. Ac de his quidẽ & singulis earum diligentissime differam: cum de omnibus particulariter nationibus scribẽdum fuerit. Nunc autem q̃ lõgissimis terminis principatum assumpserint circa maria: dictum est. Terras deinceps peragranti pars quædam mauruſiorum supereſt: qui ad æthiopes occiduos spectant: ac calidiorem feriſq; horrentem lybiam usq; ad orientales æthiopes: hic qdẽ libyæ romanis terminus. Asiæ autem euphratis fluuius & caucasus mons: maioriſq; armeniæ principium & colchi ad euxinũ pontũ habitantes: reſiduaq; huius maris. In Europa fluuii duo Rhenus & hister potissimũ Romãis finẽ ſponũt: quorum quidem Rhenus ad Borealem oceanum: hister ad euxinum pontum in flu-

Cheronesus.

Gallogreci q.

Rhen?

Ister.

it. Progredientes ulterius non nullis celthaurm qui supra Rhenum habitabant imperant nationibus: & iis qui supra histrum quos Dacos appellant. Fines terrarum q̃ diligentissime inquirenti propemodum hi uidebuntur. Omnes autem insulæ quæcunq; intra mare sitæ sunt: Cyclades uel Sporades: uel Hyades: uel Echinades: uel thirrenides: uel Mesiæ: uel quecumq; aliæ alio nomine aliter dicuntur circa Libyam & Ioniam: uel ægyptum: uel Myrthoum: uel Siculum: uei aliud cuiuscunq; nominis mare quæ singulariter a græcis magnæ insulæ dici solẽt Cypros: Creta: Rhodos: Lesbos Euboia: Sicilia: Sardinia & Cyrnos: uel alia quæcũq; minor maiorue uniuersæ Romanis parent. Borealem peræterea Oceanum & Britanicam insulam penetrantes ingentiq; terra maiorẽ supra dimidium potẽtioris soli in ea possidentes alterius non idigent cum nec utilis admodum: neq; ferax ipsis sit: neq; quam tenent: Harum tantarum innumerarumq; nationum cum tanta sit magnitudo. Italiam tamen magno labore: ac uix quingentis annis stabilem sibi reddidere cum medio interim tempore regibus usi per reliquum his expulsis nullos deinceps reges admittere iureiurãdo sancientes Aristocraciam coluere politiam: & ab inde imperiis utebantur ãniuersariis ducentis aut amplius ultra quingentos quos diximus annis quo tempore rerum principatum adepti externam omnem oppressere potentiam uniuersas fere nationes sibi subigendo. Cajus autem Cæsar superatis Romanis imperioq; susceptο & in potestatẽ redacto formam quidem politiæ: nomrnq; seruauit: re autem principem se cunctis præstitit. Estq; in hanc usq; ætatem eadẽ sub uno potestas principe: quos ne utiq; romani reges appellant uetus iusiurandum: ut ego arbitror inprimis ueriti imperatores eos dici malue re: quod Priscorum ducum nomen fuit. Sunt autem re ipsa uere reges: a quibus ad ætatem usq; ad nostram anni fere ducenti elapsi sunt quo tempore potissimum romana res floruit: progressusque ad maiora uidetur adaugeri cunctis in pace cõstitutis amplissima summaq; fœlicitate: ac nõ nulla a prioribus nationibus iidem impatores principatu susceperε: deficiẽtiaq; restituere integritate cõsilii: terræ: mariq; dominantes: potiusq; augere dignitatẽ cupiebant q̃ inter barbaros propagare imperium gentem inopem minimæq; utilitatis. Quorum ego nõnullos Romæ uidi ob id missos quo se suaq; Romanis dederẽt: neq; imperatorem admittentem: quos ut inutiles sponte recusabat. Plurimis etiam nationibus quarum infinita pene est multitudo Romani reges statuunt nihil iis a d imperium iudigentes. E non nullis præterea imperio parenti: atq; suppositis plus detrimenti capiunt q̃ utilitatis. Quos licet inutiles abiicere cum pudeat principatum omnem magnis copiis: magnisq; præsidiis circumquaq; ualẽtes: tantumq; maris quasi fundum quẽdam seruant: ac cõtinent: Nullum quippe in præsentem diem in tantum creuit: ac surrexit imperium ne græcoruꝫ quidem. Quod si quis Athenienſium & Lacedæmoniorum: & Thebanorum qui seperatim imperarũt a Darii regis expeditione qua maxime floruere usqne ad Philippum Amyntæ filium græcorum res gestas in unum colligat anni plures uidebuntur: in quibus contentionibus potius: ac discidiis inter se ad ambitionem certasse dicetur q̃ ob principatum aut libertatem in posteros succeſſuram bella gessisse. Quidam. n. ex ipsis in Siciliam profecti ob alterius spem imperii ultro corruere. Vel si quis in Asiam ꝓuectus est mĩimum adeptus: non multo post in patriam rediit. Græcorum quippe potẽtia & si maximis cõflictata preliis: nunq̃ tamen ultra græciam firmiter progressa est. Verum potentes duntaxat extitere se liberos aliquãdiu & inuictos præstare. A Philippo quippe Amynte filio & alexandro Philippi magno in deterius eorum res labi uisæ: præter

q̄ dignitatem ptiſcam decidiſſe. Aſiæ quidem principatus ſi quæ in Europa geſta ſũt uel minima cõſideres nullius ferme momẽti: aut uirtutis habebitur ob ingenitaꝫ timiditatem: imbecillitatemq̄ populorum: quod & inſequẽtia ſcripta declarant. Modicis quippe exercitibus romani tot in Aſia gẽtes populoſq̄ ſubegere: quot in præſenti ad huc obtinẽt. Macedonibus: atq̄ oppugnãtibus plurima tamen circa libyam & europam confecta ſunt. Congeſtæ porro in Alexandrũ Philippi filium aſſyriorum: Medorum ac perſarum uires trium maximarum: potentiſſimarũq̄ nationũ: ne utiq̄ ad nouingentos annos ſeruare potuere quãta nunc poſſident romani. Magnitudo nempe illorum imperii: nec ad dimidium huius (ut exiſtimo quiuit attingere. Cõiector id autem cum romanorum ab occidente & heſperio oceano ſupra caucaſum mõtem: & euphratem fluuium: & ætbiopes ſuperiores per ægyptum: & arabes ſupra occidentaleꝫ rutſus oceanum protendatur imperium: & terminus illis ſit idem oceanus incipientis & finientis diei: tum mari uniuerſo: quod interius ẽ: inſuliſq̄ in eo impent omnib⁹ Oceano præterea britãnico ac Medis & perſis ubi plurimum maris: uel Pamphylius ineſt ſinus & unica Cypros inſula: uel quid aliud modicum Ioniæ in mari: ſinuſq̄ perſici: nempe quicquid huius eſt maris romani tenent. Quæ autem Macedonum ante philippum Amyntæ filium geſta referuntur permodica fuere eum nonnulliſ & ipi paruerint: Ipſius uero philippi labore: & erumnis non inficior referta eẽ omnia: uerum circa Græciam & unicam duntaxat geſta prouinciam. Alexandri autem principatus magnitudine reꝫ ingenti fœlicitate celeritateq̄ geſtaꝫ p̄maxime enituit. Sed cũ in infinitum & nulli immutabilẽ graduꝫ attigiſſet breuitate tpis fulguri coruſcãti aſſimilis: & hinc inde diſcurrenti in multos dn̄at⁹ pluriaſq̄ ptes effulſit. Nr̄is aũt tpib⁹: & qdem ſolis copiæ igẽtes adſunt peditũ ducẽta: eqtũ. xl. mi. elephãtoꝫ. ccc. bellicoſoꝫ nũer⁹ Curruũ p̄t erea ad p̄lia inſtructoꝫ duo milia: ac armoꝫ in ſupplementũ trecenta milia Et hæc quidem terreſtribus copiis. Maritimis uero minorum nauium duo milia: triremium a ſexcuplis in quinqueremes mille quingentarum claſſis. Inſtrumentoruꝫ quoq̄ naualium numerus his totidem. Ad hoc naues partim auro proras: partim puppes exornatæ quas thalomigas appellant ad belli pompam quibus iideꝫ imperatores uehi conſueuere octuaginta. Pecuniarum preterea in theſauris ægyptiorũ talentorum quatuor & ſeptuaginta mlia. Tanti appatus ſum mam: ac rei militaris ex regiis codicibus licet intueri ab ipſis in unum cumulatam: atq̄ relictam. Cæterum ſecundus ab Alexandro ægyptiorum rex qui & lucrari potẽriſſimus regum fuit: ac ſplẽdide impendere: & magnifice elegãterq̄ cõſtruere: cũ ei⁹ regnũ diuitiis & opulẽtia nulli cederet omnẽ circa ſobolẽ eius exhauſit diſſidẽtibus inuicẽ filiis: q̄ res ſummos p̄ncipatus inter ſe contendẽtes ſolet euertere. Romanoꝫ aũt magnitudo ac fœlicitas maturitate conſilii diuturnitateq̄ tpis adaucte uirtute: patiẽtia: ac tolerantia eos ſup cunctos extulere. Non enim in proſpis ſe exuere rebus quoad ſtabilẽ uictoriã ſunt adepti, nec aduerſus cõfracti aĩc: cũ aliquãdo militũ uiginti milia una die: alia quadraginta: alia q̄nquaginta bello aĩſerint. Periclitãte pene urbe: cũ aliq̄do fames cõtinua inſtaret: aliquando peſtis urgeret: ſeditioq̄ eodẽ tpe uexaret urbẽ: neq̄ tamẽ a magnitudine aĩ conſtantiaq̄ deſiuere donec per ſeptingentos afflicti annos periculis ac diſſidiis euecti: ad hunc in quo nũc ſunt uenere p̄ncipatũ: fœlicitatem p̄ ſalubria adepti cõſilia. Et hæc qdẽ multi græcoꝫ: multi ẽt romãoꝫ pſcripſere. Eſtq̄ macedõiæ tũc qdẽ poꝫ magnæ exiſtẽtis multo maiorũ cõfecta hiſtoria. Cæteꝫ cupiẽtẽ romãoꝫ res geſtas per uniuerſum contemplari: adduxit ſæpenumero hæc ſcriptura carthagine in hiberiam: ex hiberia in Siciliam uel

macedoniam per legatos:aut auxilia ad exteros dimissa:iterumq; in carthaginez ac sicilia reduxit ueluti errabundum:ac denuo ab bis imperfectis se conuertit quousque a me per partes est collecta. Quotiens romani in siciliam bella gessere aut emisere legatos:aut quid aliud egere in sicilia:donec insulam in hunc in quo nunc est ornatum :statuerunt. Quotiens carthaginensibus intulere bella:aut inducias cum illis effecere:aut legatos ad illos demiserunt:aut ab illis recepere:aut aliud egerunt:aut passi sunt ab eis donec carthaginis urbem euerterunt:& nationem libycam reduxere in potestatem :& denuo sibi ipsis erexere carthaginem libyam:ut nunc est demum statuentes. Hæc omnia a me per nationes sunt descripta. Cupiens nempe romanorum gesta apud omnes clara esse. Quippe qui populorum imbecillitatem uel potentiam:aut uictorum uirtutem fœlicitatemue cognouerim. aut siquid illustre contigit notum habeam satis fisus: & alium quempiam eadem omnia scire cupere per natiões quasq; suo ordine describo. Quæ uero interim apud alios illis euenere enarro singula:& eorum gestis interpono. Tempora autem in omnibus referre superuacaneum existimo:tum siqua memoratu digna ex interuallo contigere uicissim refero:& quæ Romanis fuere nomina. Olim q Romanor̃ trib̃ noia.
//p dem unum duntaxat singulis:ut cunctis mos ẽ hominibus erat nomen:deinde assum pere duo:nec multo post tertium in uirtutis passionis ue cognomen imponi cœptum: & iuxta Græcorum morem ultra noĩa:cognomen:habitum:quod & ipse annotaui: ac potissime:ea quæ ad cognitionem pertinent illustrium uirorum. Plura quoq; his & aliis similia:quæ eximia habentur subinde refero. Tribus autem libris existentibus:in q̃bus omnia quæ a Romanis in Italia gesta sunt cogerentur eos omnes Romanorum Italicos puto appellandos:uerum ob rerum magnitudinem in partes diuidendos. Primus autem quæcunq; sub septem regibus acta sunt:quæue ab illis continet: quem romanorum regium dicemus. Qui uero deinceps quæ per reliquam Italiam separatim ab his quæ per ionium sinum gesta sunt continet in prioris comparationem: romanorum dicemus italicum. Vltimi Samnites erunt:qui Ionium incolunt: & magno difficilicq; bello per annos octoaginta conflictati sunt:& post hos quæcunq; gẽs illis finitima auxilio fuit:& græci omnes qui sub italia sunt:colliguntur:quem in priorem comparationem romanorum Samniticum dici uolumus. Reliqui iuxta ordinẽ inscribẽtur omnes:romanorum celticus:siculus hibericus:Hannibalis carthaginensis:ac macedonicus:& deinceps pari modo unus alium ex ordine sequetur: quemadmodum bellum ex bello nasci contigit quousq; multa tandem finis buic genti dabitur. Quæcunq; autez romani inter se dissidentes:aut ciuilibus bellis contendentes egere:quæ omnium formidolosiora illis extitere per seditionum duces asta describremus:partim per Marium atq; Syllam:partim per Pompeium & Cæsarem:alia per Antonium & Cæsarem alterum cognomine Augustum in percussores primi Cæsaris:alia per antonium & Augustum inter se dissidentes:atq; bellantes quoad postremum peracto ciuili bello:ægyptꝰ quoq; ad romanorum accessit principatum. Hæc igitur per libros singula populorum ducumq; per ciuilia bella partimur. Postremo exercitus eorum & copias quas habuere:aut prouentus:quos ex singulis carpũt natõibus:aut ualidioribꝰ præsidiis absumũt & quæcunq; alia huiusmodi cognitiõe digna. Aequum est aũt de uirtutibus eoꝝ differẽs ab hoc genere capeinitiũ. Qui uero ista plcripserim:multi nouere :& ipse aptius dicere ppositi. Appianus alexãdrinus prius qdẽ in patria degens:mox Romæ sub imperatoribꝰ forẽses pfessus cãs quoad me ipsis seruire dignũ putãt. Sin & reliq̃ scire appetis ẽt de his a me cõscriptũ ẽ. Finit phœmium. P. Candidus transtulit.

Samniticũ bellũ

Appian? Alexandrinus Romæ caussidic?

~ urg. æneidos primo
Taurino quantū possent circundare tergo.

LIBYCVS.

Appiani Alexandrini sophistæ Romanorum liber incipit: qui Libicus inscribitur.

Arthaginem in Libya Phoenices condidere annis quinquaginta ante Ilii captiuitatem. Conditores fuere Xorus & Carchedon. Sicut autem Romani & ipsi Carthaginenses existimāt Dido mulier e Tyro profecta: cuius uirum eum Pigmalion urbis tyrannus clam interemisset sōnio monita: collectis iis: quibus pigmaleonis sæuicia inuisa fuerat: pecuniisq; in unum congestis in libyam enauigauit. & eo loci ubi nunc Carthago sita est consedit. Expellentibus deinde eos incolis tantum soli deprecati sunt: in quod se conferrent quantum taurino corio circū dare possent. Ea ex causa primum risus inter phœnices ortus rei exilitate demum qui huiusmodi foret astus scire cupientes potissimū cum ambigerent: quemadmodum ciuitas tam angusto spacio includi posset concessuros se iureiurando firmauere. Hi corium per minuta secantes circūposuere loco ubi nunc Carthaginis arx residet: quæ ob id Byrsa appellata est: procedente mox tempore hincinde profecti cum finitimis lōge promptiores haberentur deducta classe: & mare quemadmodum reliqui Phoenices enauigantes urbem extra Byrsam condidere. Demum subacta libya magnam maris tenuere partem. Vlterius bella mouentes siciliam sardiniam cæteraq; insulas: quæ mari illo continentur, occuparunt & in hiberiam usq; misere colonos. Ab huiusmodi igitur initio principatum assumpserunt græcis quidem potentia non imparem opulētia per sarum regno comparandum. Septingentis deinde exquo urbem condidere elapsis annis romani siciliam illis abstulere: deinde sardiniam. Secundo autem punico bello: hiberiam omnem. Magnis igitur copiis ad inuicem congressi pœni duce Hannibale Italiam omnem depopulati sunt annis fere sedecim. Romani econtra Cornelio Scipione maiore imperante Carthaginem usq; cœpere omnia: naues præterea & elephantos: ac tributum pendere ad tempus coegerunt. Secundæ deinde induciæ inter Romanos & Carthaginenses factæ per quinquaginta annos permansere donec solutis his tertium & ultimum incœpere bellum in quo scipione minore duce Carthago a Romanis euersa est: & præter spem demum restituta priore tamen angustiorem effecere uelut iopportunum in libya locum. Quæ autem in sicilia gesta sunt satis apparet eo libro: quem de siculis rebus scripsimus: quæ in hiberia in eo quem de hibericis: & quæcunq; Hanibal in Italiam profectus egisse dicitur in eo: quem de Hannibale: quæ uero in libya acta referuntur hic a principio collegimus. Incepere autem romani iuxta siculum hoc statim bellum & nauibus quinquaginta supra trecētas in libyā delati pleraq; urbes sibi subegerunt. Ad hæc imperatorem Atilium Regulum statuere: a quo urbes fere ducentæ ditionem redactæ sunt: quæ carthaginensium odio ad eum defecerunt: & regionem p̄ teruectus depopulatus est. cartbaginenses econtra ducem a lacedæmoniis postulārūt: satis arbitrati ob ducum imperitiam minus prospere pugnatum est. Hi zantippū Carthaginem misere. Atilius ea tempestate circa paludem castra habebat: æstatisq; temporibus paludem circumibat in hostes deducturus armorum grauitate siti & angore difficulter agmen agens: & ex editis ac præruptis locis in plana descenderat. Cum uesper appropinquasset: fluuio inhibente: statim copias traducere curauit: quo xantippū ad uētu suo terreret. At ille instructa acie ppe urbis portas eduxit exercitū satis fisus hostes calore ac tedio cōfectos facile deleri posse: & noctem ad uictoriam plurimum conferre: nec spe sua frustratus est. Nam ex triginta militum milibus quos ductabat Ati-

lius uix pauci arma sumpsere: reliqui omnes partim cæsi partim capti: & cum iis Atilius imperator & consul captiuus ductus: Q uē non multo post perpessi carthaginenses cum legatis suis Romam misere inducias impetraturum: aut carthaginem denuo cum illis redituru. Atilius autem siue difficultate rerum dubius siue dissimulans bellum a romanis sequendum persuasit. Ita Carthaginem reuersus caua clauis circūuallata ineluctus extinguitur. Hæc fœlicitas zantippo calamitatis initium attulit. Q uippe ueriti carthaginenses ne lacedæmonii tanti facinoris gloriam sibi asciscerent publice illum multis affecere donis: ac triremi impositum denuo ad suos reuerti suaserunt. nautis uero clam edixere ut illum internauigandum mari obruerent. Ita rerum prospe gestarum pœnas haud merito luit zantippus. Et hæc quidem primo punico bello romanis uel aduersa uel læta contigere quoscp carthaginēses Siciliam illis concessere. Q uē admodum id cōtigerit eo libro dictum est: quem de siculis rebus scripsimus. Post hæc inter Romanos & Carthaginenses pax inuicez secuta. Libyci deinde quicunq; carthaginensium imperio parebant: aut pro illis in sicilia bellum gesserant. Celtæ quoq; mercede conducti stipendio se fraudari conquerentes acriter in eos bella uerterūt. Carthaginenses ea tempestate romanos in auxilium uocauere ueluti socios ex fœdere coniunctos. At romani iure hospitii duntaxat illis astricti bellum ab Italia expulerant. Sic enī fœdera inter utrosque inita testari uidebantur. Misere tamen legatos Romani: qui pacem illis conciliarent: qbus libyci parere recusantes: urbes illis si uellent polliciti sunt Abnuentibus autem romanis carthaginenses magna classe in eos delati nauigatiōem maris oēm abstulerunt. Destitutis itaq; urbibus rerum inopia: ut in bello fit uniuersaz libyam reduxere in potestatem. Peracto bello negociatores mari nauigantes aggressi depredabātur. Romanos uero si quos intercepissent mari obruebant: clam sceluscōtegentes: quod aliq̄diu latuit. Verum cognita re: cum romani pœnas ab iis exigerent: idq; differrent: bellum in eos decreuere. ea ex cā coacti sunt: & Sardiniā insulā illis dedere Sic enim priori ex fœdere præscriptum erat. Non multo post carthaginenses in hiberia mouere bellum: & prouinciam per partes subigere cœpere: quousq; sagtūinis ad romanos confugientibus terminus illis in hiberia statutus ne hiberum pertransirēt amnem. Hæc tamen fœdera a carthaginensibus neglecta cum fluuium: duce Hannibale transissent. transgressus Hānibal nonnullis in hiberia relictis: ipse cum reliquis copiis in Italiam descendit. Imperatores romanorum in hiberia. P. Corneliu & G. Cornelio Scipio ambo fratres splendida rei militaris opera edidere. Verum cum uterq; bello cōcidisset: milites qui cum illis erant fœde capti & uenundati sunt: quoad Scipio. P. Scipionis illius filius qui in hiberia perierat: nauibus aduectus quasi spiritu quodā diuino comitante uictoriam assecutus est. urbēq; ob has res dignitate & gloria illustrem reddidit. Ipse deposito magistratu: & iis qui ad eum ex urbe uenerant cōcesso romam profectus dignus iterum uisus est qui in libyam mitteretur Hannibaiem pulsurus Italia: ac carthaginensibus domi bellum illaturus Huic ex primoribus nonnulli aduersabantur. Q uidā non oportere dicentes: prius q̄ Italia a penis liberetur Hannibale uastante omnia: & Magone in lateribus eius Ligures Celtasq; ducente in libyam transire: nec exteris inferre bel ū anteq̄ a suis cladē expulissent. Alii autē carthaginēses nil domi ueritos cōtinue in Italia māsuros: sin bellū carthagini inferret Hannibalē reuocaturos esse. Tādē ex sentētia uisum ē Scipionē in libyā mittere: nec tamē illi exercitū decernendum eē ex Italia hannibale gerēte bellū. Euntē uero siquos aliūde inuēiret p libito accipe: & iis q̄ in sicilia adhuc erāt i bello uti posse. Triremes p̄terea decem ut pararet ad belli usum & supplementum pro iis cape & quæ in Sicilia uicissim forent addere iusse-

Atili ax

A

fr

finis primj belli punici.

Carthaginēses bello Socialj laborāt.

Sardinia q̄n primū in potestate Romanorū.

Initiū Secūdj belli punici.

P. et Gn. Scipiones In hispania cæsi sunt.

P. Scipio in aphrica

P. Scipionis In Aphricā copiæ.

In massinissę historia dissentit aliuio

rũt. pecũias tamẽ ꝑ iis nequaq̃ bræbuere nisi si quæ Scipiõi ab amicis collatæ sũt. Adeo negligenter huic bello ab initio romani addidere animũ: quod omniũ maximũ & glorioſiſſimum paulo poſt illis futurum erat: Scipio igitur carthaginenſibus iam pridem iuſẽſus ſeptem millibus equitũ peditumq; ĩ unum collectis ĩ ſiciliam enauigauit tyrões electiſſimos tercentos circum ſe ducens: quibus ſine armis inſequi iuſſũ erat. Siculoꝝ præterea totidem ex opulentioribus: eq̃is armiſq; ornatiſſimos ad ſtatutam diẽ adeſſe iuſſit. Cum acceſſiſſent an aliquem pro ſe quiſq; militare mallet interrogauit. Annuẽtibus cunctis tercẽtos illos armis exutos in medium acciuit: eoſq; ſiculorum armis eqſq; ornari iuſſit. Eo modo tyrones tercenti ex Italia ſiculorum loco ad bellum inſtructiſſimi Scipioni aſtitere aliis gratias agentibus: quibus ad omnia utiliter in bello uſus eſt. Carthaginenſes his præceptis: Haſdrubalem Gigonis filium ad conducẽdos elephantos demiſere. Magoni uero finitimorum aduenarumq; pedites ſex mille. equites octingentos & elephantos ſeptem tradiderunt: eiq; iniunxere q̃ maximis poſſet copiis in Etruriam deſcendere: quo Scipionem a Libya auerteret: Mago Annibali copias adiungere feſtinãs ob loci diſtantiã differre cogebatur. Cæterũ rei euẽtũ intẽtus expectabat. Haſdrubal ab elephãtis reuerſus carthaginẽſiũ & libycorũ circiter pedites ſex mille pari nũero aduehebat. Eqtes ꝑterea octĩgẽtos: His ſeruorũ quos ad nauale uſum cõparauerat qnq; millia adiũxerat: ex numidis equites duo mille: exteroſq; mercede cõductos quos exercitãdo ꝑ ducẽta ſtadia ab urbe aberãt. Numidaꝝ in lybia reges plerique referuntur: quorũ e nũero Syphax oĩum ꝑmus ſummo in honore a cũctis hẽbat. E meſſuliorum ãt geuere illuſtri regis filius Maſſiniſſa carthagine innutritns & eruditus fuetat. Huic cũ & pulchritudine corpis & morum elegãtia polleret lõge Haſdrubal Giſgonis filius nulli carthaginenſium nobilitate inferior filiã ſuã uxorẽ dederat: q̃q̃ ille numida ipſe cartbaginẽſis eẽt. Cum autẽ generum eũ aſſumpſiſſet ſtatim iuuenẽ in hiberiã ducẽ ad bellum miſit: Syphax ob amorẽ zelo cõmotus in carthaginenſium agroſ impetũ facit. Scipioniq; ex hiberia aduentãti: & pœnis bellum inferre ſtatuenti una conuenit. Hæc cum intellexiſſent carthaginenſes baud parui exiſtimantes Syphacem romanis ad bellum conſpirate uirginem Syphaci dare decernũt Haſdrubale & Maſſiniſa in hiberia exiſtentibus: ac huius rei prorſus ignaris. Demũ percepta re indignatus Maſſiniſſa cum Scipione in hiberia fœdus iniit clam haſdrubale ut arbitrabatur. At ille ĩtelectis omnibus: quãquã huiuſmodi contumeliam filiæ: genero pariter infringi grauiſſime ferret: tameu e reipublicæ utilitate uiſum eſt Maſſiniſſam e medio tollere. Huic igitur ex hiberia in libyaꝫ redeunti equites quidam præmiſſi quibus occulte imperatum erat ut inſidiis circũuentum eum occiderent: Ille fraude percepta in fugam uerſus: domum rediit: patriumque regnum ſibi uẽdicauit. Poſt hæc equites plurimos in uuum collegit. his opus duntaxat erat haſtis inſtructi die noctuque rapiendo aggredi: deinde retrocedere: mox ad rapinam denuo prodire: nec alio pugnandi genere q̃ fugiendo & inſequendo uti. Sunt enim hi præ cæteris Numidarum inediæ patientes: & plerunque herbis pro pane ueſcuntur: Nec aliud omnino quam aquam bibunt. Equi præterea eorum neque hordea guſtant: Verum gramine aſſidue ueſcuntur. fameſcuntque q̃ plurimum: hos Maſſiniſſa ad uiginti millia in unum collectos: ad tapinas prædamque aliarum emittebat nationum: quemadmodum opus illi uidebatur: Carthaginenſes ac Syphax huiuſmodi multitudinem in ſe parari exiſtimantes. Monenim qua iniuria illum affeciſſent: ignorabant primum ipſi bellum inferre ſtatuunt: Mox cum illum ſubegiſſent: Romanos aggredi: Nam copiarũ multitudine longe præſtabant. Verum magno curruum: impedimentorumque pondere & apparatu

Gisgonis filius

Magonem ſus in hetruriam ac Tuſciã.

Syphax numidiæ rex.

Maſiniſſa maſeſulioꝝ regis filius

maſeſuliorum

Maſiniſſa cũ P. Scipione clãfœdus iniit & cũ

Mauritanorũ equitũ tela ac pugnæ genus.

Mauritani inediæ patientiſſimi. eq̃ Mauritanoꝝ fame ꝛ ſitim tolerant

exercitum ducebant. Maſſiniſa econtra aſſiduo labore ſuos exercebat: nec alio q̄ equita tu utebatur nullos currus nulla inpedimenta ac ne commeatum quidem ſecum du/cens ex quo facile inſequebātur fugiebat & in abdita quæq; ac munita ſeſe retrahebat: Nonnunquam diuiſis copiis loca per quæ facillime elaberetur eligebat: ubi cum pau/cis deliteſcens quoad ſui ad ſe redirent expectabat: diem noctēq; in unū ducens. Per tri/duum quippe in ſpelunca hoſtes circunſidentes latuit nec quo loci in exercitu ſtabula/retur ſciri poterat ſed deliteſcens continue ducebat agmen. Q ua ex cauſa nullo in loco iuſta acie ſecum congredi hoſtes poterant: cæterum irruentem aſſidue expectabant. Prælia prætereaab illo per ſingulos dies agitabantur ut nocte locum caperet uillam aut oppidum occuparet. quibus interceptis uniuerſa rapiebat tradebatq; ſequentibus. Q uanobrem multi numidarum nullo ſtipendio uerum ingenti mercede pellecti ad il lum confluebant eoque modo cum carthaginenſibus bellum gerebat. Scipio rebus in ſicilia faciliter geſtis ſacris Ioui ac Neptuno riteperactis in libiam enauigauit longarum nauium duas ſupra quinquaginta: onerarium uero quatercentas ſecum agens: celoces inſuper ac lembi quamplures claſſem ſequebantur. Ad hoc exercitum ducebat pedi/tum ſex millium ac ſexcentorum. Armorum præterea & inſtrumenti bellici ingentem copiam comeatum abunde eoq; apparatu curſum dirigebat. His intellectis carthagi/nenſes ac Syphax cum Maſſiniſſa rem diſimulandam cenſent amiciciamq; illi ultro of/ferendam quoad Scipionem bello ſuperaſſent. Maſſiniſſa haud ignarus ſe ab his deci pi: uiciſſimq; inſidias illis ſtruens uniuerſa Scipioni per ſuos nunciat. nec longo apud. Vticam interuallo intra ſe caſtrametati Haſdrubal Syphax & Maſſiniſſa quo i loco Sci pio quoque a uentis delatus exercitum habebat haud multum deinde ab eo Haſdrubal caſtra locarat peditūm uiginti milia. equitum ſeptem in armis agens elephantes præte rea centum ſupra quadraginta. Syphax igitur ſiue formidaret ſiue utriſq; parū fideret regnum ſuum a finitimis barbaris uaſtari queſtus diſſimulato negocio in patriā rediit Scipio nonnullos ex ſuis Haſdrubalem aggreſſuros præmiſit. quædam enī ciuitatum illi adhæſerant. Maſſiniſſa clam noctu in Scipionis caſtra delatus ducemque comple/xus monet in ſequenti die ad locum triginta ſtadiis ab Vtica diſtantem: in quo turris quædam ad Agathocle Syracuſanorum tyranno erecta fuerat quinque milia ex ſuis in inſidiis ponere. Ipſe orta luce Haſdrubali perſuadet Hannonem equitu3 præfectum ad explorandos hoſtes mittere & in utiecenſes una curſum facere: ne hoſtium propinqui tate tumultus in urbe fieret. ſeq; uiciſſim iturum (ſi iubeat) pollicetur. Hanno mille car thaginenſium equites electos ac libicorum plurimos ſecum duxit. Maſſiniſa numidas duntaxant ex ſuiſ habebat. Cum turri appropinquaſſent & Hanno uerſus Vticam iter faceret pauci ex inſidiis prodiere. At Maſſiniſſa carthaginēſiū equitibus ſuadere cœpit: ut illos aggrederētur ut pote numero impares: & ipſe ſubinde ferebatur ueluti auxiliū allaturus. Cum in medium libycorum peruēiſſet plurium inſidiæ patefactæ ſunt: & pu gna hinc inde inter romanos & maſſiniſſam fieri cœpta. In ea āt tercenti capti Maſſiniſ ſa his peractiſ Hannoni ueluti amicus feſtine obuians illum cepit: & ad Scipionem ſecū in caſtra perduxit. eoq; modo matrem eius ab Haſdrubale recepit. Scipio interim ac Maſſiniſſa regionem depopulati quoſcunque romanorum operi damnatos in agris in uenere priſtinae reddidere libertati. Hos Hanibal ex Hiberia & Sicilia: plures etiam ex italia miſerat. Obſidentib9 autē romaniſ urbē magnam cui Loceſ erat nomē: & mul ta grauiꝰ perpeſſis Locenſes cū ſcalas muro appoſitas uiderūt per præconē anūciantur bē ſe illiſ ultro cōceſſuros eſſe. Q ua re Scipio ſtatim milites a precone iuſſit reuocari:

Maſſinissa ꝙ

P. Scipionis in aphricā copię.

Hasdrubalis in Aphrica cōtra Scipionē copię.

Syphax carthaginenſes deſeruit

Maſiniſſę ꝓditio

Agathocles Syracuſanorꝝ tyranmis

Hanno eq̄tū ꝓfect?

Hanno a Maſiniſſa captus.

Loces ciuitas obſeſſa et demū capta a Scipione.

Qua ꝓmutatione Maſiniſſa matrē ab Hasdrubale recepit

Illi parere recusantes ac urbē per tegulas ingressi mulieres æque ac pueros omnes necauere. Hac re indignatus Scipio ciues omnes q̄ cladi superfuerāt libere abire iussit: militibus uero prædā ademit. Ex principibus autē factionis cū eos in mediū sortitus esset tres duntaxat mali auctores supplicio affecit. Hasdrubal cū haud longe castra haberet magonē equitum præfectū a fronte p̄mittit: ipse postremus cū suis sequebatur. Cū in medio fletissent romani opus inter se partiti in singulos eoꝝ cōuersi ad quinq̄ libycorū milia occidere mille & octingentis captiuis ductis reliquos saxis obruere. Scipio post hæc ad uticā mari terraq̄ oppugnādam cōuersus quinqueremibus duabus in unū cōnexis turres desuper imposuit ex quibus tercubitoꝝ iacula ingentisq̄ ponderis saxa in hostes emittebat. Cum multis eos cladibus affligeret: nec secus ab illis pateretur plurimis iuuenum sauciis educto ingenti aggere arietibusq̄ adhibitis mœnia pulsare cœperat tegmenta & quæcūq̄ alia p̄tectionis instrumēta falcibus auertens. At illi p̄fosso aggere falces laqueis distinebāt arietes quoq̄ ab opere tardabāt. Trabes præterea e nauibus ereptas in mediū iacientes cum uentus flare cœpisset igne adhibito machinis ipsis adigebāt ita ut Scipioni desperatio quædā oriretur obsidēdæ urbis. Siphax intellectis iis quæ acta fuerant cum exercitu uenit: nec longe ab Hasdrubale castra locauit utrisq̄ se amicū esse simulans. Cæterū pugnam ex industria trahebat: quo ad cætere naues ad carthaginenses profecturæ uenissent: ac celtarum ligurumq̄ plurimi mercēde cōducti. inter hæc de pace agitare cœpit iustū esse in quiens nec Romanos Lybiæ: nec Carthaginēses italiæ inferre bellum. Romanos Siciliam Sardiniam cæteraſq̄ insulas quas habuissent tenere: Hiberiam quoq̄ p̄ossidere. Si quis fefelliſſet obseruantibus se fœdera auxilio futurum esse. Hæc agitans clam Massinisam ad se reducere tentabat Messulio-rum regnum hac conditione se illi confirmaturum spondet. Ex tribus præterea sororibus suis coniugem illi daturum quam eligeret. Afferebat & nuncius aurū cui hæc cōmittebantur: ut si minus illi suaderet ex seruis quēpiam mercede corrumperet qui Massinisam polliceretur occidere. Itaque cum illi persuadere non posset cuidam ex suis auꝝ tradidit necis præmium. Ille parere simulans rem omnem regi aperit & qui dediſſet insinuat. Si phax non ultra differendum ratus palam Carthaginensibus fauere cœpit: urbemq̄ in mediteraneis sitā: in qua bellici apparatus: frumēti magna uis a Romanis cōgesta fuerat per proditionem capit: interfectis iis qui urbem tuebātur: ac sub spe fœderum abire recusantibus. Auxilia deinde numidarum multo maiora acersit & iā mercenarii milites aduenerant: naues quoq̄ egregie instructæ una ferebantur. Cum pugnā inire decreuisset Siphax eos qui uticam obsidebāt aggredi instituit. Hasdrubal Scipionis exercitum inuadere: naues aūt nauibus una congredi: & hæc in sequenti die simul agere ne Romani numero inferiores pugnam sustinere possent. Instante nocte Massinisa a quibusdam edoctus Scipionem rei certum facit. Ille ueritus ne exercitus in tot partes diuisus ad cætera debilior fieret duces nocte in tabernaculum conuocat. Ambigentibus his aliquamdiu conctatus audacia inquit & cæleritate nobis: ac belli fiducia opus est amici agredientes præueniamus hostes: quæcunq̄ in exercitu sunt nostra faciemus. Q uæ dicam igitur auertite nihil illos æque perturbare potest q̄ subitus Congressus noster ac totius rei inopina cogitatio q̄ a tam paucis plures inuadantur: Nos exercitu in partes diuiſ o haud quaquam poterimus uti: sed in unum collecto: neque omnibus cum hostibus censeo conserendum: sed cum iis quos primos elegerimus. Castra separatim unusquisq̄ eorum habet: ad quorum partes æque potentes sumus: audacia & felicitate præstamus. Sin deus ex primis uictoriam dederit reliquos contemnemus. Q uibus autem primis insurgēdum sit quod ue belli tempus futurum si

Syphax pœnis et romanis socius.

Syphacis simulatio

Mesulioꝝ Regnū

Massinissę p̄missi dias a syphace structa nex.

Syphax agitus hostis rommoꝝ

Scipionis oro ad exercitū duces.

placet exponam. Annuentibus cunctis tempus inquit ab hoc consilio statim capiendum reor dum nox est & bellum formidolosius: & eorum imparata sunt omnia: nec quisquam sociorum in tenebris auxilium afferre potest. Eo modo consilia hostium licet præuenire cum in sequenti nocte nos aggredi statuant. Ex tribus quippe eorũ exercitibus primum naues a longe distant quarum in nocte nulla utilitas. Hasdrubal & Siphax castra inter se prope posuere. Ex iis Hasdrubal belli caput. Siphax noctis tempore prælium inire uerebitur utpote uir barbarus deliciis septus & pauore. Copiæ omnes in Hasdrubalem uertendæ sunt. Massiniſam insidias Siphaci struere utilissimum existimo. erit enim inopinus illi exercitus aduentus. pedites ad Hasdrubalis castra locabimus. Sic undiq; assistentes aggrediemur hostes bona spe audaciaq; confisi. quibus in præsenti potissimum nobis opus est. Equites nam ipsis nihil in nocte necesse est lõgius emittam: ut hostium agmen circumueniant: ac si forte ab hiis pelleremur nos sustineant & ad amicos salui tutiq; redeamus. Sin uicerimus fugientes persequantur: comprehendantq;. Hæc fatus duces emisit qui exercitum in armis ponerent. Ipse audaciæ & pauori peractis sacris neminem nocte quiescece ĩ castris iubet: sed exercitum in promptu cum opus sit habere. Tertia tandem uiglia sensim tuba signuz dare imperat iugi silentio ingentes agens copias quoad equites hostium castra circumdedere: peditesq; ad aggerem applicuerunt. Tum uero ingenti sublato clamore tubæ: strepitu ac machinis multifariam excussis custodias e uallo deturbant: castra disiectis ꝓpugnaculis inuadunt: non nulli audaciores concito cursu tabernacula incendunt: Libyci e somno exciti prosiliunt. armisq; propere assumptis ĩ ordines confusi redeunt: nec quæ precipiebantur p sterpitum satis audire poterant non ipso duce admodum discernente tumultus causam. His inuecti romani partim arma capientes partim trepidantes intercipiunt tabernaculis pluribus incensis eos qui aduersum steterãt occidũt. Nam hostium clamor aspectus & opera formidolosiora cuncta faciebat cum nocte & ignorantia rerum circumuentum putarent exercitum: & ignem tabernaculis iniectum formidantes inuicem corruerent campos quasi tutiora quo se referrent petentes loca. Hos equites romanorum qui a lateribus extabant inuadẽtes contrucidant. Siphax noctis clamore percepto flammis undiq; accensis tabernaculo seipm continuit. Equites uero non nullos Hasdrubali auxilio misit: Quos aggressus Massinisa pleroscq; fœda cede disiecit. Illuceseẽte die Siphax ꝓcepta Hasdrubalis fuga exercitum eius crudelissime concisum: partim uero ab hostibus inique detentum: partim uero turpiter fugientem conspicatus: castra a romanis occupata impedimenta omnia dirrepta esse derelictis omnibus ad interiora libye fuga penetrauit ratus Scipionem a carthaginensium insecutõe redeuntẽ q̃ primum in se copias moturum. Qua ex re tabernaculum eius: cæteraq; impedimenta a Massinisa dirrepta sunt: Eo modo romani audacia perfuncti per modica noctis parte comsumpta duobus exercitibus longa suis amplioribus potiti sũt. Ex romanis circiter centum interfecti dicuntur: Ex hostibus paulominus: q̃ triginta millia desiderata: captiui ad duo mille quadrigenti abacti. Ex equitibus sexcenti cũ Scipioni e pugna redeunti occurrissent sese illi ultro dedidere elefanti parti interfecti partim uulnerati sunt. Scipio cũ arma argentum aurum plures elephantos & equites alios ac numidas cæpisset & unica pugna illustris claruscq; euasisset carthaginensium uero penitus cuncta despiciens prq̃mia militibus reddidit præda & spoliorum quodcũq; eximium sibi uidebatur romam misit. Interim milites cõtinuo labore exercebant Hannibalẽ ex italia Hãnonem uero ex liguria indies uenturos operiens. Cum in hoc statu esset Scipio Hasdrubal carthaginensium dux cum equitibns fere quingentis e pugna noctis

Audacia peracta sacra.

Pauori

Hasdrubalis a Scipione capta castra

liuius alr.

P. Scipionis de Syphace et Hasdrubale victoria

Hasdrubal a Scipione victus a suis rei capitalis condemnat⁹ é.

Hasdrubalis in Andriā fuga.

elapsus & saucius in Andriam confugerat. Ibi non nullos ex iis qui mercede conducti erant a pugna fugientes ac numidas repperit. Seruos igitur ad libertatem conuocare cœpit certior factus carthaginenses ob res minus prospere gestas cum morti cõdemnatie: Hanonemq; Bomolcharis filium qui copias eorum regeret ducem instituisse. Is quippe sceleratis omnibus assumptis adhibitis comeatibus cunctos ad belluz instruebat ad tria millia equitum: peditum octo millia secum habens in sola dumtaxar pugna spem posuerat. Hoc agitans diutius romanos a carthaginenses distinebat. Scipio exercitum armis insignem ad ipsa Carthaginis mœnia adducit: & carthaginenses in bellum prouocare cæpit. Cum nemo prodiret Amilchar classis imperator centum nauibus propere aduectus in Scipionis classem recta ducebat: ratus uenientem inopine præuenire: nec difficulter centum nauibus uigiti romanorum triremes superari posse

Hanno Bomilcharis filius penoꝝ ꝓpꝛ

Scipio carthaginiē copias admouet.

Amilchar charthaginēsiū classis ĩmpꝛator.

Ntiochus Seleuci Antiochi filius Syriorum ac babyloniorꝫ: nec nō aliarum gentium rex sextus a Seluco: qui post Alexandrum asiæ circa euphratem imperitauit in mediam profectus & parthiā: aliasq; nationes quæ ante ipsum defecerant cum plurima strenue gessisset ob idque magnus Antiochus diceretur progenitorum suorum gloria. ac propria appelatiōe elatus syriam inferiorem ac Siciliā: quæ ab ptolemæo philopatro ægypti rege puero adhuc tenebantur inuasit: nec paruū quippiā mente cōplexis Hellespontuꝫ ingressus ē: Eoles & Ionios ueluti Asiæ p̄sidenti paccommodos ratus: q; prius asiaticis paruissent regibus: tandē in Europā classe traiecit: thtaciā subegit: ac minus sibi parētes per uim cœpit. Cherōnesum muniuit: Lysimachiā præterea erexit urbē: quā Lysimachus Thrax pro Alexādro imperitās: ut ꝓpugnaculū quoddā in Thraces olim cōdiderat. Sed cū Thraces defuncto lysimacho urbē euertissent Antiochus denuo eā condidit: profugos quoscūq; lysimachiorū ultra reuocans ex qbus nōnulli in seruitutē redacti ei parebant. Emptis aliis & in unū collectis boues insup & pecora: ferrūq; ad agriculturā necessarium illis imptitus nihil morꝫ p̄stitit ad mœnia erigenda cū regionē situ inclytā & in uniuersam Thraciā accōmodam. & neluti horreū quoddā opportunū ad peragenda reliqua q̄ aīo cōplexus eēt ītueretur. Plures enim ad illum confluxerant & tutelam urbis timore adducti susceperant Ob id Smyrnei & lapsaceni aliiq; Antiocho aduersantes: ad Flaminium romanorꝫ impetatorē miser legatos: Cuⁱ⁹ ductu philip. macedo ī tessalia igēti pugna supatⁱ⁹ fuerat.

Erant quippe macedonum & grecorꝫ inter se paulatim per tempus & partes inuicē commixta omnia ut a nobis eo libro: in quo de Græcis agitur: perscriptum est: ac non nullæ inter Antiochum & Flaminiū legationes hinc īde missæ. & imperfecte plura ab his tētata. Iam pridem enim romani cum Antiocho in suspitionem mutuam uenerāt Illi nempe haud tute quiescere satis poterant Antiochum magnitudine principatus ac felicitate elatum intuentes: nec ille cuꝫ romanos adeo inualuisse cerneret ut soli potētia adauctum impedire & in europam transeuntem prohibere posset. Cæterum cum nulla inter eos & regem manifesta adhuc interceſſisset inimicitia: legati ab ptolemæo philopatro Romam uenerunt: Syriam ac Ciliciam ab Antiocho sibi eripi q̄rentes. Q ua ex causa romani principio huius belli: quod ipsis oportune afferri uidebatur permaxie

legati legatos ad Antiochū miſerunt:qui uerbo quidem ptolemæum Antiocho conciliare uelle dicerent:re autē Antiochi impetum reerimerent:illiq; quoad poſſent obſiſtere tentarent. Horū autem Gneus prior antiochum rogare pergit:ut ptolemæo romanorum ſocio atq; amico:regni q̄tum pater ei reliquiſſet:reſtitueret. Vrbes autem quaſ in aſia philippus tenuiſſet liberas eſſe ſineret. Non. n. æquum eē antiochum eas urbes poſſidere:quas olim philippo ademiſſent romani. Oīo neſcire ſe quamobrem exercitū tam ingentem:totq; in armatis paratos deſuper ex medis adducens in aſiam: quæ mari adiacet. īferret Europæ:urbeſq; in ea erigeret:thraciā ſibi uēdicaret. niſi hæc alterius belli eſſent fundamenta. Cui Antiochus ita reſpondit Thraciam pro genitoribus ſuis quondam parentem & ex impedimento amiſſam ſe cum per ocium uacaret: recuperaſſe. Lyſimachiā autem erigere urbē ut Seleuco puero habitaculum ſit. Q uæ uero in aſia urbes eſſent:eas liberas eſſe ſinere ſibi non romāis gratias ſint habituri. Ptolemæo & affinis iuquit ſum:& inquit ſnm:& inquantum illi ſocer non ſim eum uobis grarias habere cupio. Cæterum & ipſe addubito quo iure romani Aſiæ rebus ſeſe imiſceāt cū nulla mihi Italiæ cura ſit. In hunc modum infecta re legati diſceſſerunt minas iam inter ſe paulatim detegentes. Fama deinde & opinione uulgata Ptolemæum Philopatrū uita ceſſiſſe antiochus propere ad eum mouit:quaſi rege deſtitutam occupaturus ægyptum. Cui Hannibal carthaginenſes iuxta Epheſū occurrit ob æmuloruū calumnias patria profugus. quem romani litis & belli cupidum eſſe aiebant:nec ullo tempore pacī daturum operam. Hæc acta ſunt cū carthaginenſes romanis p fœdera parerent Hānibalem porro in preliis expertū anthiochus læte ſuſcepit. ſplēddeq; circa ſe habuit. Audiens deinde Ptolemeum in lyciam ueniſſe depoſita ægipti ſpe & Ciprum eius loco ſe/habiturū cōfidens in insulam enauigauit. Vi igitur tēpeſtatis iuxta Sarum fluuiū ī diſcrimen adductus multis nauibus amiſſis ex quibus non nulle amicis referte inerant ī Seluciam Syriæ profectus eſt:ibiq; exercitū labore euectum renouauit. Nuptias præterea Autiochi & Laodicis filiorum una celebrauit. Cū uero bellum a romanis aperte detegi uideret:affinitatibus ſibi reges finitimos conciliare ſtuduit:& Ptolemæo quidez in ægyptū Cleopatrā miſit Syram cognoīe gratis Syriam inferiorem illi offerens:quā idem Ptolemeo olim ademiſſz quo iuuenē demereretur & in bello cōtra romanos conſtantiorē redderet. Antiochiam autem Ariarti Capadocū regi:reliquam Eumeni Pergamo imperanti dare inſtituit. At is bellum iam cum romanis affuturum uidenſ:& ad utilitatem ſimul curam adiunctam eſſe:uxorē rennuit. Admirantibus autem Attalo & Philetero cius fratribus q; regis tam eximii:& adeo finitimi & ſibi impantiſ ultro ēt p̄cātis affinitatē recuſaret: palā oñdit futurū bellū p̄ncipio qdē pares habiturū eē euēt9:p cedēte tēpore romanorū res in maius euaſuras ob eorum magnitudinē atq; tolerātiam Ego etenim inquit romanis uictoria potitis firmiorez regni mei adipiſcar ſedē: Antiocho uero bello ſuperante ſpes omnis ad propinquos mihi elapſa eſt ſecum ſe illi inſerui entem demum imperaturum fore ſperaret. His adductis rationibus Eumenes nuptias ſibi oblatas ultro renuit: Nec multopoſt antiochus in belleſpōtum deſcēdit:ac Cheronneſum claſſe præteruectus magnam thraciæ partem ſubegit euertitq; græcis quicū q; thracibus parebant libertatez reddidit. Plura quoq; Bizantiis gratis contulit: ueluti opportunam in ipſo aditu tenentibus urbem. Galathas etiam donis. & apparatus ſplēdore pellectos in ſocietatem compulit ob eximiam corporis magnitudinem bello utileſ arbitratus. Poſt hæc in epheſum cōtēdit:ac legatos romam miſit:Lyſiā. ſ. & Eſianactenac Menippum:qui quidem re ſenatum ut tentarent uēiſſe uiſi: uerbo autem Mēipp9 ſic effatus ē:Antiochum romanoq; beniuolētiæ ſtudētē:ac p̄pugnatorē cum illis eē cu.

Ptolemæi patris mors.

Annibal ad Antiochū.

Sarus flu.

Antioch9 Antiochi filius.

eumenis prudētia

Antioch9 in thracia

Gallogrecos Antioch9 sibi iunxit.

Lysias
Hermogenes
Menippus
} Antiochi Legati.

pientem si dignū ducant uehementer admirari quod ab urbibus quæ in Ionia sunt eū abstinere uelle dicant: & redditus quosdam illi auferre: non nulla etiam et asiā adimere cum paci suadebat: Thraciam præterea dimittere iubeant: quæ progenitorum suorum quondam fuerit. Hæc enim non ut amicis: sed ut uictores imperare solitos. Sēatus eos ad tentandum uenisse ratus in hunc modum respondit. Antiochum si græcos in libertate esse sinat: & ab iis quæ in asia & europa sunt uicissim se contineat: romanos si uelu ti amicos habiturum esse. Hæc solum a romanis dicta causæ adhibitæ responso. At antiochus quam primum in græciam descendere: & exinde bellum romanis inferre statu ens Hannibali carthaginensi animū adiecit: qui ad illum his uerbis usus dicitur. Græciam quidem ex longo cōflictatam bello quam facilimum opus esse credere: bello omnia cuicunq; domi esse grauiora ob ingruentem famē: foris autem leuius geri. Romanos autem si græciæ inferatur bellum: Antiocho nequaquam concessuros commeatu domestico & apparatu abundantes. Suadere igitur ut in italiam quamprimum transeat. ibidemq; bellum gerat: ut romanis & quæ domi fuerint & quæ foris debiliora æq̄ fiant. Italiæ inquit expertus sum & multa hominum milia in tempore illi inferre possum e carthagine præterea amicos euocare: populum ad seditionem concitare licet continue inter se dissidentem: & erga Romanos parum fidei se habentem: audacia p̄terea tumentem ac spe cum me denuo italiæ potiturum esse autumet. Hæc haud ingrate ab Antiocho accepta: & magni ut erat ad id bellum ducens Carthaginensium uires statim illum ad amicos mittere suadet: q; tamen Hannibal facere distulit. non enim tutum putabat scrutantibus omnia romanis nec bello adhuc satis certo plurimis ad carthaginenses deferentibus nondum te. P. firmi quicquam aut stabilis habente iis ex causis quibus denuo carthago euersa. Aristonem autem negociatorē e tyro per occasione mercaturæ ad amicos misit: eosq; adhorratus est ut quam primum ipse in Italiam uenisset illi in uindictam eorum quæ passi essent excitarent urbem: quod ab Aristone factum est. Inimici uero Hannibalis intellecta Aristonis profectione tumultuari & quasi res nouas molientem inquirere cœpere. At is ne huiusmodi calumniam Hannibalis amici imprimis paterentur noctu clam festine literas ad Senatum destinat: in quibus Hannibal uniuersos senatores ad patriæ salutem bellumq; cum antiocho una capessendum adhortari uidebatur. Hisq; peractis inde enauigauat. Orta luce timor qui ex aristonis profectione Hānibalis amicos cœperat subito euanuit. quasi hæc ipsa ad oēs senatores relata essent Vex ciuitas uaria trepidatiōe agitabatur: una cum romanis aduersaretur: hæc minime latere arbitrabat posse. Romāo deide legati iter quod Scipio q Carthagīs p̄cipatū admit: i p̄mis fuit: ad ātiochū missi: q mētē & apparatum eius explorarent. Cum ad Pisida moram offendissent: in Epheso uenturum operiebantur regem. Eo loci sæpenumero cum Hannibale sermonem incidisse fama est: Carthaginensibus cum romanis adhuc in fœdere manentibus: Antiocho nondum manifeste se hostem profitente: eum quidē Hannibalem patria effugisse quererentur: romanis nihil in eum aut reliquos ciues delinquentibus. Hæc autem faciebant: quo Hannibalem continua inter eos conuersatione atque congressu regi suspectum redderent: quod ille: utpote uir militaris haud quaquam animaduertit. Rex uero cum intelligeret: addubitare cœpit: & Hannibali adhiberet fidem: uarie agitabat animo: zelo quodam ac inuidia eum affari negligens: ne futuram gloriam sibi uendicaret. Aiunt præterea inter hos sermones: nonnunq; astantibus plurimis de re militari contendere solitos Scipionem & Hannibalem. Cunq; ab Hannibale sciscitaretur Scipio quis præstantior dux in bello sibi fuisse uideretur: Alexandrum dixisse Macedonem. Scipionem uero silentem alexandro concessisse. Inter/

Romanorū respō ad legatos.

Romanos extra uallum inde posse.

Aristo Tyrius.

Romanorū legati ad Antiochū

Scipio Affricanus ad Antiochū legat.

Annibal Antiocho suspectus.

Annibalis Scipionis } apud Antiochū Congressus.

Alex. magn. Pyrrhus epirota Annibal Scipio Aphricanꝰ } aruꝫ imperatorijs instructissimi.

rogasse deinde: quem secundum ab alexandro esse diceret: cum pyrrhum Epyrotarū regem nominasset, q uirtuti militari audaciam haberet adiunctam. Non enim facile inter reges uirum tanta audacia præditum posse reperiri. reiectum deinde non sine liuore Scipionem quæsiuisse quem tertium esse crederet cum laudem illam sibi atribui putaret: Hannibalem uero eum locum sibi uendicasse his uerbis. Iuuenis dum essem adhuc inquit hiberiā bello cepi. exercitumque transalpes secundus ipse ab Hercule in italiam duxi: nulloque ex uobis obstare auso q̄dringentas euerti urbes: nonnunq̄ circa urbē romā certamē extuli neq; patria mihi pecunias suppeditante: neq; exercitus. Cum autem eum iusto amplius se iactantem audiret: Scipio surridentem dixisse memorāt. Quem locum tibi diligeres o hanibal si a me non fuisses uictus? Tum illum emulatione eiꝰ intellecta ante Alexandrum respondisse meipsum posuissem. In huuc modum hannibalem ulterius se iactare destitisse: & clam Scipioni concessisse uisum quasi alexādro potiorem superasset ducem. Soluto ergo inter eos colloquio Hannibal Scipionem aphricanum in cōtubernium uocauit. Cui Scipio perhumane respondit: obsecuturum se nē Antiochum minus iam romanis fidentem sciret: eoq; modo inimicitiæ finē cū bellis uterq; imposuit. Quod neutiq; a Flaminio pariter seruatū est. Victo nempe imposterum Antiocho fugientem Hannibalem & circa Bithiniam demum erarntē cum ad Prusiam alia ex causa missus esset non ob ea quæ ab hannibale prius pertulissent romanis minme iubentibus: Nam enim illis ulterius formidabilis esse poterat: deuicta Carthagine: Hānibal se prusiæ tamen ueneno confecit huuismodi oracula fidentem Libyssa gleba corpus teget Hannibalis: cum in Libya moriturum se speraret. Est autem Libyssus fluuius in Bithynia: & campus subinde ab eo Libyssa dictus. Hæc ideo apponere uisum quo Scipionis magnanimitatem a Flaminii pusillanimitate distinguerem.

oraculū

flaminiꝰ Annibalē cōsulit ad netē.

Annibalis interitꝰ

Libyssus flu.

Libyssa campꝰ.

Antiochus deinde ex pisidis in ephesum reuersus rhodiorum legatis sententiam huiusmodi protulit. Rhodios se bizantios ac cizicenos & alios quoscuuq; circa asiam græcos liberos esse sinere si sibi cum romanis fœdus inirerur. Acoles autem & Ionios nequaq̄ esse uelle quasi iam pridem asiæ regibus & his quidem barbaris parere solitos. Romanorum igit legati Antiocho congressi cum nihil perfecissent tandem infecta re Romā rediere. Interm Aetholorum legati ad Anthiochum uenere: quibus Thoas præsidebāt: regem sibi ac ducem Antiochum poscebant: & ut in græciam enauigare t ueluti ad rem sibi paratam hortabantur. Non enim utile esse aiebant morari exercituu ab Asia quæ desuper essent: accedentem. Aetholorum quoque res in maius extollentes: & Lacedæmonios sibi & philippum macedonem super lacedæmonios romanis succensentē auxilio affuturum esse. At ille uane admodum commotus: filium Asia nondum deceſſisse intelligens: concito cursu cum decem milibus duntaxat in Euboiam classe appulit: quam ex aduentu eius territam uniuersam sibi adiunxit. Porro Micithion eius præfectus romanis circa Delon obuiam factus. Est enim is locus apollini sacer: quosdā ex iis occidit: nonnullos uero cœpit. Animander autem athamanorum rex cum antiocho in societatem belli conuenit: hac occasione pellectus: ut aiunt: Cum quidam ex macedōibus alexāder in megalopolitana urbe innutritꝰ. & eiꝰ politiæ pmaniꝰ uir obseruaret: a multis tanq̄ ab alexādro philippi filio originez duceret: filios ab se gēitos: cui dicto fidē daret alterū philip. alterū noīauit alexā. filiā porro apemā: quā animādro cōiūxit. Cum autem frater eius Philippus sorotem ad nuptias euntem comitatus animandrū natura imbeciliem omnium rerum inexpertum intueretur: ibi manere instituit regni eius curam habiturus. Hunc igitur Philippum antiochus in regnum macedonū quasi iure quodam sibi debitum inferre satagens Athamanas socios sumpsit ad bellum: & cū

Thoas legationis ētolorꝫ prīceps.

Asyriā.

Delium

Alex. Megalopolitanꝰ.

Thoas legatos Antiochū ad Ingressū.

Aetoli Antiochū & legatos euocāt Ingressū.

Antiochus in Euboeā.

Micithion Antiochi præfectꝰ?

Amynander Athamanū rex ad Antiochū defecit.

Philippꝰ uxoris Amynādri frāffectat Macedonię regnū.

z illi Apamena Amynādrj ꝛb uxor.

his thebanos. Ipſe thebaſ profectus & palam concionatus uane quidem ad tantam rē thebanis & aminandro ætholiſq confilus. In theſaliam quoq deſcenſurus uarie agita bat animo: an ſtati: an trāfacta potius hyeme exercitum deduceret. In qua re Hanniba lem ſilentem intuens primum ſententiam dicere iuſſit: At ille theſſalis inquit haud diffi cile ſiue nunc: ſiue poſt hyemē cum uelis inferre manus gentem illam iam pridem labo ribus affectam ad te nunc & ad romanos: ſi quid noui accidat facile ceſſurum puto. mus qppe ſine propria potentia inquit ætholis qui nos inducant confidentes: quoniā lacedemonii & Philippus nobiſcum ſentiunt: ex quibus lacedemonios nobiſcum bel lare audio cum achæis Philippum tibi preſentem non intucor in hoc bello maxime, po tentem inquam uelit inclinare partem. Hæc autem ſententia mea exercitum quam primum ex aſia educere Animandro aut ætholis ſpem apponere. Cum nero italiam de predari dabitur ac domeſticis circumuenti malis quæ tua ſunt minus perturbare po terunt. Q uinentiam proprii uerentes nuſquam pedē proferre audebunt: Non idem ut prædixmus a nobis ſeruādus. Cæterum neceſſe erit dimidium claſſis educētem ma ritimam italiæ oram populare. reſiduum ad ea quæ utilia erunt ī promptu habere. Te autem uniuerſo peditatu inſiſtentem ad eam quæ italiæ finitima eſt græciam congreſ ſus famam excitare: & ſi potis erit bello inſurgere: Philippum omni genere ad ea indu cere: in quam uelit partem potentem plurimum. Q uod ſi abneget Seleucum filiū tu um per Thraciam inferre bellū quo domeſticis circumuentus malis: nullius utilitatis hoſtibus eſſe poſſit. Hæc ab Hannibale dicta. quibus nil ſalubrius dici potuit. Ob inui diam autem exſtimationis eius ac prudentiæ non ſolum reliqui uerum rex ipſe ne mi litari diſciplina eos antecellere uideretur Hannibal ne ue futurorū gloria illi merito aſ cribi poſſet in contrariam partem uertere omnia niſi q Polyxenides ad exercitum ī aſiā miſſus eſt. At romani cum antiochum in græciam mouiſſe: & romanorum in Delo ne cem captiuitatemq ſenſiſſent: bellum ultro inferre ſtatuunt. In hunc modum Antio chi & romanorum bellum ex ſuſpitioue iam pridem ortum tuuc primum geri cœptū eſt. Q uod ab antiocho ſuperioris aſiæ: plurimarumq ac maximarum nationum rege mariq præter modicum quid imperante & in Europam deſcendente iam fama & ap paratu ingenti formidando cum multa rei militaris præclara opera edidiſſet: ob que co gnominatus eſſet: romani geri exiſtimantes diuturnius ipſis atq ingēs futurum expe ctabant. Philippum uero macedonem prius ab illis ſuperatum ſuſpectum habebant. Carthaginenſes quoq neutiq ſibi fœdera ſeruaturos putabant: Hannbale cum Antio cho ad bellum conſpiranre. Cæteros uiciſſim iampridem ſubactos non minus uerebā tur. ne ob antiochi aduentum res nouas molirētur. Exercitus igitur ad omnes qui eos quiete pacificeq detinerentac duces ad exercitus deſtinant: quos ipſi ſex ſecures uocāt: cum conſules duodecim ſecuribus: totidemque faſcibus: quemadmodum priſci & an tiqui reges uterentu: Sic uero his dimidium duntaxat dignitatis. dimidium quoque adeſſet apparatus. Q uemadmodum autem in maxima trepidatione. & pro Italiæ re bus formidantes. cum nemo fere illis in antiochum conſtans aut fidus uideretur eſſe: ingentem peditatum Tarentum demiſere. qui aſſiſtentes contineret. Claſſem præte rea quæ maritimam circumiret oram tantum illis pauoris Antiochus a principio gra uiter inferre uiſus. Cum autem ad imperium parata eſſent omnia in antiochum: pa lam mouere incipiunt: ex propriis militum uiginti millia ex confœderatis & ſociis bis totidem numero adducentes ut in Ionim aliquando mouerent arma: Hyememque fe re totam hoc apparatu conſumpſernnt. At antiochus in populos Theſſaliæ deducto exercitu: cum ad locum quendam: quem ad canis capita incolæ appellant. acceſſum fe

Polyxenides Antiochi prefect?.
Antiochi bellū cū Romanis.
Antioch? vñ Magn?.
Procoss. } sex secures
Prętores }
Consulū xij fasces.
Procoss. } vi fasces.
Prętor. }
Canis capita Cynoſcephalę } Loc?.

ciſſent:ibi quondam:ut fertur:Macedones a romanis uictos ac ſupatos fuiſſe cõſtatre liquias cæſorum inhumatas adhuc ſplendide ſepulchro ruſſit inferri. Sic enim & mace dones ſibi obnoxios:& philippo aduerſos fore ſuſpicatus:cum milites ſuo ductu: atq; auſpicio interemptos inſepultos reliquiſſet. Hæc cum intellexiſſet Philippus :dubius admodum:& quo ſe uerteret inde contemplans animo tandem romanis hærere inſti tuit. Itaque Bebium impcratorem romanum haud longe ab eo caſtra metantem ad lo cum quendam:ut accederet hortatus eſt ſine fraude in Antiochum paratum offerenſ Bebius his perceptis collaudato eo fidere amplius cœpit. Appium igitur Claudium p macedoniam cum duobus peditum milibus in Theſſaliam mittit. Appius circa tem pe antiochum cum exercitu conſediſſe uidens ignes ingentes:excitari iubet quo mili tum ſuorum paucitatem tegeret. Q ua ex re Antiochus Bebium ac philippum adeſ ſe ratus:rimore pereitus obſidione3 omiſit:hyemis occaſionem præferens:& inde in Chalcidem profectus eſt. Hic formoſæ uirgunculæ amore correptus quinquageſimũ iam excedens annum:cum tanta bellorum mole premeretur: nuptias tamẽ ſoleni mo re celebrauit:exercitumq; per hyemem in ocio & deſidia ſecum habuit. Oriente de mum uere in Acarnaniam profectus:militum ſuorum ignauia perſpecta:cum ad om nia inutiles eos experiretur:& nuptiarum laſciuiæ cœpit penitere. Acarnaniæ uero par te ſuſcepta:reliquis obſeſſis cum Romanos in Ioniam pertranſire fama eſſet: in Chal cidem denuo reuerſus eſt. At Romani ſumma celeritate equitibus duobus milli bus:peditibus uero uiginti millibus in unum comparatis:cum nonnullos elephantos præterea haberent:Acinio Manio Galabrione duce ex Brunduſio Apolloniam:& in de in Theſſaliam mouere exercitum:urbeſque obſidione ſtatim liberant. In quibus autem Macedonum præſidia poſita inuenerunt expulere omnia:ac megalopolitanum illum Philippum captiuum abduxerunt:macedonum regnum ſuſcipere imperantem cum quo ad tria millia millitum Antiochi una ſuſcepta. Dum hæc a Manio geruntur Philippus in atharnaniam profectus regionem omnem ſibi obſequi ac parere compu lit. Animandro in partes ambrachiæ fuga celerrime delato. His ergo perceptis Antio chus cognita rei celeritate etiam multo uehementius trepidare cœpit: & ut inſperato ac repentino quodam malo circumuentus Hannibalis conſilium tum primuz ſaluber rimum ſentire uiſus:tãdẽ alios ſuper alios in aſiam demiſit:qui Polyxenidiſ accelerarẽt aduentum. Ipſe copias omnes quacunq; in parte poteſt in unum contrahit. Coactis autem ex propriis peditibus decem millibus:equitibus quingentis additis inſuper qui buſdam ſociorum copiis Thermopylas occupat:ut dum exercitum ex aſia uenientem operitur loci iniquitate præpeditos detineret hoſtes. Duplex autem ſemita ad Ther mopylas ducit:arcta quidem & in longum producta & huic parti ab una mare aſperuz &importuoſum adiacet:alteri uero palus inuia ac profunda. Cacumina præterea duo inter ipſa montium abrupta loca:quorum Tichiuntem:alterum Callidromum appel lant. Habet autem locus ipſe aquarum fontes calentium: qua ex cauſa Thermopylæ dictæ ſunt. Murum igitur antiochus duplicem & inexpugnabilez in his edificauit:ma chinaſque ſupra murum ſtatuit: Aetholis uero in ſummitatibus ipſis manere iuſſit:ne quis per ſemitas uiarum inſidioſe lateret accedens:per quas olim Xerxes Leonidam la cedæmoniis præfecturam gerentem:cum incuſtoditæ forent tutius aggreſſus eſt. Ae tholi igitur mille ex ſuis in utroq; montis cacumine poſitis cum reliquis Heracleam ur bem obſidebant. At Manius hoſtium apparatu cognito ſignum prima luce ad pugnã dum edidit:ac duos ex tribunis:Marcum ſcilicet Catonem:& Lucium uirum armorũ expertem quem magis uellent per noctem ac ſub ſilentio montis uerticẽ aſcendere eli

Macedonũ clades ad cynocephalas.

Bebi? R. Imperatõ.

Appi? claudi? In Antiochum.

Antiochi Amor.

Antiochi incalci de nuptijs.

Mani? acili? glabri

Acili? glabrio in Antiochum.

Philipp? megalo politan? uxoris Amynãdri fr a romanis capt?

Antioch? Thermo pylas occupat.

Tichiũs callidrom? Thermopylæ uernias

Thermopylæ un

Heraclea urbs

Mani? acilius.

M. cato

L. valeri?

valeriuz

Catonis ad thermopylas virtꝰ.

gere imperat: ætholoſque qua poſſent e monte deturbare. Ex his Lucius ab Iſichiuntis ſemita repulſus eſt: ætholorum primis aduerſum annitentibus: Cato Callidromo inſultans commotis iam hoſtibus in ultimam incidit uigiliam: ingēſq; prælīū circa ipm factum eſt hoſtibus ab ſummo per aſperā & inuia prohibentibus aſcenſum. Et iam Manius exercitum antiocho aduerſum & in turmas rectas diſtributum a fronte deducebat. Sic enim præcipue per anguſtias montis uoluebat agmen. Rex lenis armaturæ milites ac clypeatos ante phalangen pugnare imperat. Ipſam uero ante exercitus ſtatuit. In dextra funditores ac ſagittarios ſupra itinera locat. Elephantos in ſiniſtra. Cateruam uero quæ illum aſſiduc ſequebatur uerſus mare conſidere iubet. Orta deinde pugna: primum quidē leuis armaturæ milites undequaq; diſcurrentes Manium uehementer turbauere. Cæterū philippus nunc operiens nūc ultro cedens terga uertere coegit: Macedonū phalanx per mediuꝫ diuiſa intra ſe recepit: & antecedens eos tutata eſt. Sariſſas quoq; denſas ex ordine proferre cœpit. At Macedones maxime qui

Philippi Macedonū Regis opera promis in Antiochū

ex alexandri & philippi partibus ſtetere plurimis: ac longis annitētes haſtis hoſtes terruerunt accedere uerētes. Manifeſte autem intuentibus ætholis ex Callidromo fuga & uociferatio in antiochi exercitu a deſilientibus facta. Et primum quidē ut utriuſq; ignoratio rei affuit: ita ex ignorantia tumultus aderat. Vt uero Cato illos inſequēs palam ex clamore factus eſt: & iam antiochi caſtris immineret: pro rege metuentes: cum romanorum prælium a longe perſentiſcerent trepidare incipiunt. Seipos enim p hyemem deliciis & ignauia labefactatos norant: & irruentibus Catonis militibus: cuꝫ eos non diſcernerent ob trepidationem multo plures arbitrabantur eſſe: & iam de exercitu ſumma metuentes nullo ordine ad regem cōfluebant: quaſi ab illo propulſaturi hoſtes. Verū romani illos inſecuti in ipſum regis incidere exercitum. Quo metu alia ab

Antiochꝰ ad Thermopylas victus.

antiocho fuga turpiter fieri cœpta eſt: Manius uſq; ad Scarphiam eos perſecutus partim cædens: partim capiens: cum a Scarphia retrouerteretur exercitum diripuit regis: ac ætholos romanorum caſtris ob eorum abſentiam illatos perturbauit. Cecidere ea pugna & inſecutione romanorum prope ducēti. Antiochi uero cum his qui capti ſunt circa decem mille oppreſſi. Ipſe rex cum primum terga uertere cœpiſſet: quingentis ſtipatus equitibus in elatiam nulla conuerſione facta: & inde in Chalcidem atq; Epheſū profectus eſt: Eubia noua nupta comitante: hoc enim nomine eam appellabat: cum nauibus fuga euaſiſſet: nec his quidem omnibus: quaſdam enim ex ipſis commeatum ferentes romanorum claſſiarius aggreſſus euertit. Romani qui in urbe aderant: percepta uictoria cum celerrime commodiſſimeq; adepta uideretur: ſacrificiis templa colluſtrant ex tremenda antiochi æſtimatione iam primam experti uictoriam. Et ut philippo belli ſocio pares gratias referant: filium eius Demetrium obſidem apud eos patri remiſerunt. Hæc cum in urbe agitabantur. Manius interiū Phocenſes & Chalcidas: & quoſcunq; alios antiocho fauentes deprecatos ueniam exemit metu. Aetholiam uero philippus circumibat: urbeſque obſidebat. Hic Democritum Aetholorum ducem. ac ſeſe oc cultantem Manius capit: qui caſtra iuxta Tyberim ſe aliquando poſiturum Flaminio fuerat cominatus. Cæterum Manius cum per Caliopolis montem: quem eorum appellant iter ageret: altiſſimum admodum & tranſitu difficilem potiſſimum exercitui prada & ſpoliis onuſto: & cui ex præruptis eſſet commeandum. Multi enīꝫ ex altiſſimis rupibus incedentes cum impedimentis ſimul & armis præcipites ad ima corruerant: facile ab ætholis deleri potuiſſet: niſi q; ab illis non cōſpectus eſt. & legatis Romam miſſis: quo pacem impetrarent nullo in loco exeruere agmen. Intera Antiochus ſumma cum celeritate a Satrapis qui deſuper incolunt exercitu ad mare conuocato na

Demetriꝰ philippi .F. obſes romanoꝝ pri remiſſus.

Democritꝰ Etolorū dux a Scipione gloriōe captꝰ.

Corax mons ca Liopolis.

Antiochi legati romā.

ues præparabat. Classis autem ducē polyxenidem rhodium patria pulsum instituerat iterumq; in Cheronnesum delatus urbes obsidebat: Sextum & Abydum occuparat: per quæ ab romanis exercitus in asiam esset traducendus: Lysimachiam uero urbem: quasi belli horreum quoddam constituerat: arma: frumenti magnam uim in eum cumularat ratus peditum: nauiumq; multitudine opprimere romanos. Interea romani Manlio qui succederet ad exercitus curam Lucium Scipionem eligentes consulem ea tempestate: uerum rei militaris non admodum gnarum: Publium Scipionem eiꝰ fratrem a quo carthaginenses superati sunt: & Aphricani cognomen in primis habitū cō silii participem illi statuere. Erant quippe Scipiones fere omnes eo apparatu. Liuiꝰ uero cui Italiæ cura cōmissa fuerat Attilii successor ad classem electus est: qui statim propriis nauibus in Italiam delatus: sumptis a carthaginensibus & sociis aliis q̄ plurimis ad pireꝫm accessit. Ibi accepto ab Attilio exercitu una & octoaginta armatis nauibus: sequente Eumene cum quinquaginta ex propriis: quarum dimidia pars armata fuerat ad Phocidam olim Antiocho parentem tunc percepta illius clade romanis obsequentem recta ferebatur. Cum nauigationi nonnihil inst quentis lucis addidisset Polyzenides regiæ classis præfectus cuꝫ ducentis leuibus nauibus illis occurrit: qua ex causa nauigationis cursum subito antecapit: Romanis adhuc ad pugnam imparatis duas quoq; carthaginensium naues præcedentes conspicatus tribus ex suis propere emissis ambas: sed inanes capit carthaginensibus ui depulsis in mari. Liuius interim ira concitus p̄mus ad tres illas militari naui dirigit cursum: Q uæ cum ab hostilibus sola spernerentur manicas iniecere ferreas. Cōnexis itaq; in unum nauibus prælium ut in terra fieri cœptū. Sed cū audacia præcellerent romani naues ingressi illas tenuere: ac unica naui duas adducētes ad suos redieř. Et hoc qdem naualis pugnæ præludium quoddā fuisse uisum est. Cū autem classis in unum conueniisset: romani promptitudine & uiribꝰ longe superabāt. Veꝫ ob nauiū suarum grauitatē hostes assecq nequaq̄ poterant leuibus antefugiētes ratibus quoad Ephesum usq; fuga peruenerunt: Romāi uero in Chium delati sunt: Hoc in loco naues Rhodiæ septē & uiginti nūero belli sociæ romanis acceſſerunt. Antiochus p̄cepta nauiū fuga Hannibalē præmittit in Syriā: q aliaꝫ ex Phœnicia & Cilicia p̄pararet classeꝫ: quē deinde redeuntē Rhodii in Pāphylia aggressi nō nullis nauibus adēptis reliquas ipsi assidentes fuga prohibebāt. P. autē Scipio in Aetholiam delatus una cū Lucio consule assumpto Manlii exercitu urbium q̄ in Aetholia erāt obsidiōes nulla fere opera dissoluit. Dep̄catibus demū ætholis: ut legatos Romā mitteret liceret facile concessit. deinde ut in Antiochū moueret p̄us q̄ frater ab impio discederet: p macedoniam ac Thraciā in Hellespōtum iter facere instituit: difficile admoduꝫ atq; asperū ni Philippus macedo iter illi aperiret: uenientēq; susciperet: & a lōge fluminū transitus cōmeatumq; pararet. His ex rebus Scipiones residuo illū tributo liberauerāt Senatu in sentētiam adducto: si Philippū ad agēda promptū inuenissent. Ad Prusiam quoq; Bityniorū regem demisere legatos: q dicerent omnes qbus imperant romāi qui opem illis atq; auxilia attulissent p̄ncipatum adauxisse. Philippo nēpe macedoni quem antea bello superassent: regnum concessisse. Filium præterea obsidem apud nos dixere ultro absoluimus: tributi debitum remisimus. Q uibus lætatus Prusias cum romanis in Antiochum bellare istituit. Liuius classis præfectus in ipso Scipionum trāsitu naues collocarat. Pausimachum rhodium una cum rhodiis nauibus & exercitus sui parte in Aetholia reliquerat. pluribus ipse in Hellespontū pertransiuerat imparatorem illuc uenturum recepturus: & iā Sextū & Rhetiū sibi asciuerat. Abydū cunctātē obsidebat Pausimachus recedēte Liuio plurima suorum expimenta meditatus uarias erexit ma

Polyxenides Rhodius ex ul ab Antiocho classi p̄fect?

L. Scipio cos. In Antiochū.

P. Scipio Aphricanus frīs legatus

Liuius classis p̄fect?

omnes romanorū Socius.

Naual? p̄liū.

Polyxenides Antiochi p̄f. parū p̄spere pugnat.

Chios Insula.

Rhodior? classis Romanę adiuncta

Annibal a rodijs obsidet?

Philippo macedonū regi remissū tributū &c cur.

L. Scipio cos. In Asiā p̄fect? &c cur.

Prusias Bithynię Rex. Romano? Socius In Antiochū.

Sestos Rhætū Abydos } opp.

Pausimach? Rhodię classis p̄fectus.

chinas. Vasa præterea ferrea ignem deferentia telis longis annexi: ut ignez mari gesta
rent. quo proprias naues tueri. hostibus autem appropinquantibus facile obesse pos-
sent. Hæc animaduertens Polycenides regiæ classis præfectus rhodiensis, patria cū cer
tis ex causis urbe exul esset: haud longe castra etatus Antiochi classem in eius pote-
statem positurum se pollicitus est: si de reditu eius curam habiturum se promitteret:
Ille hominem insidiis aptissimum & astutum reformidans diligētiore adhuc custodia
uti nitebatur. Recepta deinde Polycenidis epistola: quam de huiusmodi proditione p
pria manu sibi scripserat: cum ab Epheso classem soluere: copiasq; in Sitologiam dedu
cere uelle diceret. Pausimachus profectionem eius intuens satis arbitratus epistolam p
pria manu scriptam: haud facile eum missurum: qui simulatione uti uellet: fide adhibi
ta custodias dissoluit: & in Sitologiam ipse quoq; ex suis mittit. Polycenides fiducia illi
us animaduersa subito exercitum contrahit: & Nicandrum pirratam. cuz paucis in Sa
mum præmisit: qui a tergo Pausimachum inuaderet. Ipse noctem circa mediā classem
mouet: & matutina uigilia adhuc quiescentem occupat. Ille repentino malo circūuen
tus, milites derelictis nauibus a terra hostes arcere imperat. Insurgente uero Nicādro
a tergo ratus terram uicinissim ereptam esse: cum non eos duntaxat quos intueret: Ve-
rum multo plures per noctem adesse crederet: turbatis omnibus iterum ad naues su-
os reuocat: primusq; prælium ingressus primus egregie pugnando cecidit: cæteri par-
tim capti: partim interfecti sunt. E nauibus uero septem: quæ ignem afferebant nemi-
ne ob periculum propius illis adire confidente in fugam abeunt. reliquas numero. xx.
polycenides uinculis stricti iniectas: in ephesum adducit. Eius uictoriæ fama & phocis
iterum & Samos & Cyme ad Antiochum rediere. Veritus igitur Liuius pro iis naui-
bus. quas in Aetolia reliquerat: magna celeritate ad eas rediit: unaq; cum eo Eumenes.
Tum Rhodii alias denuo uiginti naues romanis p̄stiterūt: modicoq; interiecto spacio:
magna illos lætitia affecerunt. Itaq; ad Ephesum in pugnam pmpti classem adducebāt
Occurrēte illis noīe dimidiū classis in alto lōge in cōspectu statuūt: reliqsq; in hostili ter
ra constitutis urbē obsidere pgunt: quoad Nicander e mediterraneis egressus commea
tum sustulit. nauesq; insequi cœpit. Tū illi in Samum denuo reuersi sunt & naualis pre
fecturæ tps interim Liuio elapsum ē. Ea tēpestate Seleucus Antiochi Eumenis regio-
nem depopulabat: & pgamo assistens uiros ad urbē cōuocabat. Q ua ex cā Eumenes
ad Aeliā regni sui caput subito euadit. Iuit & una cū eo Lucius æmilius Regulus: q Li
uio ad curā classis successerat. Venere p̄terea & ab Achinis Eumēis auxilio pedites mil
le: eqtes cētū electi quorum Diophanes prætor: qui cum e mœnibus Seleucios luden-
tes: & uino madidos intueretur: contemptis illis pergamenis imperat: ut una cum eo in
hostes ruerent. Non audientibus illis: pedites mille: quos habuit: & equites centum in
armis ponit: & sub ipsis muris intrepide cum illis cōstitit: hostibus procul eos aspicien
tibus: & quanquam numero longe inferiores: non tamen manus præliando conserere
ausis. Ille uero prandentibus adhuc cum clamore accurrens perturbauit omnes: custo
diasque discedere coegit. Et cum nonnulli festinanter ad arma concurrerent: aut frena
rent equos: aut fugientes insequerentur: difficulterue ascenderent: nec tamē in pugna
consistere auderent tandem uictoria potitus est pergamenis desuper e muris proclamā
tibus: nec tamen egredi confisis. Interfectis igitur quoscunque licuit: ueluti repentina
insecutione captiuos uiros: equosque celerrime auferens reuersus est. In sequenti quo
q; die acheos ad murū statuit. Pergamenis uero itez exire trepidantibus Seleucus plu
rimis stipatꝰ eqtibꝰ: ac ꝓpior illi factꝰ in pugnaz, puocabat. Vez ille ne tū qdē ꝓdire uo
luit iuxta muz sese cōtinēs: cæterū occasionē expectabat. Cū āt Seleucꝰ usq; in meri-

Polyxenidis ꝓditio

colegiam frumē/ tum

Nicandri pirata

Pausimachi rho/ dij interit?

Phocis } a romānis
Samos } ad Anti/
Cume } ochū de/ ficiūt.

Seleucꝰ Antiochi. F. } ꝓfecturæ
In eumenē. } ꝓ
L. æmil. regulus } ꝓ
classis ꝓfect?.

Diophanes Achꝰ orꝫ prętor.

Acheorꝫ lenia cū Seleuco ꝓlia.

ꝓ Eumenes ad sua defendēda euocat
ꝓ gtia pergmenorꝫ regū regia

diem p̄æstans defessis iam equis reuerti cuperet. Diophanes postremos eorum aggressus tumultu ac cæde permiscens omnia quoad potuit iterum sub ipsis muris redi it. Et hunc morem continue cum pabulatum lignatumq; graderentur milites obser uans hostesq; perturbans & infestans: Seleucum tandem a pergamo coegit abscende re: & a reliqua Eumenis regione dimouit. Polycænides interim: ac Romani apd Myonesium ingenti classe conuenere. Polycænides nauibus nonaginta armatis. Lucius uero Romanæ classis præfectus tribus & octoginta: quarum quinq; &. xx. Rhodiorum fuere. Earum præfectus Eudorus qui in sinistro cornu locatus cuꝫ ex aduersa pte Polycenid m multum romanos præeuntem intueretur: ueritus ne eos conueniret celerrime aduectus: utpote qui nauibus citis: & remorum ui adactis marī solitis uteretur: naues ignem ferentes p̄mum Polycænidi aduersas statuit undiq; splendida luce micantes: quas ille ob ignem aggredi non ausus: sed circūquaq; adnauigans declinare: & maris fluctibus aspergere cœpit. Ligna quoq; proras excedentia percutere: quoad Rhodia nauis in Sidoniam inuecta: cum uehementiore impetu usa esset: anchora ab Sidonia excussa est: & in Sidoniam infixa ambæq; inuicem cōnexæ: ita ut insidētes commorantibus ueluti in terra ratibus simul depugnarent. Prodeuntibus uero ab utraq; parte q̄plurimis quo suis auxilium afferent. contentio inter utrosq; splendida orta ē. Hac ex re destitutis Antiochi nauibus: quæ in medio steterant: romanorum naues superueniunt: & homines adhuc periculi ignaros circundare perguntquod cum animaduertissent illi fugam statim capessunt. Ex Antiochi classe una de trigīta naues deletæ sunt quarum tres & decem cum uiris captæ romanorum duæ duntaxat periere. Polycænides abducta rhodia naui in Ephesum delatus est. Hunc exitū naualis pugna circa Myonesium habuisse dicitur: nondum re ab Antiocho percepta qui Cherōnesum ac Lysimachiam diligentissime munierat magnum: ut erat opus existimans contra romanos: si quando alium in Thraciam exercitum inferrent difficile ipsis: ac pene inuium iter futurum ui philippus concessisset. Cæterum Antiochus: ut erat inter alia leuis admodum subitusq; ad mutationes: cum cladem apud Myonesium habitā intellexisset: collapsus animo: ac ratus quippiam sibi diuinum aduersari: idq; præter omnem euenire rationē ut romani superiores in mari essent: in quo se longe præcellere putabat Hānibale in Pāphylia obsesso: philippo romāis expeditum iter adhibente: quem æquius erat illis aduersari: a quibus mala plura pertulisset longe amplius commotus est: quasi fortuna cogitatus suos euertente: quemadmodum in occurrentibus erumnis solet cuenire. Itaq; nulla impellente ratione Cheronnesum dereliquit anteq̄ in conspectu ueniisset hostis: neq; quantum frumenti ea in ciuitate cumulauerat alio transferens: neque arma: pecunias: machinas: uel igne saltem absumens: uerum integra omnia tanti relinquens hostibus: Lysimachiis subinde ueluti ex obsidione fugientibus cum eiulatu & gemitu sequentibus: ac pueris uniuersa hæc despiciens sola classe circa Abydū hostes arcere meditatus & reliquam belli spem in hoc uno duntaxat statuens: neq; nauigatiōis rationeꝫ habens ob deorum iram ad mediterranea delatus est: ut hostes præueniret acceleranst: cum nullam in nauigando custodiam adhibuisset. Tum uero Scipiones discessu regis intellecto: Lysimachiam cursu capiunt: & in Cheronneso thesarum armaq; adepti sūt. Hellespontum porro custodia uacuum audientes magna celeritate regeꝫ præuenerūt: nondum eos in Sardis accessisse cogitante. Quibus ex rebus conterritus Antiochus & errata oia in fortunam referens: Heraclidem Byzantium ad Scipiones misit qui bellum quoquo pacto dissolueret: Smyrnā & Alexandriā q̄ supra Granicū ē romanis linqueret: & Lampsacum quarum causa bellū cœptum fuerat: impensarū quoq; dimidiū

Myonesus opp.

Nauale prelium

Eudorus Rhodiq̄ classis p̄f.

Sidonia Nauis

Antiochi classis ad Myonesū victa.

Antiochi ad oia momēta leuis

Hannibal Impā phylia obsessus

Cheronnesus ab Antiocho relicta

Lysimachia a L. Scipione capta

Heraclides byzantius Antiochi legat ad Scipiones

Alexandria supra granicū.

eius belli soluturum se promitteret: cui etiam mandatum fuerat si opus foret Ionias: & æolicas urbes quot idem bello recepisset restituere romanis: uel siquid aliud Scipiones poscerent: Hæc in publico Heraclidem effari impositum. Priuatim uero. P. Scipioni ab Antiocho pecunias & oblationes afferebat. Filii præterea liberationem: quem ex Demetriade in chalcidem adnauigantē Antiochus in Hellada cœperat: pollicebatur. Erat is puer Scipio, qui deinde Carthaginem cœpit & euertit: & secundus a Scipione Africanus cognominatus est Pauli filius: qui Macedoniam Perseo eripuit Scipionis genere ex filia nepos: adoptione filius. Ambo igitur Scipiones in hunc modum respondere. Siquidem Antiochus pacem cuperet non solum Ioniæ & æoliæ urbium possessionem: sed ab omnibus citra Taurum montem ultro excederet. Porro belli impensas ob ipsum factam uniuersam solueret. Separatim deinde Publius Heraclidi dixit. Nempe si Antiochus Cherōnesum obtinens hæc proponeret perlibēter romanos eius preces admissuros credere: forte etiam si Hellespontum classe custodiret. Nunc autē cum trāsierint Romani & in tuto locati sint: & frenum: ut dicit impositum quo ascenderint: nullam ex huiusmodi uerbis pacem suscepturos puto. Te autem gratias regi agere: & pacem eligat: & maiores reddere: filium ultro accipiens uelle pares illi referre ac consulere: ut quæ sibi proponuntur admitteret. anteq̄ maiorum subiret onerū difficultates. Hæc effatus Publius in Aeliam ualitudine correptus abscessit Consiliariū fratri Gneum Domitium reliquit. Antiochus uero quēadmodum & Philippus Macedo satis arbitratus nihil tributorum amplius ex bello sibi auferri posse. In thiatiro cam po haud longe ab hostibus copias eduxit. Filium autem Scipioni in Aeliam mittit. Ille adducētibus consulere cœpit ne quoad rediret ipse Antiochus belluz caperet. Qua ex re confisus ille circa Sipylū montem castra posuit: murum castris circumducens: & fluuium Phrygium in obiectu statuens hostibus ne inuitus pugnare cogeretur. Domitius belli euentum suo auspicio decerni cupiens: fluuium ingenti audacia traiecit: & pui ginti stadia ab Antiocho distans uelum iacit. Per quatuor igitur dies: exquo quisq; iuxta eorum castra exercitum protulerat nemo bellum atcigit. Quinto die Domitius militibus denuo in ordinem eductis ardue progressus est. Nō educente Antiocho copias proximior illi castra ponit. Vnica quoq; die interposita audientibus hostibus per p̄conem annunciat in sequenti se cum Antiocho etiam nolente habiturum bellū. Qua ex re conturbatus ille consilium īmutat. Cunq; sub muris consistere aut strenue ab ipsis pugnare posset quoad. P. adesset turpe ducens cum multo pluribus detractare pugnam: acies educit. Eduxere autem ambo circa ultimam uigiliam: instāte adhuc nocte Ordines uero ab utroq; eorum in hunc modum distributi sunt. Leuum cornu decem millia ex Romanis strenue armatis iuxta fluuium ipsum tenuere. Post hos totidez itali milites in tres diuisi turmas ab utraq; parte inferius. Supra italos uero Eumenis exercitus constitutus: & achiuorum scutigeri circa tres mille. Ita leuum institutuz romanorum cornu. In dextro equites erant romanorum italorum. s. & Eumenis non plures q̄ tres mille. Oībus autem leuis armaturæ milites & sagittarii plurimi immixti erant. Circa Domitium ipsum equitum cohortes tres. In hunc modum ad triginta militum milia fuisse constat. Dextro Domitius præsidebat. In medio consules constituit. Sinistrū Eumeni datum. Elephātos uero quos ex Libya nsceperat: cum nullam ex ipsis utilitatem in bello adesse crederet ob eorum paucitatem exilitatemq; corporum: ut libycorū ē natio: quoz minores maioz reformidāt intuitū: in ultimis posuit. Sic romāi instituere acies. Antiocho. lxx. militū milia affuisse fama ē: quorū potissima ps Phalanx ex Macedonibus sex & decem milibus numero fuit a Philippo primuz, deinde ab Alexandro

Scipio posterior africanus ab Antiocho captus et ubi scipionū respōsio ad Heraclidē.

P. Scipionis verba ad Heraclidem.

P. Scipio valetudinari impleū cōcessu

P. Scipioni f. ab Antiocho rēstitut.

Sipylus Mons. Phrygius flu.

acierū romanarū explicatio

elephanti libyci

Antiochi copiæ

in ordinem posita. Statuit autem eos in medio diuidens: ac supra mille & ducentos in decem partes distribuit: & horum uniuscuiusq; partes aderant in fronte quinquaginta uiri: in ultima duo & xxx. in lateribus ab utraq; parte duo & uiginti. Erat autē muro assimilis phalangis forma: elephantorum ad instar turriū. Eo modo peditatus ab Antiocho institutus. Eqtes ab utraq; parte ab illo dispositi galathæ loricis splendidi & Macedonum agmina. Sunt autem equites electi: & ob hoc agmina appellantur. Hæc ab utraq; phalangis parte ex equo distributa. Post eos deinde cornuta tenebant. In dextera leuis armaturæ quidem & argenteis clypeis ornati equites & subsagittarii in equis ducenti. In sinistra galatharum gens tectosagitrocimi & Lystobii: Cappadocesq; nōnulli: quos Ariarathes miserat: & aduenæ alii noti militabant. Loricati deinde equi super his alia ex parte: & ea quam socialē uocant manū leuiter armatam. Hæc Antiochi exercitus forma fuit. Verū is in equitatu spem magnam apponere uisus quem plurimū in fronte locauerat. Phalangē uero densam in arctum cōtraxit: ut in bello rudis qua potissimū ueluti exercita uti oportuit: Sagittariorū uero ac funditorū infinita pene multitudo illi aderat. Lanceatorum p̄terea & Scutigerulorum ex phrygia & Lycia: itē ex Pamphylia & pisidæ Tralienses & Cilices in Cretensium morē exornati. Sagittarii equestres ultra hos alii dace & mysii & Climi: & Arabes: qui Camelis citis insidentes sagittis eminus utūtur. cominus autem gladiis bellantur acriter: quos longos & strictiores defendētes falcatis cruribus belli principio medio in spacio solent decertare. Hi in frōte dispositi: quibus mandatū fuerat ut post fugā iterum pugnam capessерent. Horū aspectus fere duorum fuit exercitum. unius pugnare incipiētis: alterius in acie & campo consistentis. Vterq; uero ad terrorem admirabili instructus multitudine & apparatu. Cōstitit autem in dextera cum equitibus Antiochus ipse in altera Seleucus eius filius. Phalangi philippus elephantorum præsidebat propugnatoribꝰ mēdis & cæusis. Lucæ tenebris & nebulis obducta aspectus oīs apparatus uideri desiit & sagittarū iactus haud apte emitti poterat aere obscuro & humido. Quod aīaduertēs Eumenes alios q̄dē contempsit oēs. Curuū autem imperium in ordinē dispositoꝝ ne obesset extimuit. Oēs igitur funditores & iaculatores: leuisq; armaturæ milites ī unuꝫ cōgregās antepositi curribus: ut ad eos discurrētes assessorū loco uulnerarent equos. Quippe illis in iugo depugnātibus reliquū totius currus: ut inutile spernitur: plurimumq; ex ordine ipso pturbatur ipsis falces suas euitantibus: quod & tūc fieri cōtigit Vulneratis nēpe turmatim eqs: & currus in equos deferentibꝰ: primi cameli: q; turribus proximi aderāt trepidare incipiūt. & subinde loricati cōturbātur equi: q; ex armorum pōdere haud facile occurrētes falces euitabāt. Tumultꝰ itaq; imēsus exorit. multiplexq; turbatio. Quæ potissimū ab iis initium assumēs totius cāpi mediū inuasit: cū susptio diligentiā oēm superaret: quēadmodum longo interuallo & densa multitudie ac multiplici uoce confusoq; pauore etiā iis qui patientibus proximi aderant industria nulla suppeditaret. & maiorem suspitionem unusquisq; sibi fingeret. Eumenes cum ad uotum rem sibi primo impetu succesisse uidit: & spacii medium quantum cameli: curruſque tenerent equis destitutum esse. quoscunque romanorum Italorumque pedites se habuit aduersus galathas Cappadocesque deduxit: Turmamque aliam peregrinorum cum clamore adhortatus est: ut in homines belli ignaros & a propugnatoribus nudatos armis ruerent: quoad ab illis factum est. Ex insultu igitur ab his impetuose edito non solum hi in fugam uertuntur: uerum equites illi adiuncti: & armati pridem territi a curribus cessere loco. & eos potissimum: quos ob grauitatem fuge-

&

Philippꝰ elephantorꝫ princeps apd Antiochū.

Gallogrecorꝫ gentes
Tectosagi
Trocmi
Lystobij

Phalangis forma

Agema aliud

Argyraspides alii

Antiochi exercitꝰ & gbꝰ gentibus.

Arabū pugna qualis

Medi Cretes } popti.

Eumenes.

re oportuit:cum se uerterenequirent:consequuntur & cedunt. Et hæc circa leuũ phalangis macedonum. In dextro uero Antiochus ubi locatus constitit Romanorũ ordines infringens diu fugientes insecutus est. At macedonum phalanx: utpote cuꝫ equitibus in arcto constituta & quadrangula ipsis a se dimotis utraq; ex parte leuis armaturæ milites qui in fronte eius depugnabant seipsam diuidens in se recepit:interiusq; cõclusit. Domitio autem plurimis equitibus:ac uelitibus facillime illam ueluti lapiduꝫ cõgeriem quandam ex omni parte discurrente:cum nec emittere tam immensam turbã nec explicare posset difficulter admodum ferebat onus:ita ut angerentur ipsi: cum nihil amplius experientiæ in hostes ederent:sed ubiq; hostilibus uulneribus obiicerẽtur Itaq; Sariſſas ex phalangis quadrangulo densas exerentes romanos lacessebãt.& formam quandam exilientium p̃ se ferentes nequaq̃ ꝑdibant. Pedites'utpote armis onusti hostes in equis intuentes maxime ne robur ordinis exoluerent aciem seruabãt:nec romani illis appropinquare:aut ad manus accedere ausi:uiroꝝ in bello experiẽtiã:multitudinẽ & in primis desperãtionẽ formidabant:hastas dũtaxat & sagittas a lõge iaciebant:quo nihil dãnosius ueluti plurimis in arcto consistentibus. Non enim quemadmodũ tela declinarent:aut occurrẽtibus cederẽt habebant. Quamobrem cum diu multumque sustinuissent ex necessitate uertuntur:& retrocedentes minis utebantur tam constanti uultu:ut romani uererentur. Nec enim propius adhuc illis accedere audebant:sed circũeurrentes eos uulnerabãt:quoad elephãtis mœtu territis in ipsa phalange:nec assessoribus aures præbentibus ordo fugæ dissipatus: & Domitius phalange potitus est:qui mox exercitum preueniens Antiochi custodias e loco depulit. Antiochus cum romanos diu persecutus esset :ea ex parte qua aduersus eis steterat nullo equite ac nepedite quidem aauxilium illis afferente. non enim accesserat Domitius nil opus esse existimans:ob fluminis propinquitatem usque ad Romanorum castra peruenit. Occurrente autem illi tribuno cum electioribus:cui castrorum custodia commissa fuerat:ulterius progredi desiit:& qui fugiebant:immixti aliis:ac ipsum exhortantes auertebant. Regrediebatur itaque ueluti ex uictoria lætus & insolens nihil eorũ quæ alia in pate gesta erant intelligens. Interim Attalus Eumenis frater plurimis stipatus equitibus Regi occurrit: Quibus superbe inuectus Antiochus :interfectis nõnullis cursu defertur assistentibus circa ipsum:adhuc multis paucis derelictis. Vt uero eladem inspexit:campumque omnem hominum:equorum & elephantorum passim iacentium refertum cadaueribus:cognita exercitus sui strage irreuocabili: fuga delapsus est:circaque mediam noctem in Sardis peruenit:inde ad Celẽnas quam Apamiam uocant pertransiuit. Ibi filium una e bello ausugisse intelligit. Sequenti die ex Celenis in Syriam proficiscitur præfectos in Celenis linquens. qui fugientes excipe-rent:in unumq; redigerent. Pro induciis uero habendis oratores ad Consulem misit. Ille autẽ domesticos sepeliri iussit. hostes spoliis exui:captiuos præterea simul uniri. Romanorum itaque ciuium equites quatuor & uiginti:pedites trecentos ab Antiocho cæsos inuenerunt. Eumenis equites septem & decem duntaxat ceciderunt. Ex Antiochi uero parte cum captiuis circa quinquaginta millia oppũsa fuisse. Non enĩ facile ob multitudinem anumerari poterant. Elephantorum porro plurimi interfecti quinque & decem capti fuere. Quod cum in tam celebri uictoria. & pene ultra rationem omnem parta accidisse putaretur. Non enim æquum uidebatur pauciores multo pluribus aliena in patria tantum ualuisse:potissimum Macedonum phalange depugnante atque assistente:quæ & uirtute & robore longe præstaret: & insuperabi

Domiti? phalangẽ potit?.

Attalus eumenis fr̃.

Antiochi fœdissima exacta fuga.

Celenæ } opp.
Apamea }

oratores petẽdis induciis ad Coss.

lis quodammodo ac tremenda uideretur esse. Antiochi familiares atque amici. & proteruiam illius in Romanos:& a principio inexperientiam stultitiamque accusabant:qui Cheronensum ac lysimachiam tot armis & apparatibus munitam e manu proiecisset:ac prius q̃ in aciem prodisset hostis Hellesponti custodiam ultro neglexisset:nec adhuc romanis per uim transire sperantibus. Quærebantur præterea nouissimam illius insipientiam quod optimam exercitus sui partem in tam angusto positã inutilem sibi reddidisset:spemque omnem in multitudine confusa prius posuisset ad bellum q̃ in his:qui & experientia & tempore belli opera callerent:& quorum in tam multis animi audacia ac fiducia præcellerent. Hæc de Antiocho ab illis ferebantur. Romanis uero animi elati sunt:ut nihil ulterius illis difficile:diis :ac uirtute iuuantibus uideri posset. Hoc enim uel maxime eos ad fœlicitatis gloriam euexit: quuȝ adeo numero inferiores uelut ab incursu:ac prima pugna exteris in locis tantam regii apparatus multitudinem:cui & mercenariorum militum uirtus:ac macedonum fama inerat.regis præterea ipsius prope immensum obtinens imperium:ex quo magnꝰ uocabatur una die superassent. Plurimus tamen illis in ore Antiochus ille magnus uersabatur. Hæc igitur Romani inter se referentes gloriabantur. At Consul exquo Publius ab ælia uahitudine liberatus ad eum uenit Antiochi legatis responsum dare instituit. Illi nempe scire postulabant quid Antiochus agens Romanis socius atque amicus esse posset. Quibus Publius ita respondit. Causas sibi ipsi ob ambitionem & cupiditatem attulisse Antiochum ob hæc quæ in præsenti & prius peregisset. Qui cum p̃cipatum magnum obtineret nihil prohibentibus Romanis :Ptolemæo eis affini: ac Romanorum socio Syriam abstulisset inferiorem:& in Europam ad se nihil pertinẽtem exercitum inducens Thraciam euertisset:Cheronnesum minuisset. Lysimachiam præterea erexisse urbem. Deinde in græciam transgressus:græcos in seruitutem redegisset:prius a Romanis libertati traditos quousqȝad Thermopylas pugna superatꝰ esset,neque tamen fuga elapsum a cupiditate hac habendi desiuisse: sed mari sæpenumero deuictum Romanis nondum transgressis Hellespontum inducias petiisse. Deinde ob suspitionem quæ sibi proponebantur despexisse:exercitumque denuo ingentem immenso apparatu induxisse Romanis:ut bello contenderet cum melioribus uires experiri ausus quoad extrema clade esset superatus. Nobis autem inquit æquius fortasse foret maiore adhuc illum mulcta cõdemnare:qui nobis totiens insurgere conatus est. Sed nec fœlicitatem nostram deturpabimus:nec aliorum clades adaugebimus. Dabimus quæcunqȝ antea illi proposuimus modica qnædam adiicientes quæ & nobis utilia fore existimamus.nec illi ad securitatem in futuruȝ inutilia.:Discedere ipsum ab Europa omni & Asia:quæ circa Taurum montem sunt:& iis qui apponẽtur: terminis tradere quoscunqȝ habet elephantos & naues:quas imperabimus :deinceps elephantos non tenere:naues quas illi concedemus solum possidere:tradere insuper uiginti obsides:quos prætor scripserit:pecunias porro ad belli impensam ob ipsum gesti talenta scilicet Euboica statim quidem quingenta exponere. Cum uero hæc fœdera Senatus approbarit,duo millia & quingenta:annis duodecim subinde sequẽtibus decem millia & quingenta,quæ per partes singulis Romam deferantur annis. Tradere præterea nobis captiuos & transfugas omnes cum uolumus. Eumeni uero quæcũqȝ residua ab attalo eius patre per fœdus debet restituere. Hæc antiocho sine fraude exhibenti pacem amicitiamqȝ pollicemur cum senatus iusserit. Huiusmodi a Scipione p

Antiocho victo Romanis accessit animꝰ et cur.

Antiochꝰ vñ magnꝰ.

P. Scipionis respõsio ad Antiochi legatos.

Antiochi bellũ gꝫ & causis & successu.

Pacis cõditiones Antiocho oblatæ.

lata legati admiserunt. & statim quidem pecuniarum partem & uiginti obsides exhi-
Antioch? Antiochi f. obses Romā missus buerunt. inter quos & Antiochus iunior fuit Antiochi filius: quem Romam Scipio
nes cum legatis demisere. Senatus his perceptis fœdera nonnulla addidit & perscri
psit: quæ a Scipione dicta confirmarent: & pro imperfectis quædam adderent: & bre-
uia alia comprehenderent. Videmus quippe dixere Antiochi principatus duo esse p
Calycadn? Sarpēdonū ℔ pm. montoria Calycadnum uidelicet & Sarpidonium: ultra hos in bello Antiochum na-
uibus uehi nequaquam uolumus naues cataphractas duas & decem duntaxat a prin
cipio habere quibus in subditos bello utatur: bellantem uero pluribus uti posse: ne-
minem ex Romanis apud eum peregrinum esse: neque transfugas ex ipsis penes se re
cipere: obsides infra triennium mutare posse. Antiochi filio excepto. Hæc a senatu ro
fœdera tabulis æneis in capitolio fixebāt. mano conscripta & in tabulis æneis ad Capitolium affixa sunt: ubi & alia fœdera appo
Manius Vulso in Asia pr. Therm? Trib. mil. ni solita. Antigrapha uero Manio Vlissoni exercitum a Scipione suscepturo Senat?
misit: a quo sacrum iusiurandum cum antiochi legatis circa apamiam Phrygiæ præsti
tum: quod ab Antiocho uicissim Thermo Tribuno ad ipsum præmittente firmatum
est. Hic igitur belli finis cum Antiocho magno romanis fuit: uisumque est ad hæc us
que processisse ob Scipionis filii gratiam ab antiocho habitam. Q ua ex causa nōnul
P. Scipio peculat? et pditionis accusat? li Scipionem: cum domum rediisset calumniis aggressi sūt. Inter quos & tribuni duo
fuere qui Scipionem peculatus & proditionis accusarent. Verum ille despecta & par
uifacta accusatorum inuida improbitate: quum in iudicium ueniisset eam et die: qua Car
thaginem subegerat sacrificium præmisit in Capitolium. Ipse uero ad iudices profe-
ctus gestu graui ac uenusto: nec ut obnoxii solent miserando & abiecto omnes assistē
tes in stuporem eius beniuolentiamq; conuertit: quasi bonitate confisus ac uirtute: cæ
tera haud multifaceret. Deinde loqui orsus: improbæ accusationis uerbum nullum
fecit: Vitæ autem eius studia & exercitatiōes omnes rettulit quotiens pro patria bellū
gessisset: & quemadmodum bellare solitis: quotiens deinde uictoriā adeptus essz ita ut
audientibus iucunditas quædam ob magnitudinem gestarum rerum facile occurre-
P. Scipionis fiduci? ret. Cum uero altius progressus esset a primordio belli: quod cum Carthaginensib?
olim gesserat: sermone in longum producto & multitudine ad audiendum intenta sic
inquit. Q uoniam hac ipsa die hæc omnia deuici: & Carthaginem uobis subegi ciues
prius uobis formidandam ad Capitolium sacra facturus accedo: quod & a uobis pari
ter quibus patriæ amor inest mecum reor esse faciendum. His dictis nihil iam de ac-
cusatione sollicitus uersus Capitolium gressus mouit: quem ingens populi multitu-
do: plurimique iudicum uotiua acclamatione secuti etiam sacrificanti una consensetūt
Accusatores ob hæc consilii inopes ulterius accusationem prosequi nō ausi: uelutiim
perfectam: fauorem quoque populi uerebantur uitæ ipsius modestiam accusatione &
Aristides. Socrates. calumniis potiorem intuentes. Scipio uero huiusmodi calumniam gestis moribus-
que suis indignam auersatus: Aristide mihi sapientior uisus est fuisse: quum pecula
tus & ipse reus diceretur: & socrate philosopho præstantissimo: in his: quæ a perfidis
accusatoribus obiiciebantur: nullum in simili indignitate facientes uerbum: uel ea etiā
Epaminundæ laus. loquente: quæ diuinus Plato meminit. Magnificentius & illud Epaminundæ dixe
rim: qui Boetiis præfecturam gerens una cum Pelopida militaribus functus est offici
is. Permisere autem eos Thebani exercitum utrique dantes: ut Archadibus & Me
seniis aduersus laconas depugnantibus afferrent opem. Cum autem ea quæ mente
agitabant nondum executi essent in iudicium eos uocauere. Hi uero belli curam: ne

Aristidæ Socratis Epaminundæ } Reor? fiducia

ſucceſſoribus quidem: ut mos fuit infra ſextum menſem̄ præſtitere. Verū tā diu mo
rati ſunt: quoad lacedæmoniorum præſidia expulere ex oppidis: & archadum illis im
poſuerunt: Epaminunda milites ſuos ad hoc impellente: oſque ab omni mulcta &
ſupplicio: quæ propterea inferretur defenſurum pollicente. Cum autem in patri
am ſuam reuerſi eſſent accuſatores: unum quemq; perſecuti morti damnauere. Sic
enim ex lege præſcriptum erat: ut qui ui alterius principatū gereret: morte mulctare
tur. Qua ex cauſa amici eius in fugam uerſi: eiulatu: multiſque uerbis culpam in
Epaminundam referentes eos ſic inſtruxiſſe ut dicerent: & dicentibus adeſſe teſtem
fatebantur. Tum ille motu condemnatus: confiteor inquit me perfide ac inique geſ
ſiſſe principatum: & quos abſoluiſtis omnino a me grauiter coactos eſſe: nec propte
rea uitam ob ſcelus patratum deprecor. Hoc ſolum tantummodo a uobis peto ut p
iis quæ a me tam inique geſta ſunt ſepulchro uelitis inſcribere. Hic eſt inquit qui cir
ca Leuctiam victoriam adeptus: & patriam hoſtes non ferentem ne quis peregrinus
laconicum pilon habeat ſupra. Spartam ipſam deduxit. Hic patriæ iniquitate ob ei⁹
inutilitatem extinctus eſt: Hæc effatus e tribunali deſcendit. uolentibuſque eum ab
ducere corpus obtulit. Verum iudices ſermonis inuidia commoti quum reſpōſum
eius admirarentur: uiri quoque tantam auctoritatem erubeſcerent: ſortes aſſumere
non auſi: e iudicio ſimul abiere. Hæc ut cuique gratius fuerit: ꝓdiudicare licet. Manius
uero qui Scipioni in imperio ſucceſſerat regionem ab Antiocho ereptam præſens ip
ſe ſuſcepit: & galathas qui cum Antiocho pugnauerant latrociniis deditos: & ad My
ſium olympum fugientes ipſe non ſine iugi labore ſupergreſſus montem: e fuga re
uocauit: interfectoſque præcipitauit e rupe: qui tamen ob multitudinem annumera
ri nequiuere. Captiuorum ad quadraginta milia ab eo habita: quorum arma com
buſſit igne. Corpora quum tantam turbam inter bella educere haud quaq̄ poſſet
cæteris barbaris finitimis uendidit. Ipſe inter tectoſagos & proc̄mos in inſidias dela
pſus demum aufugit. Reuerſus inde ad eos qui moram protrahebant adhuc & ob
multitudinez immoti conſiſtebant: leuis armaturæ milites aduerſum miſit: & ipe cir
cumequitans iaculari iuſſit: neque in unum confertos: neque finitimos hoſtibus.
Nullo autem telo in irritum cadente ob hoſtium turbam ad octo milia occidit: Reli
quoſque ad Halym fluuium inſecutus eſt. Ariarathi autem Cappadocum regi qui
propugnatores Antiocho miſerat uerenti admodum: & ut ducenta talenta ſuſcipet:
oranti regionem reliquit intactam. Ipſe autem in Helleſpōtum reuerſus ē cum ingen
ti gaza pecuniis prope innumeralibus præda grauiſſima & exercitu pondere onuſto
Quæ uero hactenus: nulla ratione ab eo facta exiſtimantur: naz æſtatis temporibus
nauigationem diſtulit. & pondus earum: quas ferebat rerum haud multifaciens: ne
que ſollicitus labore & induſtria exercitui iter aperire: non ad bellum intento: ſed do
mum ſpoliis redire properanti: Per Thraciam regionem profectus eſt: iter longum:
& anguſtum ualde ac perttanſeuntibus difficile ad ſuperandum caloris tempore: ne
que in Macedoniam ad Philippum mittere curauit: ut illi ſuffragium præſtaret: quo
tutius progredi poſſet: neque exercitum in partes multas diuidere. ut faciliꝰ incede
ret. & neceſſaria exercitui paratiora haberet. neque uaſa deferentes in ordines rectos
ponere ut ſe inuicem ab hoſtibus inſequentibus tueri poſſent. Verum omnem in lō
gitudinem immenſam exercitum ſuum deduxit. & impedimenta in medium ſtatuit
ita tamen ut neque præcedentes iliis opem afferre poſſent. neque ſubſequētes ob ni
miam itineris longitudinem ſimul & difficultatem. Quamobrem undique extrāi

Lysias Antiochi regis lib alter.

Manij vulsonis ex cit? a thracib? spoliatus.

uerso insurgentibus thracibus plurima pars prædæ subtracta est. Publicæ quoque pecuniæ & ipsius exercitus arreptæ hostibus ipse cum cæteris suis in Macedonia saluatus est. Quo tandem in loco maxime intueri licuit quantum ad Scipiones præmittens profuerit Philippus. & quantum uicissim peccarit atque errauerit Antiochus: qui Cheronnesum reliquisset. Manius ergo ex Macedonia in Thessaliam ueniens. & ex Thessalia in Epirum. indo uero ad Brundusium transgressus est. ac reliquum exercitus ad propria demittens Romam propere accessit. Rhodii & Eumenes Pergami Rex. quod bello in Antiochum una consensissent animis elati ualde Romam legatos suos demisere. Senatus uero Rhodiis Lycios Caresque concessit: quos paulo post ab ipsis abstulit: quasi Perseo potius regi q̄ ipsis in persеum depugnantibns promptos ac fauentes Eumeni quæcunque reliqua ab Antiocho ademerant: exceptis græcis: qui in ipsis erant: præstitere. Horum uero quicunque Attalo Eumenis patri tributa persoluissent: Eumeni quoque præbere uoluere. Qui Antiocho prius penderant tributo indubio liberarunt: ac suis legibus & decretis more & arbitrio suo uti permiserunt. Iu hunc ergo modum Romani quæ bello cœperant partiti sunt. Magno deinde Antiocho exempto rebus humanis Seleucus eius filius hæres totius regni institutus est: qui fratrem Antiochum obsidem apud Romãos: tradito eius loco Demetrio filio liberauit. Is quum. in patriam suam reuerteretur & iam Athenis propinquus esset: Seleucus ex insidiis Heliodori cuiusdam ex suis ícaute interficitur. Heliodorum porro regnum suscipere totis uiribus conantem: Eumenes & Attalus ui pepulere Antiocho in Regem substituto. cui quidem uiro blandiebantur maxime. Ex nonnullis quippe offensionibus iam Romanos suspectos habere cœperant. In hunc ergo modum Antiochus antiochi magni filius Syriæ regni principatum adeptus est: quod quidem nomen apud Syrios præclarum ac insigne fuerat: q̄ arrepto ab exteris regno ipse indigena Rex habitus est. Firmata itaq̄ cum Eumenide maxima beniuolentia atque singulari amicitia Syriæ & quæ circumincolunt gentibus impio præfuit. Satrapem in Babylonia Timarchum habens: ad exigendos autem redditus Heraclidem germanos inuicem: qui ambo antea exoleti illius fuerant. Exercitum quoque in Artaxam armeniorum regem duxit: quo capto excessit e uita: antiochum nouem iam habentem annos relinquens filium: quem ob patris uirtutem Syrii Eupatrum cognominauerunt. Hunc puerum Lysias aluit. Senatus uero romanus quum antiochi stirpem ad minimum redactam: & breui interituram uideret mirum immodum lætatus est. Demetrium autem Seleuci filium Antiochi illius præclarissimi uiri nepotem filiorum magni antiochi puero illi cõsobrinum & Romæ obsidem: quum annum tertium supra uigesimum agens in regnum demitti posceret: quasi utilius futurum populo romano nequaquam concessit: haud utile arbitratus iuuenem iam ætate adultum pueri loco Syriæ præesse regno. Intelligens deinde elephantorum gregem & naues plures iis: quæ Antiocho ex pace cõcesserant in syria asseruari legatos misit: qui elephantos interfici: naues igne absumi iuberent. Miserandum itaq̄ spectaculum præbuit bestiarum interitus iaz mãu assuetarum. & q̄ ratæ apud cẽs erant: tũ ignis classi iniectus. Quo spectaculo cõmotus quidam in laodicia urbe leptinus. G. Octauiũ legatorũ p̃ncipẽ deprehensum intra gymnasium occidit: quẽ deide lysias sepulchro dedit. Demetri? igit iterꝫ Senatũ ingressus: ex seruitute dũtaxat liberari postulabat: cũ antiochi loco obses dat? eẽt. Antioch? ãt interiisset. Cũ uero id cõseq nõ posset clãculũ enauigauit: & syriis pgrate eum suscipi-

Rhodij a p. R. data prçmia.

eumeni pgamj regi a P. R. data prçmia

Seleuc? mortuo pr̃ Antiocho Syriç rex.

Seleuci Interit? Heliodorus seleuci Interfector.

Antioch? Antiochi .f. Syriç Rex.

Timarch? Antiochi Heraclides Satrapes

Artaxa armeniorꝫ rex.

Antioch? eupator Syriç rex.

Cn. octauius lib Syriã legat? Interfectus.

lib Leptin? Cn. octauij legatj Interfector.

Demetrius obses apt Romanos clam abvrbe egressit.

Eumenes et Attalus Romanos suspectos habebant

entibus imperio præfuit: Lysiam pariter: ac puerum necauit. Heraclidem quoque e Babylone expulit. Timarchum uero illi aduersantem tandem peremit: plurima alioquin in Babylonios nequiter agentem. Quibus ex rebus imperantibus Babyloniis Soter ab illis appellatus est. Adeptus igitur imperium Demetrius decez milliũ aureoꝝ coronã qꝫ obses apud Romãos fuisset gratis illis misit: una que Leptinum destinauit: qui Octauium interemerat. Illi suscepta corona Leptinum recusarunt iam inde crimen in syrios ad tempus obseruantes. Demetrius ex Cappadocum regno Ariarathe depulso Olophernem mille talentis eius loco induxit fratrem ariarathi habitum. Cæterum Romanis ariarathem & Olophernem ueluti fratres inuicem regnum administrare placuit. Decedentibus igitur his & Ariobarzane haud multo post sub Mithridate ponti rege deuicto Mithridaticum bellum subinde & in alios fieri cœptum maximum quidem & multiforme: & quod a plurimis nationibus per quadraginta fere annos gestum est in quibus multi Syriis principes ex regio genere uerum tempore perbreues extitere: multæ præterea defectiões redditus in regna facti sunt. Parthi ab his deficientes in seleucidarum regnum in Mesopotamiam sibi uendicarunt: quæ seleucidis parere assueuerat. Et rex Armeniæ Tigranes: qꝫ nationes quasdam finitimas propriis utentes regibus sibi subegisset rex regum existimatus est. Seleucidas præterea parere recusantes bello deuicit. Non aduersante etiam antiocho Eusebii Tigranes syriæ ultra euphratez potitus est: omniumqꝫ syriæ nationum usque in ægyptum tenuit & Ciliciam. Nam & hæc seleucidis olim paruerat. Megadatem quendam per quatuordecim fere annos in uniuersum prætorez statuens. Lucullo deinde imperatore Romano Mithridatem: qui ad Tigranem cõfugerat bello persequentem: Megadates cum exercitu opem allaturus illi occurrit: Quo tempore antiochus Eusebii in syriam delatus syriis sponte obsequentibus regnum cœpit. Lucullus deinde cum Tigrane primum congressus & parthis per euz prouinciis explens patrio tamen regno non priuauit. Pompeius deinde cum Mithridatem Lucullo abstulisset Tigrani armeniam habere concessit. Antiochum e Syriorum regno expulit cum nihil is in Romanos deliquisset: hac re: ut arbitror commotus quoniam facile erat exercitum plurimum habenti principatum inermem tollere Verbo autem qꝫ Seleucidas sub Tigrane deuictos syriis magis præesse quã Romanos: haud æquum arbitrabatur qui Tigranem superassent. In hunc modum Romani Ciliciæ & syriæ quæ in mediteraneis colitur & inferior appellatur: ac phœnicis & palestinæ: & omnis præterea syriæ quecunque nomine nuncupetur ab Euphrate usque in ægyptum bello præfuere. Vnico iudeorum genere aduersante Pompeius cum exercitu profectus regem eorum aristobolum Romam misit. Hierosolymam urbem magnam: & præ cæteris sanctiorem apud eos uicit: quam olim Ptolomæus primus ægypti rex euertit: & Vespasianus iterum restitutam dirruit: & Hadrianus ætate mea subuertit: qua ex causa iudeis tributa Corporum: reliqua eorum substantia grauiora sunt. Estque syriis: & cilicibus. Anniuersarius cuilibet possessionis cuiusque impositus. Pompeius uero Nationibus Quæ seleucidis parere assueuerant non nullis reges proprios imposuit: ac dynastas quemadmodum galathis in asia quatuor dynastas attribuit: eorumque tetrarchias confirmauit: ut aduersum Mithridatem auxilio essent: quæ non multo post augusto imperante ad Romanos concessere per partes. Syriæ præterea Scaurum: qui cum eo in præliis quæsturam gesserat Pompeius præsidere iussit. Senatus Marcum Philippum pro Scauro. Mar

lb Olofernes Ariarathę frater

Antioch⁹ puer Antiochi f. a Demetrio occisus.

Timarch⁹ et Herachides } a demetrio multati.

Lysias Antiochi Nutritius a demetrio Necidat?

demetrij Antiochi filij ab vrbe fuga.

Demetri⁹ Soter.

Demetri⁹ aureã coronã romanis dono misit

Ariarathes a demetrio regno puls

Ariobarzanes

Mithridaticũ bellũ

Parthorũ Regnũ qn primũ.

Tigranes Armeni⁹ rex regũ cur.

Megadates tigranis Satrapa

Lucullus Inmithridatẽ.

Antioch⁹ Eusebij Syriæ rex.

Antioch⁹ Eusebij a pompeio puls?

Syria } qn primũ
Cilicia } Romanoꝝ
phœnica } ditionis.

Aristobolus Rex.

Hierosolyma aglr⁹ eversa

Iudæi corporũ tributa soluũt.

lb Pompeius Aristobolũ Iudeoꝝ Regem romã misit

lb Pompei⁹ Hiero Solyma expugnauit.

Scaurus
Martius
Philippus
Marcellinus
Lentulus
} Syriæ prætores.

Mithridates parthor rex ab orode frē regno pulsus.

Ptolemęus ægypti rex a Gabinio restitut? Inregnū.

cellinum uero Lentululum pro Philippo prætores ambos esse uoluit. Cæterum in utroque tempus elapsum est dum arabes finitimis aduersos repellunt. Hac de causa prætores subinde creati sunt qui nomine præ cæteris in urbe pollerent: ut ex ordine belli exercitusque quemadmodum consules haberent potestatem. Horum primus Gabinius cum exercitu missus: qui bellum gereret: Mithridates Parthorum rex principatu iectus ab Herode fratre ex arabia ad parthos se contulerat. Ptolemæus uero undecimus ægypti rex & ipse regno pariter expulsus multis pecuniis hortatus est: ut a parthis in alexandrinos se conuerteret. Et quidem Ptolemæum Gabinius in regnum restituit illato alexandrinis bello. Sed is Romanorum consilio damnatus aufugit: q; absque Senatus decreto Aegyptum inuasisset bello apud eos nefasto ex Sybillinis monitis pro Gabinio mihi uisus est Syriæ Crassus præfuisse: quo pugnāte ingens clades accepta est. Lucio deinde Bibulo post Crassum Syriam tenēte parthi in eum mouere bellum. Saxa porro post Bibulum regnante usque ad Ioniam Parthi peruenere Romanis inter se discidentibus ciuili bello. Sed de his latius in parthorum libro referemus. In hoc autem qui syrus inscribitur quemadmodum syriam adepti sunt Romani & in hunc in quo nunc est gradum statuerunt abunde diximus. Non incongruum tamen uidetur cum de syria scribamus ad Macedones trāsire: qui ante Romanos illi præfuere. Alexander nempe syriis supra persas imperitasse dicitur & omnium rex inquantum progressus extulisse. Alexandro demum intereunte usque ad sobolem eius modicum quid omnino qua nōdum edita Macedones Philippi desiderio Arideum Alexandri fratrem eorum regem statuere q̄q̄ haud admodum ptudentem habitum quem aridei loco Philippum appellarunt. Operientibus interim illis Alexandri sobolem nam uxorem eius grauidam seruabant: amici prouincias inter se partiti sunt Perdica illis sub philippo diuidente. Non multo deinde cum decessissent reges Satrape eorum loco creati sunt. Syriorum autem primus satrapes Laumedon mitylenæus instituitur. Ex perdica & Antipatro post perdicam regibus cunctis præsidente. Ptolemæus ægypti satrapes in laumedōtem ciasse deuectus multis pollicitationibus ut syriam sibi traderet hortatus est quasi ingressum ægypti quendam ac propugnaculum in Cyprum asserens quod cum asperaretur ille in eum cepit Laumedon interfectis iis a quibus seruabatur ad Alcetam profugit in cariam: Sicque aliquandiu syriæ Ptolemæus præfuit: & p̄sidia urbibus imponens in ægyptum enauigauit. Antigonus uero phrygiæ & lyciæ ac pamphyliæ satrapes & custos totius asiæ institutus ab Antipatro cum in europam transmearet. Eumenem cappadociæ satrapem & macedonum hostem a se iudicatum obsedit. Ille fuga elapsus mediam sibi uendicauit. Demum ab Antigono interceptus neci deditur. Antigonus cum in patriam rediret a Seleuco babyloniorum satrape splendide susceptus est: Increpante deinde Quemdam ex ducibus Seleuco: neque id Antigono præsenti referante iratus rerum ac pecuniarum rationes ab eo petiit. Ille cum debilior existeret ad Ptolomæum in egyptum abiit. Antigonus post Seleuci fugam Blitora quemdam mesopotamiæ ducem e principatu expulit. quod Seleucum abesset comitatus: Babyloniam uero ac mesopotamiam aliasque ex medis supra Hellespontum nationes sibi subdidit Decedente autem Antipatro a cæteris satrapis inuideri cœpit q; tantū regni tantumq; terræ solus possideret. Seleuco igit in primis suadēte Ptolemæus ac Lysimacus thraciæ satrapes: & Cassander ātipatri pro patre agens in unū conuenerunt: præmissisq; ad Antigonū legatis regiōes: ac pecuni

Gabmi? syriæ prętor.

M Gabini? exilio Multat? et cur.

Crass? syriæ ptor.

L bibulus syriæ proconsul.

Saxa pthor? Rex.

Alex. syriæ imp auit

Aride? Alex Magni fr̄, philipp? cognominat? syriā tenuit. Et perdica.

satrapæ prouinc.

Laumedō Mitylenē syriæ satrapa.

Ptolemę? laumedō tē asyria & pulş

Antigonus phrigiæ et lyciæ satrapa.

eumenes cappadociæ satrapes ab Antigono occisus

Seleuc? babyloniorū satrapa ab Antigono fugat?

blitor

Antigon? aquæ et agb? bello petit?

Et Alex successores & Inter se regnadi? uesserint

as per eum habitas macedonibus qui e regnis decidissent partiri una poposcerunt. Irridente eos Antigono bellum in commune statuerunt. Ille ex aduerso paratis copiis quæcunque prælidia in syria relicta erant ab Ptolomæo expulit. Phœniceam deinde ac syriam: quæ inferior dicitur Ptolemæo adhuc parētes sibi asciuit. Profectus subinde ad cilicias portas Demetrium filium uix annum secundum & uigesimum agentem cum exercitu reliquit in Gaza aduersus Ptolemæi motus in ægyptum quem Ptolemeus iuxta Gazam ingenti prælio uicit. Demetrius ad patrem rediit. Ptolemæus Seleucum in babyloniam ut principatum susciperet emisit: pedites porro mille: equites trecentos illi dedit: cum quibus licet pauciſſimis Seleucus cæteris susciepientibus babyloniam prompte inuasit: & principatum haud multo post in immensum extulit. Antigonus interim Ptolomæo succensebat. demum nauali pugna circa Cyprum euicit Demetrio filio una militante. Q ua uictoria tam illustri adepta exercitus amboſ reges appellauit. Antigonum scilicet ac Demetrium. Intereuntibus interim regibus Aridæo Philippo & Olympiade cum Alexandri stirpe proprii exercitus Ptolemæum regem nominarunt cum post acceptam cladem haud minus tamen iis possideret qui uictores habebantur. Illis autem econuerso eadem opinio aderat: quos statim reliqui imitati sunt: omnesq; e satrapis reges euaserunt. In hunc modum Seleucus babyloniæ præfuit: mediæ præterea imperauit: Nicatorem que prælio deuicit ex iis qui ab Antigono in mediam satrapes relictus fuerant. Plura quoque bella cum macedonibus gessit ac barbaris. uerum duo in primis maxima cum macedonibus ipsis egit: ultimum cum Lysimacho thracum rege. Primum uero cum Antigono iuxta hipseum phrygiæ eodem ducente atque pugnante cum octogesimum ætatis annū attigisset. Postremo Antigono in bello concidente quicunq; reges una cum Seluco in Antigonum conuenerant eius regna inter se partiti sunt. Ea igitur tempestate Seleucus omnis circa euphratem syriæ quæ mari imminet: phrygiæ quoque super mediterranea regnum sortitus est: nationibus quoque finitimis continue imminens cum eas ad se suadendo attrahere potens esset & cogere mesopotamiæ ac cappadociæ quæ Seleucis appellatur. Persis denique ac parthis: bactrianis & arabum populis præfuit. Epirum insuper gordianos aracosios: & hyrcanos sibi subdidit: aliasque adiacentes usque ad indum tenuit nationes: quæ olim ab Alexandro uictæ fuerant ita ut asiæ fines post Alexandrum hic maxime putetur attigisse. A phrigia quippe usque ad Indum fluuium desuper omnia Seleuco parebant. Indum præterea trāsgressus cum Androcoto indorum rege tam diu pugnauit quoad ipsum in amicitiam affinitatemque pellexit. Et hæc quidem āte Antigoni obitum: partim uero post ab illo gesta. Ferunt cum sub rege militaret adhuc & in persiam euntem sequeretur in didymea oraculum huiusmodi obtigisse. Cum enim de reditu suo in macedoniam percontaretur responsum fuisse Europam haud quæras: asiæ tibi tutior ora est: & in macedonia paternum larem inspirante nemine ingentem emisisse flammam: matrem quoque eius per somnum existimatam esse quem annulum ipsa reperisset: Seleuco gestandum tradere. Regnaturum quippe illum iis locis in quibus decidisset annulus. Postmodum cum anco-
ram sculptam ferro inuenisset dedisse filio. Seleucum autem iuxta euphratem eū amisisse. Dicitur præterea cum in babyloniam post hæc proficisceretur ad lapidem quemdam offendisse: quo euulso ancoram statim apparuisse. Tumultu subinde inter natos orto quasi detentionis indicium id pre se ferret Ptolemæum lagi ad eos mittētem præ

Ptolemæus Lagi F.

Anchora Seleuci
Anchora firmitatis argumentū.

dixisse firmitatis ancoram non detentionis esse indicium. Seleuco uero ob hæc cum regno potiretur ancoræ sculpturam pro annullo affuisse. Superstite adhuc Alexandro ac ituente aliud Seleuco signum de principatu eius apparuisse memorant Alexandro quippe ex sidone in babyloniam reuertente & per ipsas babyloniæ paludes cum euphrates syriam terram inundaret nauigante incumbens subito uentus diadema e capite eius abstulit: uolitansq; in arundine non longe a quodam uetusti regis tumulo deposuit: q regiæ necis signum in primis fuit. nautam uero adnatantem diadema capiti imposuisse ferunt: & Alexandro parum ab humiditate attulisse: eius rei præmiuz a rege argenti talenti talentum accepisse. Auguribus autem illum interfici iubentibus nõ nullos Alexandro idem suasisse: alios aduersatos esse. Fuisse etiã qui prætermissis his non nautam uerum Seleucum ad regis diadema adnatasse dicerent & capiti imposuisse quo purum afferet. & hæc signa in fine ambobus accidisse. Alexandrum quippe in babyloniam finisse uitaz: Seleucum Alexandri imperii plurimum præter cæteros eius successores tenuisse. Hæc de Seleuco ab auguribus antedicta fuisse legimus. Discedente demum Alexandro dux socialis & equestris agminis instituitur: Quod & Ephestion quondam sub Alexandro: & post Ephestionẽ Perdicas rexerat. De hinc babyloniæ satrapes: & rex demum pro Satrape effectus cum in præliis felicissime pugnaret Nicator cognominatus est. Mihi autem probabilius uidetur Nicatorem interfeciſſe: uel q corpore ingenti fuerit ac robusto: silue strem q taurum in Alexãdri sacrificio oliz elaptum e uinculis sese opponens manibus tenuerit ambabus: qđ in statuis conspicit quibus cornua desuper adiecta sunt. Vrbes autem condidit ad imperii eius magnitudinem sex & decem antiochias in memoriã paterni nominis. In honorez uero matris quinq laodicias: nomen in sui nominis seleucias: quatuor in mulierum suarum cõmemoratione urbes: tres apamias: & stratoniciã unam: quarum ætate nostra illustriores adhuc extant Seleucia quæ in maris littore sita est: & quæ supra tigrim fluuium cõdita. laodiceam in phœnicea: & sub libano monte Antiochia. Syriæ quoq Apamia: Alias præterea a græcia aut macedonia aut ab operibus quibusdam suis nominauit: aut ad Alexãdri regis laudem nomen indidit. Ob hoc in syria & iis qui supra ipsam incolunt barbaris multa græcorum multa quoq macedonum oppidorum sunt nomina: Berria: edessa: perinthus maronia: callippolis: achaia: pella: oropus: amphipolis. arethusa: astacus thegea: chalcis: larissa: erea: & appollonia. Inter Parthos autem: Sotira: calliopi: charis: hecatomplis: achaia. In india præterea Alexandropolis. in Scythia: Alexandrescheta. Et ob uictoriarum suarum famam ac memoriam: niciphorion in mesopotamia: & nicopolis in armenia: quæ cappadociæ maxime confinis est. Fama est cum Seleucias urbes conderet eam quæ mari imminet e cælo tactam esse: & ob id fulgur: deum incolis ab eo traditum: solitosq choreas ducere fulgur hymnis præcinentes. Ad eam uero quæ supra tigrim colitur: magi a Seleuco acciti: qui diem: & ex die horaz qua fundamenta urbis iaceret eligerent cum illam ueluti iugum ipsis imponi formidarent: horam ementiti sunt. Interea Seleucus hore intentus in tabernaculo consedebat. Exercitus ad officium paratus quoad rex mandasset expectabat. Statim uero incunbente fatali Hora a nullo moniti Cum præceptum sibi putarent esse milites ultro ad opus aduolant: nec cohibentibus tubarum strepitu cesserunt: eoque modo urbem conditam esse ferunt. Seleuco uero id grauiter ferente & magos denuo de fortuna urbis consulente in hunc modum uenia deprecatos respondisse, Fatalẽ q

Alex Magno pmon strata Mors ostẽto

Seleuc socioz eg tũ Dux.

Seleuc vnnicator.

vrbes a seleuco cõdite.

Antiochiæ ciuit qt.

Laodiciæ ciuit quot.

Seleuciæ ciuit quot.

Apameæ ciuit quot.

Stratonica ciuit quæ.

Alexãdropolis ciuit.

Alexãdrescheta ciuit.

Niciphorii opp.

Nicopolis oppo.

fulgur vbi pdco colit

Magi a seleuco acciti ad dephẽdẽda horã vrbi cõdẽdæ accomodã.

fatũ meluctabile

Berria. Edessa. Perinth. Maronea. Callipolis Achaia } Asiæ ciuitates.

Pella. oropus. Amphipolis. Arethusa. Astachus. Tegea. } Asiæ ciuitates.

chalcis. Larissa. Erea. Apollonia. } Asiæ ciuitates.

Sotira Calliopi charis Hecatompolis Achaia } Parthorũ ciuitates.

Magorũ de fato opinio

dem sortez o rex siue bonam siue malam neq; hominis: neq; urbis fas est permutare. Quædã enim urbium quemadmodum & hominum sors est Hanc diuturniorem fore diis uisum est: quæ ab hac hora qua cœpta est sumpsit initium Quippe duz urbem ut propugnaculum in nos futuram formidamus: quod fatale fuit aperuimus: quod ideo felicius habendum est simulantibus magis: te autem ignorante. Diuinitas profecto quædam felicitatem istam militibus ostendit tuis: q; in teipso hoc modo intelligе ne nos simulare amplius credas: Tu enim rex cũ exercitu tuo quiete degens operiẽ di cæteris præceptũ dederas: At hii: qui in periculis laboribus continue mandatis tuis paruere neq; expectare neq; ordines seruare potuere: nec turmatim uerũ impetu quo dam exciti neglectis ducibus mandatum sibi credidere: & mandatum quidem fuerat: & ueluti non prohibente deinceps paruerunt. Quis igitur in hominibus rex deo potentior censcendus est: qui mentis suæ compos extitit. & condendæ urbis nostri loco dux ipse affuit: succẽsens nobis: finitimæq; stirpi nostræ: Vbi nam nostra quibunt cõ sistere fortioribus undique nobis insurgentibus? Hæc igitur ciuitas feliciter a te condita indies adaugebitur: in longumque manebit æuum. Nobis autem qui rerum nostrarum caritate ducti erga te deliquimus propicius uẽtem firma. Hæc depræcãtibus magis lætatus rex sponte ueniam illis tribuit. Huiusmodi de Seleucia urbe percepimus. Seleucus uero Antiochum filium superstes adhuc omnis quæ desup est regionis: eius loco tegez esse uoluit. Et q̃q̃ id magnificum ac regale existimari queat magnificentius tamen: ac sapientius quidam adolescentis amor: & ad amorem eius insignis moderatio uidetur attulisse Stratonicem quippe Seleuci uxorem Antiochi ipsius nouercam & iam puerum Seleuco enixam misere adolescens deperibat: quorum passionis impudentiam abhorrens non facinus aggredi non palam cuiq; facere audebat: tã tum morbo indulgens ultro mortem appetebat: neq; Erasistratus medicus inter præcipuos aulæ a Seleuco habitus ualitudinis huius causam scrutari poterat: quoad corpus eius omni ex parte sincerum intuens animæ profecto egritudinem illam esse arbitratus est: cuius amantis & infirme passionibus laboraret corpus. Tristiciam nempe & indignationem ac cogitationes alias a prudentibus plerunque simulari amorem uero intus tegi consueuisse. nihil horum tamen Antiocho sibi profitente sẽtis ratus in secreto deprehendi posse propius assedit & corporis ipsius mutationes quemadmodũ ad quosque ingredientes ad se haberet diligentius obseruare cœpit. Quod cum aliis ad eum accedentibus segnem torpidumque pari modo esse cerneret Stratonice uero assidente ut eum inuiseret mente ex rubore conscientiaque confusa uehementius turbari tacitumque persistere: corpus præterea q̃q̃ inuito eo reuiuescere admodum ac uiuacius effici. excedente ea considere ac debilitari ad Seleucum profectus filium eius insanabili morbo correptum esse rettulit. Cum tristari & exclamare cœpisset rex: Passio hæc inquit Erasistratus amor est. & mulieris quidem amor uerum quam consequi haud potius est Admirante admodum Seleuco si quem ipse ob adolescentis huiusmodi coniugium precibus: peccunia: aut donis: deniq; totius regni sui policitatiõe flectere nequirent qui uniuersæ asiæ imperitaret: ac superstite rege: qui morbo laboraret daturum se pro salute eius quod quisq; uellet promittere & solum quæmulier hæc esset efflagitante. Erasistratus meam inquit uxorem deperit. Tum Seleucus quid ergo inquit tu tam bonus & nobis adeo beniuolentia affectus & caritate: uirtute uero & sapientia paucis cedens iuuenem florentem ætate & regno debitum: amici præterea & regis filium in infelicitate prudentem & morbum adeo celautem ut mortem libẽs op

℔ Principes lege nō teneri.
℔ Ius esse quicqd reges statuūt.

petat nobis non saluabis: uerum Antiochū si despicies. despicies & inuicem Seleucū. At ille regi aduersatus inconuincibilem sermonem protulit. An tu inquit q̄q̄ eius parens si uxorem tuam cuperes Antiochus illam ultro darurus es? Hic Seleucus reges omnes ac deos persancte deierans sponte se ac læte daturum obtulit boniq; parētis beniuolentiæ exemplum cunctis exhibiturum erga filium adeo prudentem continentē q; passionis & huius mali prorsus indignum: aliaq; his similia ædifferens tristari ac lamentari ni illi infelici medicam afferret opem. Ille cum regis mentem non simulatam quidem: uerum ad rem promptam certamq; discerneret passionem omnem filii detegit: & quemadmodum id depræhendisset enunciat. Seleucus gaudio elatus unicum opus sibi supereſſe arbitratus est quo pacto id filio persuadendum esset: quo pacto & uxori. Cum uoti tandem sui compos esset: coacto in unū exercitu: qui forte id præsentiret quæcunq; ab eo gesta essent edisserit. Deinde de principatu loqui orsus Alexādri successorem in longum proferre q̄ maxime opus esse ostendit. Se uero senio cōfectū haud quaq̄ tanto imperio sufficere. Dispositui itaq; inquit ipsius magnitudinē sine uestra in futurum cura diuidere & partem carissimis meis tradere. Aequi eritis ad hæc pagenda mihi omnes: qui ad tantum principatus ac potentiæ post Alexandrum regem sub me euecti estis. Amantissimi itaq; mihi & regno digni uisi sūt: filius iam ætate adultus & uxor: filii nempe ab his in flore constitutis statim orientur statim regni nostri aderunt custodes. Coniungam eos ad inuicem uobis inspectantibus: & reges gentiū quæ desuper incolunt ambos statuam: nec uobis potius persarum mores aliarum ue nationum q̄ quæ omnibus communis est imponam legem. Iustum semper id esse uobis quod reges statuent. Sic ille effatus est. Exercitus uero tanq̄ regem ab Alexandro maximum & parentem optimū summis laudibus cœpit conclamare. Seleucus autem hæc ipsa Stratonicæ: & filio imperans connubio adiunxit: solutosq; a se in regnū demisit. Opus profecto memorabile & lōge fortius iis quæ in hostes gessit meditatus. Satrapiæ quidem sub illo fuerant duæ & septuaginta tantū ille imperii tenuit. quarum maiorem filio partem tradidit. Ipse a mari duntaxat usq; ad Euphratem regnum sibi statuit. Nouissimo demum bello circa Phrygiam quæ supra helleſpontum est cū Lysimacho depugnans Lysimacum acie candentem uicit. Inde helleſpontum transgressus: & in Lysimachiam ascendens a Ptolomæo Cerauno cognomie qui eum sequebatur occisus est. Fuit autem Ceraunus ex Ptolemæo sōtira & Eurydice Antipatri filia genitus: quem egypti regno excedentem ob timorem patris q; iuniori filio regnum dare decreuisset Seleucus filii in morem ea calamitate susceperat enutrieratq; qui se illi interfectorem subornauit. In hunc modum igitur Seleucus periit cuius tres supra septuaginta uixisset annos: duobus & quadraginta regno præfuisset. Non iniuria itaq; in eū uersus ille accōmodari uisus. Europam haud queras: asiæ tibi tutior ora. Lysimachia quidem europæ pars est. actum primum ab Alexandri exercitu transitus in europam factus. Ferunt & de eius obitu non nunquam referente eo huiusmodi uersus peruulgatos esse. Argos effugiens fatali in tempore pereges. Argos cum fueris tunc sortes mortis obibis. Est enim argos peloponnesium: & argos amphilochium argos quoq; in horestia: a qua argeadæ macedones dicti: & quæ in Ionio a Diomede errāte putatur condita: & si qua alibi terra argos dicta est ab illo diligenter quæsita & animaduersa. Ascendente autem eo in Lysimachiam ab helleſponto ara quædam & illustris in conſpectu aderat. Dum igitur intelligit aut argonautas eam condidisse in colchum navigantes aut achiuos ad Ilion castra mouentes & ob id aram ab incolis corrupto uo-

Paternæ pietatis exemplū.
Seleuci verba ad exercitū.
Seleucus uxorē Stratonicē Matrimonio iunxit ℔ Antiocho filio.
Regni Seleuci Magni Amplitudo.
Lysimach⁹ a Seleuco victus. ℔
Seleuci Magni Mors.
Lysmachia ciuitas
Argos multoq; urbiū Nomē.
℔
Ptolemæus ceraun⁹ qui.
Euridice Antipatri. F.
Argos opp. macedd.
Argeadæ Macedones vñ.
oresthæ regio Macedoniæ.
Argos Ara quæ et vñ.

Seleuc⁹ Alexandri magni scutifer.

tabulo argos dici aut propter atridarum patriam Hæc igitur dum intelligit a Ptolemæo a tergo instante occiditur Corpus eius Philetrus pergami præfectus combsit igni cum illud a Ceraunio pecunia ingenti redemisset: reliquias uero Antiocho filio misit. Ille in Seleucia quæ mari imminet sepulchro condidit. Templum præterea exedificauit: ꝙ Niceterium deinceps appellatum est. Seleucum audio cum Alexandri scutifer adhuc esset per longum tempus equitanti pedes astitisse: Cunque ex labore deficeret apprehensa equi cauda insequi perseueraſſe: Casu uero extremam aciem regii teli: frontem eius perstrinxisse: Statimque cruore effuso Alexandrum cum tenia careret diademate proprio obligasse uulnus: diadema ex cruore fœdatum esse. Ob hæc Aristandrum uatem inspecto eo prædixisse ferunt: regem illum futurum quidem: uerum cum maximo labore regnaturum Sic ille per quadraginta regnauit annos computatis iis quibus satrapes habitus est. Cæterum iugi labore ut septuagenarius adhuc bellum gereret: & depugnans extinctus sit. Cum Lysimachus interfectus esset corpus humi stratum canis domesticus plurimum cõtendens atque decertans ab auibus feriſque illesum præstitit: quoad thorax quidaz pharsalicus inuentum humi condidit. Non nulli tradunt Alexandrum Lysimachi filium qui ad Seleucum olim fugerat partem ueritus ꝙ Agathoclem alterum eius filium interemerat deducente cane iam tabidum corpus offendisse: ossaque in Lysimachiam condidisse eorum templo ꝙ Lysimachum appellabatur: Hunc igitur finem ambo reges sortiti sunt cum uterquem fortissimo & excellenti Corpore esset præditus: & hic quidem ad septuagesimum uixisset annum: alter uero tres amplius attigisset: & quisque eorum in bello manu propria ad extremum usque pugnasset spiritum. Defuncto deinde Seleuco qui deinceps ab illo syriæ regnum susceperunt hi fere habentur Antiochus primus: qui nouercam fertur dilexisse: & Sother is cognomen habuit: Galathas ex europa in asiam trangressos expulit. Secundus Antiochus alter ex huius & nouercæ coniugio genitus: cui etiam dei cognomen affuit a milesiis primum indutum: ꝙ Timarcum eorum tyrannum expulisset: uerum hunc uxor pharmaco necauit. Duas quippe habuit Laodicem scilicet & Berenicem: Ob zelum igitur & nuptias Philadelphi filiæ a Laodice occiditur: & cum eo Berenice ac eius infans: quam ut ulciscceretur Ptolomæus Laodicem interficit: & syriam deducto exercitu babyloniam inuasit. & ex ea tempestate parthi tum primum ab ipsis defecere ueluti iam perturbato seleucidarum regno. Post Antiochum cognomine deum filius eius Seleucus ex Laodice genitus regnum accepit Callinicus cognominatus. Seleuco autem ipsi filii duo affuere ætate adulti. Seleucus scilicet & Antiochus. Seleucus quum ualitudine minus prospera uteretur: nec exercitui admodum gratus esset ab amicis consulto per pharmacum sublatus est quum duobus tantum regnasset annis. Antiochus uero is est qui magnus dicebatur de quo a principio retulimus cum romanis bellum gessisse: ãnisq; septem & triginta tenuisse regnum: de cuius etiam filiis abunde scriptum est a nobis Seleuco scilicet & Antiocho: qui ambo reges extiterunt: Seleucus annis duodecim exiliter tamen & infirme regno præfuit ob paternam cladem cum Antiochus non amplius duobus regnauisset. in quibus Artaxam armeniorum regem cepit. & in ægyptum contra sextum Ptolemæuz cum fratre destitutum a parentibus arma intulit. Cui circa Alexandriam exercitum habenti Popilius a romanis missus tabellam attulit: inqua hæc scripta inerant. Non pugnare in Ptolemæos Antiochum. Quam cum legisset ille: & ad consultandũ tẽ

Philetr⁹ pgami prefectꝰ.

Niceterium Seleuci sacellum.

Seleuco regnũ quid portenderit. diadema aud. Aristãdri vaticiniũ

lysmachi interit⁹ Comis fidelitas. Alex. lysmachi F. parricida. Agathocles lysmachi F. ab Alex. frẽ trucidat⁹

Seleucidarũ successio Antioch⁹ Soter. Antioch⁹ Theos. Timarch⁹ milesiorũ tyrannus. Laodice Antiochũ virũ necauit. berenice Antiochi vxor a laodice necata. Seleuc⁹ callinicus Syriæ rex. Seleuc⁹ callinici F. veneno sublat⁹ Antioch⁹ magn⁹ Syriæ rex. Seleuc⁹ Antiochi Magni F. Syriæ rex. Antioch⁹ Antiochi Magni F. Syriæ rex a popilio Romano legato Sept⁹ Circulo

Laodice a Ptolemæo philadelpho occisa et cur.

Popilius Romanorũ legat⁹ Antiochũ circulo sẽpsit.

2

pus poſceret circulum Popilius uirga conſcripſit inquiens. Intra hũc conſule. Quo mandato ſtupefactus ille ſtatim abiit: & Veneris elimeæ templum ſpoliauit: demum ex ualitudine tabeſcens mortem obiit filium nouennem reliquens Antiocum uidelicet cognomine Eupatrum: de quo uiciſſim a nobis dictum eſt. Dictum præterea de Demetrio: qui poſt eum fuit: & romæ obſes moram duxit. deinde cum clanculuz ef fugiſſet regnum ſuſcepit. & Sother a ſyriis ſecundus poſt Seleucis: Nicatoris filium cognomen meruit. Inſurrexit aũt illi Alexander quidam ex ſeleuco ſenatum ementi tus: & Ptolemæus ægypti rex ob Demetrii odium Alexandro fauens. Verum Demetrius ob Ptolemæum regno eiectus ſtatim obiit Alexandrum porro Demetrius expulit Demetrii ſotheris filius. & quia ſpurium genus ſuperaſſet Nicator a ſyriis poſt Seleucum ſecundus appellatus eſt: cum & illei parthos poſt Seleucum nouiſſet arma. inde in captiuitatem lapſus apud Phraatem regem aliquãdiu moratus eſt: quo tempore Rodogunem eius ſororem rex connubio illi adiunxit. uerum ad indignitatem quoq; Diodotus regum ſeruus Alexandrum puerum ex Alexandro notho & Ptholemæi filia genitum regno induxit. Deinde interfecto eo regnum ipſe inuaſit: & Triphon ſua ſpõte cognominatus eſt: quẽ Antiocus Demetrii illius captiui frater in Rhodo ob captiuitatẽ perſuaſus adiit ac eo interfecto paternum regnum nõ ſine iuſti labore recuperauit. Porro in Phraatẽ bellum mouẽs fratrem petere cœpit. Qua ex re Phraates timore pereitus demetrium illi tradidit. Sed cũ in parthos denuo mouiſſet uictus ſemetipſũ ſponte occidit. Occiſus eſt & a Cleopatra muliere Demetrius cũ in regnum reuerteretur ob Rodogunæ nuptias zelo cõmota cum ea ex cauſa Antiocho Demetrii fratri prius denupſiſſet. Erãt autem illi ex Demetrio filii duo Seleuchus & Antiochus Grypus cognomine. Ex Antiocho uero Antiochus Cyzicinus appellatus. Ex his quidem Grypum athenas: Cyzicinum in cyzicum alendos miſit. Seleucũ uero poſt Demetrii patris obitum diadema ſibi uendicantem ſagitta ſuſtulit ſiue dolum uerita quo in parentem eius uſa fuerat ſiue furore quodam perſa omnes. Poſt Seleucũ igitur Grypus rex creatus eſt: qui matrem ſibi uenenũ permiſcentem bibere coegit: pœnaſq; parenti ſuo pẽdere: haud abſimilis profecto a matre Grypus. Inſidiabatur & ipſe Cyzicino q̃q̃ ex eadem matre eſſet genitus. Quod præſentiens ille belluz fratri intulit regnoq; dimouit. Ipſe in eius locum ſyriis præfuit. At Seleucus Antiochi Grypi filius motis in patrium copiis regnũ illi abſtulit. Ipſe cũ tyrannicus crudeliſſimuſq; haberetur ciliciæ in ara Mopſi poſt gymnaſiũ combuſtus eſt regnum deinceps ſuſcepit Antiocus Cyzicini filius: cui cum inſidiaretur Seleucus conſobrinus eius ſyrii ob pietatem cõſeruatum putant: & ob ib Euſebium nomine appellant: is autem ab amica quæ pulchritudinem eius deperibat ſeruatus eſt. Mihi uero ad irriſionez potius hoc nomen a Syriis uidetur inditum. Lunã quippe ſibi cõnubio adiunxiſſe ferunt: quæ & patri eius olim Cyzicinio: deinde & Grypo patruo denupſerat. Quemadmodum igitur huiuſce diuinitatis participem Tigranes e regno depulit & filium eius ex luna uiciſſim genitum & in aſia innutritum: ob idq; aſiaticum cognominatum Pompeius ſyriæ regno priuauit, aut a nobis ſuperius ſcriptum eſt ſeptem & ducentis a Seleuco elapſis annis. Eximio quippe alexandrũ: & Alexandri filiũ uelut nothos & ſeruũ eorum Diodotũ ceſſante adhuc Pompeio per annũ duntaxat perantẽ. Seleucidarum itaq; imperiũ p ſeptuaginta ultra ducẽtos ãnos ꝓuectũ eſt. Et ſi ad Romanorum tempora ab Alexandro uſq; contemplabimur his ſeptuaginta & ducentis annis quatuor & decem Tigranis computabimus. Hæc igitur de Ma-

Templũ ueneris elimeæ ab Antiocho ſpoliatũ

Antiochꝰ eupator ſyriæ rex.

Demetrius ſoter ſyriæ rex.

Alex. nothꝰ ſyriæ rex.

Demetrꝰ nicator ſyriæ rex aphraate capt.

Phraates ꝓthoæ rex.

Rhodogune phraatis ſoror Demetrij nicatoris uxor.

Tryphon ſyriæ rex q. Antiochꝰ demetrij nicatoris frẽ ſyriæ rex.

Demetrꝰ nicator ab uxore cleopatra cum interfectꝰ.

Seleucꝰ demetrij. f. ſyriæ rex ſagitta a cleopatra matre ſubl. Lactꝰ.

Gypꝰ ſyriæ rex matrem uenenio ſuſtulit.

Antiochꝰ cyzicenꝰ Antiochi f. et cleopatræ

Seleucꝰ Grypi f. ſyriæ rex. a ſuis igni crematꝰ.

Antiochꝰ cyzicenj f. ſyriæ rex euſebius. euſebius uocatꝰ Antiochꝰ.

Antiochꝰ aſiaticus a Pompeio ſyriæ regno ſpoliatꝰ.

Seleucidarꝝ regnũ ꝗ̃ diu duranꝫ.

Mopſi ara Mopſeſtia ciuit. 16

Seleucꝰ cyzicenj Grypi et Antiochi euſebij uxor 17

cedonibus qui in Syria regnarunt ueluti in aliena a nobis historia perscripsimus.

Historiæ conclusio in Pompeium. Et sic historiã omnẽ Syriæ intuemur ab Antiocho magno usq; ad romanorum uictoriã: Deinde ab Alexandro superius reuertẽdo usq; in Antiochũ ipsum. Postremo ab Antiocho in Pompeium magnum.

Appiani Alexandrini sophistæ Romanorũ liber explicit: qui Syrius inscribitur: Incipit eiusdem Parthicus fœliciſſime. Traductio. P. Candidi.

Post Pompeium: & deinceps ab eo quos in Syria magistratũ gessisse diximus Gabinius prætor q eam prouinciã regeret emissus ẽ. Is cũ in arabes deduceret Mitridates parthorũ rex ab Orode fratre iperio iectus ex arabia ad parthos ire psuasit. Ptolemæus aũt undecimus ægypti rex & ipse regno pariter expulsus multis pecuniis hortatus est ut a parthis in alexãdrinos se cõuerteret. Ptolemæum igitur Gabinius in regnum restituit illato alexandrinis bello. Sed is romanorũ sententia damnatus aufugit: q; absq; senatus decreto ægyptũ inuasisset bello apud ipsos nefasto ex sybillinis montis. Post Gabiniũ syriæ Crassus præfuit. Quo pugnante in parthos ingens clades accepta est. Lucio deinde Bibulo post Crassum tenente Syriam parthi in eam mouere bellũ. Saxa porro post Bibulum regente usq; ad Ioniã parthi peruenere romãis inter se discidentibus ciuili bello ut a nobis supius dictum est: opere precium nihil tamẽ peregere ut latrociniis potius q̃ bello functi uideantur. Sed hæc posterius gesta. Crassi aũt casus ac calamitas parthorũ animos ad sũmũ extulit: qui deinde sub Antonio repressi sunt. Quemadmodũ uero id bellum cœptum sit a Crasso paulo altius uidetur repetendũ. Aderat forte comiciorum dies statuto tempore aspirabantq; permaxime ad cõsulatum in unum cõcordes Caius cæsar: Pompeius magnus: & Crassus prænomine Marcus: qui nõ nullos ipsis aduersantes Ciceronem scilicet ac Catonem repellentes per uim magistratu potiti sunt: partitiq; inter se puincias Cæsari in aliud quinquẽniũ galliam prius habitam ab illo cõfirmarunt: Sibi ipsis porro Pompeius & Crassus syriam hiberiamq; sortiũtur: ex quibus syria Crasso: hiberia Pompeio obuenit: quæ sors oĩbus fere fuit acceptissima. Multi nempe Pompeiũ haud longe ab urbe esse cupiebant: & ipse uxoris amore diutius in ea moram agitabat. Crassus accepta sorte ultra modum lætus nullam sibi præsenti fortuna splendidiorem obuenire posse ratus est: adeo ut uix quietẽ ageret. Cum amicis enim uña quædam: ac fere puerilia præter ætatem ex natura loq solitus cum minime continens & seuerus haberetur tunc admodum elatus & ueluti solutus omni lege non syriam: non pharthos felicitatis suæ fines apponere contentus: quæ Lucullus in Tigranem: Pompeius in Mithridatem egisse dicerentur ueluti ludum quẽdam præ se ferens ad bactros usq; & indos & maris terminos inani spe seipsum efferebat. Sed cum ex huiusmodi lege bellum in parthos nullum tradere tur nemini ambiguũ erat Crassum uoto suo decidisse. Scripsit autem illi Cæsar e gallia belli impetum collaudãs & exacuens. Itaq; cum Ateius tribunus ingressu illi obstare cuperet: multiq; præterea in unum conuenissent succensentes ac querẽtes q; in homines nihil mali meritos: fœdere etiam coniunctos populo romano bellum inire tur ueritus Crassus Pompeium rogare cœpit ut illi adesset: unaq; auxilium afferret. Erat quippe Pompeio apud populum summa auctoritas. Quãobrem cum plures in unum ueniſſe cerneret: illiq; obsistere paratos uicissim acclamare: in medium pro-

greſſus hilaritate uultus: atque audacia eorum impetuꝫ motumq; compeſcuit. Sub ſecuto deinde ſilentio cum per ipſos progredi tentarent Ateius aduerſum factus primum quidem uoce cohibuit: & ne egrederetur teſtatus eſt: deinde ad lictorem conuerſus ut corpore apprehenſum detineat edicit. Cæteris tribunis id ipſum prohibẽtibus lictor Craſſum emiſit. Tum uero accurrens Ateius ſudem igne torrentem antepoſuit ianuæ obuiante illi Craſſo delibatis auide ſacris execrationes diras extulit & horrẽdas: ſæua quædam numina & immania inuocans atque in eos imprecatus. Haſ quidem execrationes romani condi ſolitas: & antiquas profitentur: talem quoq; habere poteſtatem ut nemini fas ſit qui in eas inciderit effugere: peſſime præterea operari his utentem ſi non a conuenientibus his: aut a multis excitentur. qua ex cauſa Ateium plericq; reprehendebant: qui ut urbem in Craſſum irritaret in execratiõs impias & ſuperſtitionem tam ingentem eam conieciſſet. Craſſus uero cum Brunduſium ueniſſet nondum quieto & trãquillo mari claſſem ſoluit: Pluribus igitur amiſſis nauibus ui tempeſtatis reliquis aſſumptis copiis per Galatiam terreſtri itinere profectus eſt. Ibi cum Deiotarum offendiſſet regem iam admodum ſenem nouã condẽtem urbem cauillo in eũ uſus o rex inquit duodecim horaꝫ domũ incipis? Cui ſurridens Deiotaruſ ſed nec tu imperator inquit tempeſtiue admodum in partos bellum moues. Erat enim ſexagenarius iam Craſſus aut paulo minus ætatis habens aſpectu tamen ſenior q̃ ætate. Venientem autem ipſum primum quidem res haud eius ſpe indigne ſuſcepere nam & Euphratem ponte facile coniunxit & exercitum traduxit incolumem: ac urbes plures in Meſopotamia ultro ſe dedentes accepit. Vnam uero in qua Appollinius tyrannus præſidebat cum milites centum in pugna perdidiſſet ui tandem captam dirripuit hoſtiliter: & rebus ademptis corpora ſubiecit haſtæ. Hanc urbem zenodociam græci appellant. Q ua capta paſſus ſe imperatorem dici ab exercitu: haud mediocrem contraxit infamiam: uiliſque ab omnibus haberi cœpit quaſi maiora deſperaret: qui rem minimam tantifaceret. Impoſitis deide præſidiis iis urbibus quas cœperat uſq; ad numerum ſeptem millium peditum: equituꝫ mille cum reliquis copiis ſyriam in hiberna conceſſit. Ibi ſuſcepto filio quem Cæſar e Gallia multis inſigniis ornatum: & equitibus mille electis ſtipatum miſerat: in hoc primum erraſſe in re bellica uiſus eſt. & prioribus longe maius peccatum edidiſſe: q̃ cuꝫ Babyloniam ac ſeleuciam ſuſcipere opus eſſet urbes parthis continuo infenſas tempus hoſtibus ſe præparãdi uiſus eſt præſtitiſſe. Q uippe in Syria moram ducens cũ pecuniariæ magis q̃ rei militari nauaret operam non armorum ordines ſupplere ſtudens: Non milites contentionibus bellicis inſtruere: Sed redditus duntaxat urbium excogitans & pecunias perplures dies in hierapolichea lancibus expendẽs trutinis: populis præterea ac dynaſtis militum rationes per epiſtolas imponens: & afferentibus argentum acerbius: ac æquum erat uerbis inſultans tandem contemni & pro nihilo haberi cœpit. Signa uero futuræ cladis huiuſmodi fuiſſe conſtat. Primum quidem ab ipſa dea hanc quippe non nulli uenerem: alii lunonem: quidam originem: ac ſemina uniuerſis ex humiditate tribuentem cauſam & naturaꝫ nominant cum ex eo templo egrederetur primus in ipſo limine prolapſus eſt Craſſus iunior: deinde ſupra ipſum Craſſus pater. Cum ex hibernis copias educeret legati ab Arſace ad eum ueniunt breuem quendam ſermonem afferentes. Ita enim dixere. Siquidem a Romanis exercitus in eos mitteretur bellum contra fœdus eſſe ac nefandum. Sin inuita patria ut acceperant ob propriam utilitatem arma parthis inferret regionem occupa-

ret æqua Arſacem dicere: & Craſſi ſenectutis miſereri: derelinquere Romanis uiros in cuſtodia magis poſitos q̃ cuſtodientes. Ad hæc obſtrepente Craſſo: & reſponſum in ſeleucia daturum pollicente unus ex legatis ſenior Vagiſes nomine uolam manus ſupine proferens in hac inquit erines potius naſcentur o Craſſe q̃ tu ſeleuciam uideas: Hæc autem ita intellexiſſe uiſus eſt ut Orodem regem prius debellandum eſſe diceret. Ex urbibus autem quas in Meſopotamia præſidiis Romani munierant repente nonnulli decidentes mira quædam & ſollicitudine digna referebant ultro. n. territi multitudine hoſtium ac bellorum quæ pro urbibus olim pertuliſſent: ut amicis mos eſt omnia in maius extollentes ineuitabiles hos eſſe inſequentes fatebantur: inſuperabiles uero cum fuga raperentur ſagittas oculorum aciem pennis anteuertere: ac prius q̃ emittentem cernere fas eſſet percuſſo inſurgere. Ex iis qui armis munirentur partim hoſtibus occurrere. partim ſemini inſurgenti cedere. Quæ omnia audientes milites fere conciderant animo ſatis perſuaſi nihil armeniis & capadocibus differre parthos: quos oppugnans Lucullus & perſequẽs demum reliquiſſet. Grauiſſimam præterea belli partem inter longum arbitrati hominumq; inſecutionem nunquã inter manus uenturorum prælia periculaque præter ſpem futura formidabant. Cum autem ſacrificia quædam inſtanter eum facere oportere. iterumq; ex ſententia omnia proponere putarent tacite prodidere uates ſigna continue peſſima & in ſacris condita apparuiſſe Craſſo. Sed neque his mentem addidit: neque aliis quibuſuis niſi feſtinare ſuadentibus. Non minus quoque illum Artabaxes Armeniorum rex ad bellum excitaſſe creditur: uenit enim in exercitu ad eum equitum ſex millia qui cuſtodes: ac præcurſores regis ferebantur adducens: alios quoque uſque ad. x. miliũ numerum cataphratorum & tria peditum millia domeſticorum pollicitus adducere. Craſſumque adhortatus eſt: ut per Armeniam in parthos traſferret exercitum: non ſolum enim per uberrima loca copias deducturum eſſe ipſo aſſiſtente uerum tute inceſſurum per montes & colles inuicem coniunctos loca admodum difficilia adducentibus equos in quibus omnis parthorum uis ſita eſſet. Ille promptudinem eius & militum ornatum collaudauit iter per Meſopotamiam facturum ſe eſſe dixit: quo in loco multos: ac precipuos Romanorum reliquiſſet ciues. Armenius itaq; ad ea ſe cõuertit. Craſſo igitur exercitum per pontem traducenti multa præter ſolitum emicure fulgura: plurimumq; ex aduerſo militibus intonuit uentus præterea nebulis coruſcationibuſq; permixtus claſſes anchoris annexas adeo concuſſit: ut pleraſque ex iis denuo ſubmergeret: duplici quoque iactu fulgurum tactus eſt e cœlo locus in quez caſtra eſſet habiturus: Equus prætorius quoq; & eximie ornatus ui diſtracto auriga ad riuum & ipſe immerſus ſubito uideri deſiit: Ferunt & aquilam quæ prius ſublata eſſet a caſu conuerſam decidiſſe. Ad hæc porro euenere poſt iter cum neceſſaria forte militibus apponerentur primum lentes & offas eſſe allatas quæ lugubria Romani exiſtimãt & in funeralibus apponi ſolita. Ipſi etiam Craſſo ad milites concionanti uox excidit quæ haud parum turbaret exercitum. Dixit. n. ſe ideo pontem ſoluere ut nemo ex ipſis poſſet retrouerti. Deinde errore cognito triſticiam uerbi aſſumere & explicare ad eos qui in ſiniſtrum id acceperant ob inſolentiam neglexit. Poſtremo cũ ſolito more luſtraret exercitum & mactatis hoſtiis augur exta illi porrexiſſet decidere manibus. Qua in re cum præſentes ſubtriſtari cerneret riſu edito huiuſmodi inquit ſenectus eſt: ſed nec armorum ulla e manibus effugient noſtris. Hiſque peractis copias trans flumen mouit ſeptem armatorum legiones ducens: equitum paulo mi

nus quatuor millia: leuiſs præterea armaturæ equitibus parẽ numerum. Præcurſo
rum igitur non nulli explorare iuſſi ad eum rediere nunciantes uiris quidem uacu-
am eſſe regionem: plura tamen equorum notaſſe ueſtigia ueluti e conuerſione retro
cedentium. Ob quæ Craſſus ſpe elatus eſt: militibus quoq; parthos deſpicere conti-
tigit quaſi ad manus ueritos accedere. Subinde autem Caſſius & qui cum eo milita
bant Craſſum hortabantur: ut in aliqua urbium ex iis quas munierat copias reduce
ret quouſque hoſtium motus certius audiret. Sin id recuſaret ad Seleuciam uerſus
fluuium ductaret exercitum facilitatem quippe itineris rei frumentariæ præbere co-
piam & ad ſalubritatem exercitus conferre inuicem cuſtodiam illis ne circunueniri
poſſent præſtante fluuio hoſtibus ex aduerſo inſuetis conferre manum. Hæc igi-
tur Craſſo uoluente animo & adhuc conſulente primarius quidam arabum nomi-
ne Abarus uir ſimulator ac perfidus ad eum uenit: qui omnium deinceps calami-
tatum quas ſors fœda illis attulit præcipua cauſa uidetur extitiſſe. Hunc nonnulli ex
iis qui cum Pompeio militauerant familiarem ſibi & nominis Romani haud inimi
cum extitiſſe nouerant qui tunc Craſſo ex ſententia quorundam regis præfectorũ ſe
ſubiecerat: ut eum longe a fluuio & montium itineribus aduerſum inter uaſta cõpo
rum ſpacia quoquo pacto adduceret: omnia etenim prius experiri q̃ iuſta cum Ro-
manis acie certare parati erant. Is igitur ad Craſſum profectus: erat enim eloquio
ad ſuadendum potens. Pompeium ut benefactorem in primis ſummis laudibus cœ
pit efferre. Craſſum uero tanta potentia præditum perbeatum appellans inepte mo
ram ducere queſtus eſt cunctantem: ac ſe præparantem: quaſi illi armis: ac non po-
tius manibus & pedibus uelociſſimis opus eſſet contra homines qui iampridem p̃
cioſiora ſuarum rerum rapientes ad Scythas: & hyreanos tranſferre cuperẽt: & ſi pu
gnaturi ſint inquit: accelerandum eſt tamen prius q̃ omnem in unum adhortante
rege conferant potentiam: nam nunc quidem Surena ad ſillaces defertur ſuper ipſos
aggreſſionem ſuſcepturus. Id quippe nemini notum eſt. Hæc autem confecta erãt
omnia. In duas etenim partes potentiam ſuam diuidens. Orodes ipſe Armeniam in
greſſus populabatur Artabaxen. Surenam uero aduerſus Romanos miſerat non
ea uſus prudentia quam multi prodidere: non. n. credibile erat Craſſum primarium
Romanorum uirum contemnentem Artabaxo potius inſurrexiſſe & Armenioru;
uillas belli ſorte ſibi eligere. Cæterum uero hoc mihi lõge ſimilius uidetur eſſe peri-
culo deterritum ſe in tuto poſuiſſe: & futuram ſortem operientem Surenam aduer-
ſum delegiſſe hoſtibus: an aliter eos circunuenire poſſet meditantem: non. n. ex ple-
be Surena fuerat: uerum genere: diuitiis & gloria regi ſecundus: fortitudine uero &
robore inter parthos ætate ſua fere primus. Ad hæc autẽ magnitudine & forma cor
poris nulli cedens: continue a ſe ipſo qui onera deferrent mille camelos ſolitus addu
cere: ducentos præterea pellicum currus: equos cataphractos mille quos plerique
leuiorum præcedebant. Summa equorum omnium clientibus & ſeruis additis de-
cem millium æquabat numerum. Huic a principio ob generis nobilitatem id decus
additum ut primus parthorum regi diadema apponeret. Orodem igitur hic primus
in parthos deducentem iuuit auxilio: & Seleuciam urbem magnam prior ipſe mu-
rum ſupergreſſus cœpit. aduerſantes propria detrudens manu cum nondum trige-
ſimum ætatis attigiſſet annum: conſilii & ingenii non mediocrem adeptus gloriam.
Quibus ex rebus cum Craſſum multifaceret ob audaciam & ingenii ſpecimen pri-
mariũ Romanoq; uirum ita ex timore & dolis rerum fortuitaq; iam ꝓpinquũ obſer-

Cassi? M. crassi Legatus.

Abar? Arabs. M. Crassi proditor

Surena partho rũ Dux Inro manos

Surenę laudes.

Parthorũ copię cõtra M. Crassũ

orodes parthorũ rex. Armeniã duit exercitũ.

uabat. Abarus igitur cũ Crassum suasionibus a fluuio auertisset inter media cãpoꝝ spacia deduxit nullis consita arboribus & in aquosa: & q̃ circũquaq; proficiscentibus nullum præb:rent itineris finem: ut non sitim duntaxat & itineris difficultatem: uerum gradientium oculis uastitatem & desolationem anteferrent: non arborem aspicientibus: non riuum: non montis ascensum: non germinantem herbam: sed profunditas q̃dam & terrarum fluxus turpis desertusque circũstaret exercitum. His ex causis dolus iam suspectus esse cœperat. Postea uero cum ab Artabaxo armeno nuncii aduenissent: qui regem ingenti prœlio detineri dicerent: Orode in illum irruente: auxilium Crasso mittere non posse: suadere: ut ad eum se conuerteret: ut una cum Armeniis in Orodem bellum gereret. Si nautem id negligeret proficisci continue & cas strametari equis paruia euitantem: loca & colles eligentem: Crassus ob iram nihil scribere dignatus: hoc solũ uerbis respõdit armeniã ne nunc quidem quietem agere. Cæterum quum ad eum rediisset Artabaxum proditionis pœnas daturũ esse. Quibus uerbis subiratus Cassius: & q cum illo erãt Crassus in legatos sæuiẽtẽ admõitionibus lenire: p̃uatim uero Abaro insurgẽtes dicere. Quæ te sors infœlix ad nos detulit mortaliũ pessime q̃bus pharmacis ac ueneficiis Crassũ impulisti in solitudinẽ tam uastã: ac p̃fundã dispgentẽ copias uiã ingredi numidis latrõibus potius q̃ romão duci cõgruentẽ? Ad q̃ Abarus uir fallax: ac uarius se subiiciẽs eos hortabat. Suadebatq; pmodicum pati ac tolerare. deinde ad milites decurrẽs: ac nõnunq̃ auxilio assistẽs risu adoriebatur: & salibus uos p cãpaniã iter facere fortasse creditis fontes & flumia umbrasq; nemoꝝ: nec nõ balnea & hospitia assueti petere nũ recordamini inter arabum & assyrioꝝ fines p̃ficisci? Sic Arabus Romãos pedagogi in morẽ corrigebat: cũ cæteris p̃us q̃ eius proditio innotesceret adæquas: nõ latuit tamẽ Crassum. Cæterũ hoc illi p̃suadebat: q; plura faceret: ut terrorẽ incuteret hostibus. Ferunt die illa Crassum non ut Romãis impatoribus mos fuit purpurea ornatum uestẽ: sed nigra indutum processisse eãq; cum aiaduertisset immutasse. Ex signis etiam nõnulla ueluti infixa uix magno labore ab efferẽtibus trahi potuisse. Quæ ex cã irridens Crassus agmen properare iussit: phalãgẽq; eq̃tatui p̃iter accedere: quoad nõnulli speculatũ missi alios ab hostib9 interfectos eẽ: seipsos uix eoꝝ mãus effugisse dicerẽt aduẽtare illico eos in pugnã paratos ingẽti multitudie: audaciaq; cõfisos. Quo nũcio cõmoti oẽs: ipe etiã Crassus uehemẽter cœpit trepidar. Sũma igit festinatione: nec admodũ cõstãter milites in aciẽ eduxit. Et p̃mũ q̃dẽ: ut Cassio uisum ẽ phalãgẽ leuius armatũ in medium extẽdẽs ne circũuẽiri ab hostibus posset: eq̃tibus cornua firmauit. deinde ĩmutato cõsilio in unũ reducẽs duplici munimẽto cõnexuit & q̃drata p̃fundaq; multitudie stipatã in. xii. acies dispposuit q̃ singulæ latera attingerẽt: iuxta aciẽ uero turmã eq̃tũ locauit sic ut nulla eaꝝ auxilio eq̃tum careret: sed ab omni latere eodẽ munimẽto contectæ essent. Ex cornibus alterũ Cassio: alterũ Crasso iuniori dedit: ipse in medio constitit Eoq; mõ exercitum deducens ad riuũ puenit q Balissus dicitur haud quaq̃ uberibus fluentem aquis: gratũ tamen militibus in tãta soli siccitate & ardore iuxta aliã difficilem aq̃q; carentẽ itinerationẽ. Præfectoꝝ igitur plurimis eo in loco manẽdũ uidebatur sustinendumq; per noctem: & quoad potis esset hostium ordines multitudinem que dignoscendam. Demum quum illucesceret in eos ducendum. Interim Crasso iuniori & equitibus qui cũ illo erãt: edictum: ut iter festinantissime agerent: seque ad pugnam præpararent. Quæ ex re elatus ille in ordine adhuc stantes: si qui indigerent cibum capere: ac prius q̃ ab omnibus abunde sumptum esset: aciem progre

M. Crass? Abarj. dolo circũuen?

Artabaxi Armenij regis nũcij ad Crassũ.

M. Crassi cũ bon ad armeniã reg responsũ.

Paludamẽtũ Imperatoriũ pulla vestis funesta.

Balissus riuus

di iussit non pedetentim: nec ad pugnam quiete mouens: uerum cita itinerationē: cō
tinuaq; deducens: quoad hostes præter eorum opinionem apparuere non plurimi
quidem: nec admodum elati reliquam enim multitudinem præcedentibus Surena
submiserat: & splendorem cōtegens armorum uestes & paludamēta illis iusserat adii
cere. Cum appropinquassent: & signum a duce datum esset: primū quidem strepi-
tu graui & horrendo campum circum intonuere omnē. Parthi etenim nō cornib9
aut tubis pugnæ signum dare cōsueuerūt: uerum lances corio affixo concauas: & cla
uis extenso æreis simul ab omni parte uerberant: quæ horrendum & profundū quid
dam resonantes: fremitu ferino & subito tonitrus mixtam referūt similitudinē: opti
me considerantes: quoniam ex omnibus sensibus: auditus permaxime cōturbat ani
mam & circa eā passiones excitat: & imprimis oīum terret intellectū. Turbatis itaq;
Romanis inopino sonitu statim quidem operimenta iacentes galeis splēdidis: & cly
peis lucente ferro coruscantibus induti prodiere equos insidentes ex ære ferroq; ui-
cissim contectos armis. Præcipuus tamen inter omnes Surena & pulcherrimus ade
rat: & ipse quidem uirtutis fame mollicie decoris: haud similis: uerum modico instru-
ctus apparatu uultum comaq; lorica distinxerat inter parthos longe insignis atque
formidandus. Primū igitur inter eos qui in fronte constiterant telis inesse re: ac ui p
pellere conati sunt. At quum acierum firmitatē: armorum cōnexionem: uirorum p̄te
rea cōstantiam experti essent: retrocessere & segregari hinc inde uisi: unaq; acieꝝ or
dines dissoluere circulo quodam quadratam aciem in unum collegere. Crasso au-
tem uelitibus ut excurrerent imperante: non multum quidem illi processere: cæterū
sagittarum multitudine oppressi iterum ad suos reuersi sunt: Quæ quidem res tur-
bationis principium & terrorem attulit sagittarum uiolentiam & stridorem intuen-
tibus: quæ arma dilacerantes æque mollia & dura penetrabant. Parthi uero eminus
distantes sagittas undequaque emittere cœperunt: non distincte quidem iacientes:
Quum Romani densitate coniunctam tenerent aciem: sic ut etiam uolentes frustra
sagittam emittere non possent crebra uulnera recto ictu inferentibus telis ui adactis
flexura neruorum ab arcubus firmitate magnitudineq; præstantibus. Erat igi-
tur iam clades aperta: Romanorum ordinem quippe seruantes undique sagittarum
sauciebantur incursibus cedentes tantundem a periculo aberant. Fugiebāt enim si-
mul iacientes parthi: quod apud Scytas fortissimuꝝ habetur: eos nanq; sapiētissimos
iudicant: qui æque auxilio aliis adesse & se tutari nouerint: fugæq; turpitudinem hoc
consilio adimere. Romani uero: quoad eos effusis sagittis ad prœlium accedere: &
manum una collaturos credidere patienter eorum consultum perpessi sunt. Cum
autem sagittarum ingentem uim a camelis allatam fuisse cognouissent: quibus pri-
mi depugnantes denuo uterentur: animis collapsi: spem omnem uictoriæ abiecere:
Nec minus Crassus ipse commotus est. Nuncios igitur ad filium præmisit: scruta
rique q̄ diligentissime iussit: si quo pacto hostibus se immiscens: prius q̄ ab illis circū
ueniret aduersos p̄pellere posset. nā ipsi potissimū istabāt. iā. n. cornu eius adeq̄tabāt
ueluti a tergo inhæsuri. Assumēs itaq; iuuēis eq̄tes mille ac. ccc. ex q̄bus mille a Cæsa
re adduxerat. scutigeruloꝝ etiā q̄ proximi aderāt turmas octo ad impetū misit: quos
p̄thi nōnunq̄ euitātes aliq̄n telis iacessentes. & ut q̄dā referūt: quo Crassum longe ab
exercitu p astū intercipent nūc retrocedētes: nūc cōuersi seq̄bant: quoad exclamans
Crassus nō expectāt hi nos uiri insequ p̄seuerāt: & cū eo Cēsorinus & Megabach9: &
hic q̄dē magnitudine aī & fortitudine lōge p̄or Cēsorinus amplius senatoriā nactus

dignitatem & eloquio potens: ambo Crasso amici & eiusdem fere ætatis. Insequentibus deinde duntaxat equitibus: promptitudo omnis: & hilaritas speratæ occasionis ablata est: uicisse etenim se existimantes: & hostes ꝑsequi: quum longius progressi essent se dolo circumuētos cognouere: conuertētibus se iis quos fugere putabāt: & pluribus aliis illis insurgētibus. Hoc in loco aliq̄tulū morati hostes numero iferiores ad manus tandem uenturos crediderunt. At illi Cataphrattis aduersum Romanis positis reliquos equites nullo ordine emissos circumfundunt: qui campum omnē quatientes arenarum cumulos e profundo eruerent: puluereæq; in immensum excitarēt Q ua clade circumuenti neque facile prospicere: neque loqui Romani poterant. sed in arctum deuoluti inter se uicissim corruebāt: non tela iacere: aut subita ītercipi morte cuiq̄ fas erat. cæterum spasmo & dolore circumsepti undiq; a sagittis carpebantur quas cum ui educere tentarent: & mucrones barbulasq; e uenis neruisque diuellere seipsos affligentes mēbra undiq; traiecta lacerabant. In hunc modū intereūtib⁹ plurimis uiuentes quoq; nihil agere aut moliri poterāt. Hortante igitur Publio ut cataphrattos adorirentur: manus clypeis infixas: pedes a sagittis humi detētos ostenderunt. neq; se prœlio: neq; fugæ amplius idoneos esse dixerūt. Ipse igitur ad equites aduolans audacter quidem in hostes deduxit: seq; illis immiscuit. uerum impar certamen erat quū æque ferire ac p̄cauere opus esset: nam cum debilibus quibusdam & paruis telis thoracis corio & ferro solidas inuadrent ex aduerso cōtis robusta gallorū corpora & nuda petebantur: q̄ res maxime eos extulit: opera tamen rei militaris inclita edidere: nam quum telis eos uulnerassent inuicem complexi uiros: ab equis propellebant armorum grauitate haud facile se sustinentes. Plurimi præterea coruꝫ eqs derelictis hostium subibant equos: eosq; infra uentrem uulnerabant. At hi dolore cōciti: & una patiētes eodem momento ascensorꝰ & hostes inuicem sanguine madentes opprimebant. Afflixit autem uel maxime gallos calor & sitis utriusque insuetos Equos porro plurimi amiserant hostilibus consumptos telis ui itaq; ad armatos reuerti ꝓperarunt: Publium iam uulneribus confectum intuentes. Cum igitur semitā colli proximam uiderent ad eam accurrerunt: equisque in medium redactis clypeis ab extra eos contegentes facile barbaros repel ere putarunt: quod ex aduerso illis cōtigit. In ordinibus quippe qui posteriores sunt ab antecedentibus contegi solent. In hoc autem alii supra alios sine ordine locum occupantibus: & continue eos qui posterius resident. detegentibus nullus fere modus fugæ aderat. Cæterum uno impetu ad ima pellebantur tam ingloriam & inertem deplorantes necem. Erant forte eū Publio uiri duo ē græcis ibidem qui Carras habitabant. Hieronymus & Nicomachus. Hi illum adhortari cœpere: ut una cum ipsis ad Ichnas fugere urbem Romano populo obsequentem: Q uibus quum respondisset ille nullam tam acerbam esse mortem: quæ Publium deterrere posset: ut eos linqueret: qui pro se in bello cecidissent: salutem sibi quærere adhortatus est: complexusque a se dimisit. Deinde quū manu uti non posset sagitta saucius scutiferum: ut se gladio conficeret admonuit: ultroque illi latus obtulit. Eodem enim modo Censorinum decessisse memorant. Megabacchus extremæ desperationi deditus seipsum gladio peremit: quod genus mortis ab illustrioribus seruatum est. Cæteros adhuc superstites parthi inuadentes telis oppressere uiuos: non amplius quingentis captos fuisse memorant. Capita Publii: & qui cum illo fuerant abscissa q̄primum ad Crassum delata sunt. In hūc enim modum res processerat: quū filium in Parthos insurgere mādasset: quidā ad eū uēit:

P. Crass? M. F. a parthis circūuētus

Rommorf clades a parthis.

Galli caloris et sitis impatientes.

P. Crass? uulneribus confect?

Hieronym? Nicomach? apd. P. crassū

Ichnæ cinit.

P. Crassi M. crassi F. Censorini senatoris Megabachi } interit?

nuncians ingentem conuersionem asperamque insecutionem in hostes fieri cœptã Vidés igitur perpaucos ex iis: qui adesse consueuerant: plurimi quippe effluxerãt ali quantulum gauisus est: suosque in unum cõgregans: exercitum ad opposita loca ire iussit filium iam inde ab insecutione rediturum autumans. Q ui autem a Publio præmissi erant: ut nunciarent eum in periculo consistere: in hostes delapsi primi interiere. Q ui uero posterius uix effugerant: Publium iam cedere affirmabãt ni magno ac repentino auxilio illi assisteret. Crassum igitur plurima aduersa distinebant. Nihil enim ex his quæ acta fuerant: ratione complecti poterat. timore uero ad omnia & filii ductus caritate: utrum auxilium afferret. aut non afferret dubitabat. Tãdem potentiam omnem inferre statuit. Inter hæc parthi aduẽtabant clamore & exultatione longe priori bello forwidabiliores: ac plurima denuò tympana Romãis obstrepebant alterius prœlii initiũ adesse ratis. Illi autem Publii caput aflerentes pilo infixũ & propius instantes conuitiis Crassum genusq; parentum insectati sunt. nõ eniz decuit: aiebant Crassum patrẽ inuirilem & pessimum. filium adeo generosum & splendidum uirtutis spectaculum obiicere Romãis. Super alia autem dira & horrenda eorum animos uel maxime infregit. non impetus ad uindictam pronus. ut par erat: uerum terror ac trepidatio passim diffusa in omnes: & quidem Crassum in hac calamitate seipso fortiorem fama est exhibuisse. Clamore etenim circũiens acies ad me unum hæc clades pertinet o Romani aiebat. Cæterum maior gloria uirtutisque felicitas in uobis sita est: si uos incolumes inuictosque præstabitis. & si mihi sors inuida filium cunctorum optimum eripuit. hoc saltẽ ira ostendite in hostes: lætitiaz illis ademite. crudelitatem digna pœna iudicate. nec pro iis q̃ nobis euenerũt animos uelitis abiicere. Necesse est nonnunq̃ eos pati qui magnã adoriũtur: nec Lucullus quidẽ Tigranem sine suorũ sanguine deuicit: neq; Scipio Antiochum mille rates prisci illi nostri circa Siciliã amisere. In Italia imperatores: atq; duces plures quorum nullus ante uictus cæteros ne uictoria uterẽtur in hostes uetuit. Non enim prosperitate Romani: sed patientia & uirtute ad aspera quæq; tẽdentes tantum potestatis & gloria sibi peperere. Hæc quũ diceret & adhortaretur Crassus perpaucas aures adhibentes animaduertit: quinimmo eos exclamare iubens facile totius exercitus mœstitiã aperuit: debilem ad modum & inordinatam uocẽ emittentis. Ecõtra uero barbarorum audacia & exultatio undiq; eminebat. Prosequẽtes igitur incœptũ opus serui qdez & scutigeri ex trãsuerso sagittas emittebãt. q uero inter p̃mos locati erant cũctis depugnantes Romanos puo quodã includere spatio: uisi siquos mortẽ fugientes mira audacia in hostes impulit partua q̃dam ausos: ac subito sagittarũ magnitudine: acerbitateq; cõsumptos: q̃ cum telum ferro adiicerẽt equos nonnunq̃: interdũ binos homines trãsuerberabãt. Eo modo depugnãtes cũ nox instaret intermisere p̃liũ noctẽ unam Crasso elargiri p̃fitẽtes: ut filiũ deflere liceat: nihil. n. melius sperari poterat in re sua cõsulẽte: si ad Arsacẽ graderet: uel ad illuz p̃us adduci mallet. Parthi propius castra metantes in maxia spe uersabãtur. nox p̃molesta Romãis aderat nõ defunctorum sepulchra: nõ fauciorũ & pene intereuntiũ curã meditãtibus: sed singulis se deflentibus inuitabilis quippe dies uidebatur p̃ noctem opantibus: & iter auia desertaq; cãporum spacia relictis. Vulnerati p̃terea ingentem despationẽ afferebant impedimentum nõ modicum celeritati præstaturi: si dueerẽtur. Sin linquerentur: uoce fugam prodituri. Crassum uero q̃q̃ malorum oĩum cãm & originem esse scirent. alioquin tamen ac uidere magnopere optabant. At Crassus a cæteris diuisus in tenebris latebat fortu-

Crassi ad suos uerba uiro digna

M. Crassj concio ad milites

næ plurimis ſapientibus uero temeritatis & ambitiõis futurus exẽplar: qui cuꝫ ꝑmis & maximis inter tot uiroꝝ milia haberi poſſet: qꝫ duob⁹ dũtaxat inferioreꝫ ſe putaret oĩum egenus ſibi uidebatur. Tũ igitur octauius legatus: & Caſſius eum adhortari & excitare conati ſunt: recuſante eo & aĩo fere concidẽte ipſimet duces: ac ꝓtores in unũ cõuocant. Cũ excedere uiſum eẽt cõſulentibus: ueꝝ ſine tuba ꝑ ſilentiũ agmen agere oĩum ſtatim qui ſe linqui exiſtimabãt: ac id ꝑſenſerant tumultus ingens ac confuſio fletu mixta exorit. Clamor quoꝫ uniuerſum tenuit exercitũ. Q ua ex re trepidatio & pauor abeũtes cœpit: quaſi ſubito eos hoſtes eẽnt inuaſuri. Itaꝫ plerũꝫ in ordies redacti ſauciosq; eos ſeq̃bant: ptim ſuſcipiẽtes: ptim repellẽtes morã facere coacti tri centis eqtibus exceptis: q Gnatio duce circa mediã fere noctẽ Carras puenerũt. Al locutus igit Gnatius mœniũ cuſtodes romão ſermõe Coponiũ admõere iubet ingẽ tem pugnã a Craſſo cũ parthis geſtam eẽ: nihilꝫ ulterius elocut⁹: nec ipſe qs eſſ: re ferens eqtes ꝑ pontẽ intulit: & q cũ eo erant ſaluos ꝑſtitit. Nõnullis igr̃ cõuitiis agi tatus eſt: qꝫ ducem reliqſſet. Nam eius uox ad Coponiũ delata utilis Craſſo fuit. Q uippe hæc aĩo uoluntas Coponius cũ nihil boni annunciare eũ ex ſubito ſermo ne confuſoꝫ peciperet ſtatim milites arma capeſſere iuſſit: & Craſſum nõdum uenir̃ audiens obuiã illi prodiit: eũꝫ cum exercitu intra urbẽ recepit. Parthi igitur ea nocte q̃q̃ romanoꝝ motũ fugãꝫ ſenſiſſent: neutiꝫ inſecuti ſunt. Statim uero orta luce: eos qui ab exercitu relicti fuerãt non plures quatuor millibus aggreſſi ad unũ interfi ciunt: pleroſꝫ etiam per agros palantꝰs ipſi in equis diſcurrẽtes capiunt. Q uatuor ꝓterea cohortes quas nocte Bargũtius legatus deducebat cũ a uia aberraſſet: in ar ctis deprehẽſas: & ſe inuicẽ tutantes cõfecerunt, xx. dũtaxat hoĩbus exceptis: qui nu dis enſibus ꝑ mediũ eorum tranſeũtes nõ ſine oĩum admiratione ad Carras peruene runt. Interim ad Surenam falſus rumor delatus ẽ: effugiſſe Craſſum reliquoſꝫ cũ eo captiuos: qui autem in Carris reſtitiſſent: turbam immixtã: hoieſꝫ haud multi faciendos eẽ. Arbitratus igitur ſe totius uictoriæ finẽ perdidiſſe: & adhuc animo du bius: & an uera eẽnt ſcire cupiẽs: utiꝫ ad urbẽ delatus: uel Craſſũ obſideret uel abe untem ſeq̃retur: ad Carrinos quendã ex ſuis præmittit interpretẽ iubẽs ſub mœni bus Romão ſermõe Craſſum poſcere aut Caſſium: ac dicere libẽter Surenã in collo quium cũ illis eſſe. Hæc referẽte interprete: quum Craſſo nũciatum eẽt: poſtulationi eius aſſenſus ẽ: ac paulo poſt uenere a barbaris arabes quidã: qui Craſſum ac Caſſiũ optime ab aſpectu noſcerent in exercitu ante pũgnã uiſos. Hi Caſſiũ e muro intuen tes Surenã fœdus cũ eis inire uelle dixerunt: cõceſſurumꝫ ſi regi amici eſſe uellẽt: & Meſopotamiã linq̃re ut ſalui abire poſſent. Hæc cũ utilia Caſſio in extrẽa neceſſitate uiſa eſſent: cõditionẽꝫ ſuſciperet. locum ãt & tẽpus diffiniri poſceret: quibus in unũ cõuenirẽt id ſe facturos polliciti ſunt. Gauiſus igitur Surena in hoc eos obſidione te nere poſſe orta luce parthos impulit: q multa aduerſum cõminãtes eoſ admonerẽt: ſi fœdus cũ ipſis inire romãi uellent Craſſum traderẽt ac Caſſiuꝫ. Adq̃ eũ ſe deceptos q̃rerentur longas & inutiles arabum ſpes Craſſum ut omitteret hortari ſalutẽque ſi bi fuga quærere contendunt. Idꝫ Carrinis nullo pacto dicẽdum mõet. Suadebat id omniũ infideliſſimus Craſſo Andromachus: ſeꝫ itineris ducem profitebatur: qd nemini parthorum clam fuit eodẽ ad ſingulos cuncta deferente. Cũ igit parthis cõ ſuetudo haud adeſſet belli noctu gerẽdi. Craſſus uero eo tempore eſſet abiturus: ne longa inſecutione hoſtes retardaret: tandem militari aſtutia eos deſtinebat: nam alia aliis implicabat itinera: tandem uero in ſiluam delatus ampliſſimã: loca foſſis undiq

octauiꝰ ⟩ M. craſſi
caſſius ⟩ Legati

Coponi⁹ carris ꝑſ.

Bargũtius legat⁹.

Andromach⁹ ꝓditor.

uinciam. Quæ Romanorum audiens senatus ad prusiam legatos misit: qui eũ mo nerent ne in Attalum eorum socium atq; amicum bellum gereret. His cum minus il le paruisset legati ex mãdato eum monuere ut senatui morem gereret: & cum mille duntaxat equitibus ad fines ex fœdere impositos accederet. Illic enim Attalum pari equitum numero illum expectare. At is spreto Attalo ex suorũ paucitate ratusq; ex insidiis facile eum detinere posse legatos antecedere iussit quasi cum mille secuturus. Vniuerso deinde sublato exercitu ueluti ad pugnam profectus est. Itaq; eũ attalus le gatiq; aduentum eius præsensissent: & in fugã ut quisq; potuit abiissent: ille præter missis iis qui Romanorum uasa deferebant cæteros insecutus est. Interceptoq; oppi do quod Niciphorium appellatur funditus euertit: naues porro quæ in eo fuerant in cendit. Attalum quoq; in pergamum delatum obsidere pergit: quoad hæc intelligẽs Romani alios denuo misere legatos: qui pro damnis quæ Attalo idem intulisset sa tisfactum iri iuberent. Tunc uero pauefactus Prusias mandatis paruit: copiasque ab inde sustulit: mulctam quoque legatis statuentibus Attalo persoluit: naues statim ui ginti cataphractas: argentique talenta quingenta in tempore pollicitus. Erat is ob crudelitatem fere omnibus exosus suis. Nicomedes autem eius filius a Bithyniis sũ mo honore colebatur. Qua ex causa permoleste eius præsentiam ferẽs prusias Ro mam ubi uitam duceret ire iussit. Certior deinde factus filium a Romanis pluri mum diligi: & in honore haberi senatui supplicare instituit eum a pecuniis quas At talo deberet liberum esse sineret. Minam autem legatum hac de re ad Senatuz mit tit: cui ita imponit: ut si quæ petit a senatu: impetret: nihil in filium eius moliatur. Sin uoto decidisset Nicomedem intra urbem conetur occidere. Rates illi ob hoc nõ nullas destinat: milites præterea usque ad duum millim numerum. Cum mulctæ re missio a senatu repudiaretur nam Andronichus ex aduerso Attalo submissus mul ctam a legatis inditam rapina inferiorem esse prædicabat. Nicomedem porro ag gredi instituens cum omni diligentia munitum circunspiceret addubitare cœpit. Itaque iuuenem interficere non ausus: in Bithyniam ob timorem redire destitit. Pro tracta diutius in urbe mora tandem cum Nicomede in colloquium uenit. Insidias Prusiæ cum eo struere aggreditur. Andronichum Attali legatum ad rem cõficien dam comitem acersit: qui Nicomedem ut in Bithyniam induceret suaderet Attalo. Illi se inuicem in oppido quodam mediterraneo: quod Bernice appellatur expectan tes uespere nauem ingressi: quæ facere opus esset meditantur: deinde nocte nondum peracta discessere. Cum illucesceret Nicomedes purpuram indutus regiam diade mate capite impositio nauem egreditur. Andronicus obuiam illi factus ac regem ap pellans cum equitibus quingentis: quos secũ habuit antecedere suadet. Minas aduẽ tum Nicomedis tum primũ sentire simulãs inter duo mille quos agebat ueluti paul dus ferebat: & sermone plato duobus inquit regibus uno in puincia existente: adue niẽte altero necesse nobis arbitror cõsulere cui melius statuendũ sit: & q̃ futura sũt ui cissim puidere tanq̃ de salute nostra cogitãtibus: cui bene puiderimus pscrutãtes qs eorũ dignus regno præsit. Ille qdem senex est hic iuuenis. Bithynii illũ odere hũc am plectuntur: quez Romanorum etiã primores carum habent: & Andronicus iam illi fauens Attali societatem uidetur polliceri magno pſidentis imperio & Bithyniis fini timi & qui plurimum cũ Prusia bellũ gerat. Hæc inquiens Prusiæ crudelitatem una detegebat quæq; in oẽs superbe impieq; fecisset. Cõmune præter hæc Bithynioz in illũ referebat odium adeo: ut Prusiæ iãpridẽ infensos & regnũ eius detestãtes ad nico

Senat? legatio ad prusiam.

Prusię dolus et contumacia

Nicephoriũ opp. a prusia euersũ.

Prusias impato romanoz facit

Nicomedes prusię f. i urbe uersat?

Nicomedi nex apre parat insidias struentis

Andronic? attali legat? romę.

berenice opp.

Minas a prusia trãsit ad nicol medẽ.

medem facile traduxerit: & simul dicens hic rex secũdus nobis cum Andronico duobus millibus stipatus eum sequebatur. Attalus iuuenem perlibenter accepit. Prusiã que adhortatus est ut ciuitates quasdam ad inhabitandũ regionem præterea ex qua redditum percipere posset filio traderet. Prusias regnum omne Attali statim dare se dixit: cuius causa: ut Nicomedi acquireret in asiam ueniisset. Hæc fatus Romam non nullos ex suis misit: qui Attalum ac Nicomedem accusarent: eosq; in iudicium acciirent. Qui autem cum attulo fuere statim in Bithyniam profecti sunt: quibus ueni entibus paulatim Bithynii ad eos defluxerunt. Prusias nemini fidens: Romanos quoq; ab his insidiis liberaturos se arbitratus thracem quendam elegit qui thraces quingentos in unum congregans solus corporis sui curaꝫ ageret. Ipse in arcem quæ in Nicea est aufugit. Romanorum igitur prætor qui in urbe fuerant non statim Prusiæ legatos in senatum duxit quo Attalo morem gereret. Cum aliquãdo induxisset: & senatus prætorem ipsum legatos eligere mandasset qui finem bello imponerent tres uiros elegit quorum unus lapide caput saucius fœdas præferebat cicatrices: alius podagra laborabat: tertius stultior haberi consueuerat. Quamobrem Catonem legatos contemplatum dixisse ferunt senatum legationem emittere quæ ratione pedibus capiteq; careret. Legati igitur in Bithyniam delati ut bello finem ponerent utriq; mandauere Nicomede uero & Attalo parere illis uelle respondentibus: Bithynii p̃terea percepta re Prusiæ crudelitatem ulterius sustinere non posse clamitabant. maxime cum eorum odium ex plurium querelis iam illi uulgatum esset. Ea ex causa legati q; hæc Romanis nondum innotescerent infecta pace ad suos rediere. Prusias desperatis Romanorum rebus quibus potissimum fiderat nullius expectata ope in Nicomedem profectus est ut urbe intercepta iis: qui in eum insurrexerant bellum gereret: At illi rege prodito portas continuo reserant. Nicomedes subinde cum exercitu ingreditur. Prusiam uero Iouis templum confugere nitentem non nulli a Nicomede missi interficiunt. In hunc modum Nicomedes Prusiæ loco Bithyniorum regnum adeptus est. Cui deinde fũcto rebus humãis Nicomedes eius filius cognomine Philopater imperio successit Romanis regnum ueluti paternum illi statuẽtibus. Quæ igitur ad Bithynios pertinent huiusmodi fuisse constat: quæ haud inutilia arbitror si cut esse. Alterius autem Nicomedis filius ex testamento regnum Romanis dereliq̃t Cappadociæ ante Macedones qui imperarint neutiq; aperte possum dicere: an ipsi p prio potiti sint imperio: an Dario potius paruerint. Alexander quippe dicitur cum in Darium deduceret principes earum gentium sub tributo reliqsse. Sic urbem Amisum genus atticum in Democratia ueluti patria ipsis politia statuisse. Hieronymus nec has quidem nationes attigisse eum scribit uerum supra maritima pãphyliæ & Cilitiæ progressum aliud in Darium tenuisse iter. Perdicas deinde qui ab Alexãdro Macedonibus præfuit Ariarathem in Cappadociam mouentem uel ab eo potius deficientem siue ut illius regnum macedonibus acquireret bello cœpit eumq; suspendit: nationibus illis Eumenem cardianum præfecit. Eumene deinde interfecto eum macedones hostem illum iudicassent Antipater post perdicam regionis quæ sub Alexãdro olim fuerat curam agens Nicanorem Cappadociæ Satrapem instituit. Macedonibus non multo post inter se discidentibus Antigonus Laomedõte regno pulso Syriæ præfuit. Mithridates huic adhæsit uir genere persarum regio. Ferunt Antigonũ per somniũ extimasse agrũ se auro serere. Mitridatem deinde auꝛe metentem in pontum recessisse. Qua ex causa illum capiens interficere conatus est. Ille cuu se dupta-

Attalus nicomedẽ Libentiss. accepit

Prusias Inare co pulsus. Nicęa. ciuit.

Legatio ad prusiã neq; caput neq; pedes neq; cor habuit.

Prusias Innico medi proficiscitur.

Prusias a Nicomede filio occisus. Nicomedes philopater Nicomedi f. bithynie nex

Cappadocię Reges. Alex. iter In darium

Amisus opp.

Perdicas Alex Succes sor in Macedonia. Ariarathes apud eã capt et suspẽsus. Eumenes cappadocię Satrapa.

Nicanor cappadocię Satrapes.

bithynia an prima romanorꝫ prouicia

Laomedõ Syrię Satrapa

Antigonꝰ Laomedonte pulso Syrie Satrapes.

Mithridates Antigono Suspect et cur.

xat equitibus aufugit:& locum quendam Cappadociæ muniens multis illuc confluentibus Macedonum incuria: Cappadociam finitimasq; circa pontum tenuit nationes. Postremo imperium in maius propagatum filiis tradidit:quod uicissim unus ab alio suscepit usq; ad sextum a primo Mithridatem qui cum Romanis bellum gessit. Huius itaq; generis cappadociæ:ac ponti reges cū extiterint facile erit exponere quē admodum eorum regna diuiserint:& qui ponto qui ue Cappadociæ præfuerint. Primus igitur ex his Romanis amicitia coniunctus naues quasdam in Carthaginenses ac belli permodicam præstitit'societatem Rex ponti Mithridates Euergetus cognomine qui Cappadociam quasi sibi alienam excurrit. Huic successit filius mithridates Dionysius cui eupater fuit cognomen quem Romani excedere cappadocia iussere: Ariobarzane ad eos confugiente & digniore illis uiso qui Cappadociæ præesset siue q̄ mithridatis regno in maius adaucto nō nihil uererentur: & in plures clam diuidere optarent:& is quidem successit in regno. Nicomede autem Nicomedis prusiæ ueluti paterno in regno a romanis Bithyniæ præsidere iusso Socrates fratrem Nicomedis eius qui xp̄us dicebatur cum exercitu in eum misit:eoq; modo Bithyniorum principatum Socrates ad se transtulit. Per idem fere tempus Mistralus & Bagoas cō tra Arizobarzanem qui a Romanis regno præfectus fuerat in Cappadociam ducentes Ariaratem regem præfecerunt. Romani Nicomedem simul & Ariobarzanem ī regnum una reduci statuerunt:& legatos hac de causa ad illos demiserunt:q̄bus Manius atilius præerat:assumereq; ex itinere a Lucio Cassio qui circa pergamum castra habebat & exercitum permodicum ducebat:& ab Mithridate Eupatro auxilia miserunt. Sed is quidem q̄ capadociam sibi abstulissent romani ac phrygiam cōquestus quemadmodū græcis litteris perscriptum est nihil faueris illis præstitit. Cassius autem & Manius Cassii copiis plures alias ex galathis phrygiisq; adiiciētes Nicomedē in bithyniæ:ariobarzanem uero in cappadociæ restituere regna:& cum uterque Mithridati esset finitimus una conuenerunt:regionem eius q̄ primum excurrere eumq; in bellum prouocare:satis fisi romanos auxilio illis affuturos esse. Formidabat tamen per se quisq; cum finitimi illi essent tanti belli subire principium Mithridatis in primis ueriti potentiam. Instantibus autem legatis Nicomedes multas in parandis auxiliis ducibus ac legatis dedisse pecunias:plures etiam debere causatis:& amplio/res præterea a romanis:qui eum sequebātur mutuo sumpsisse ueluti coactus in Mithridatis regionem mouit exercitum:& usq; ad Amastrem progressus urbem uniuersa depopulatus est nemine uel prohibente illum uel aduersum occurrēte. Quippe Mithridates quāq̄ paratas copias haberet ultro cesserat plurimas iustasq; belli occasiones in illum præparans. Reuerso deinde multis cum spoliis Nicomede Mithridates Pelopidam ad romanorum principes ac legatos destinat satis conscius eos sibi aduersos esse:& huiusmodi insultus causam ab illis processisse. Dissimulans adhuc igitur:& plures simul & honestas huius belli præferens occasiones paternæ societatis & amicitiæ memoriam illis protulit:quarum causa phrygiam & cappadociam sibi ablatas fuisse querebatur:cum altera progenitorum suorum continue fuisset & a parente suo tenūq; susceptа:phrygia in uictoriæ signum contra Aristonichum ab impatore Romano præbita:nec commode admodum pecuniis imperatori ipsi traditis:& nunc inquit Nicomedem introitum ponti sibi intercludentem: omnemque regionē ad Amastrem urbem usque populantem prædamque illam abducentem quam optime nostis:uidere negligitis cum ad offerēda auxilia nec debilis rex meus sit:nec im-

paratus. Cæterum uos testes earum: rerumq; in conspectu uestro gestæ sunt expectat. Exquo igitur affuistis & uidistis omnia hortatur uos Mithridates amicus & socius amicos sibi pariter & socios: sic enim fœdera inter utrosque iacta testantur: ut si a Nicomede iniuriam passo uel opem afferatis: uel ab eo inferri prohibeatis. Sic ille effatus est. Nicomedis deinde legati ex aduerso illi assistentes ita fari cœpere. Mithridatem iam pridem Nicomedi insidias struentem Socratem: quum exercitu in regnum eius induxisse quiescente illo: & quæ maiorum suorum olim fuerãt iuste possidẽte: & hæc a Mithridate in illum gesta esse: quem uos o romani bithyniorum regem esse uoluistis. Liquet igitur non magis in nos quã in uos ab illo tentatum esse. Hic etiam iubentibus uobis ne a regibus in asia existentibus europæ inferetur bellum magnam cheronensi inuasit partem. Et hæc sunt in uos contumeliæ: & temeritatis ac diffidentiæ eius opera. Apparatus uero tam ingentes quasi ad magnum: & deliberatum iam ab eo bellum instituti propriorum exercituum uidelicet ac sociorum thracum scytharumq; & aliarum sibi finitimarum nationum: & iam cuꝫ armeniis cõfugia cõtrahit: ac in ægyptum & syriam præmittit ex suis reges ad amicitiam alliciens ac societatem. Naues illi adsunt cataphratæ numero tercentæ & tamen alias instruit. gubernatores ulterius & nautas in phœniceam misit & ægyptum. Quæ quidem non in Nicomedem tot ac tanta sed in uos o Romani molitur Mithridates insaniẽs nunc q; phrygiam subdole largitionibus extortam ab imperatore uestro tanq̃ indebite possessam deponere iussistis: pergrauiter etiam ferens cappadociam a uobis Ariobarzani traditam ueritus successus uestros & occasione præposita contra uos apparatus instruens ut aliquid uobis queat imponere: Sapientum quippe est non expectare quoad se uobis profiteatur hostem: sed ad opera eius potius quam ad uerba adhibere animum: neque sub amicitiæ figmẽto latitanti ueros & probatos tradere amicos neq; iudicum uestrum quo nobis regna decreuistis debilitari sinere ab homine nobis pariter uobisque inimico. Hæc Nicomedis legati retulere. Ingressus deinde in romanorum concilium Pelopidas de iis quæ a Nicomede prius gesta sunt denuo conquestus est & ut iudicium suum promerent efflagitabat. Hæc enim aiebat ante oculos uestros gesta sunt o Romani Mithridatis regione uastata: intercluso mari: præda tam ingenti abacta non uerborum circuitione opus est: neque iudicio: sed uos iterum precamur ut uel facta prohibeatis: uel Mithridati iniuriam passo feratis auxilium: uel hoc saltem ultimum o Romani ne se ulciscentem uelitis prohibere: sed utrique labori cedere. Hæc Pelopida longioribus uerbis repetente uisum est ut plurimum Romanorum ducibus auxilia præbere Nicomedi: eorum tamen contentionibus per dissimulationem adhibeant aures. Cæterũ uero ob ea quæ a pelopida relata sunt erubescentes amicitiam uidelicet cum Mithridate ex fœdere adhuc permanere quemadmodum illi responderent addubitabant: Maturo deinde consilio in hunc modum retulere. Neque Mithridatem quicq̃ indebite perpeti a Nicomede uolumus: neque Nicomedem ab eo debellari patiemur. Non enim utile Romanis arbitramur Nicomedi damna inferre Mithridatem. Hæc effati Pelopidam responsionis ambiguitati contradicere uolentem emisere concilio. Mithridates igitur tanq̃ a Romanis aperte iniuria affectus esset Ariarthem filium cum magna manu in cappadociæ regnum mittit: quod statim expulso Ariobarzane suscepit. Pelopidas ad Romanos iterum reuersus in hunc modum effari cœpit. Quæ Mithridates a uobis iniuria affectus parienter tulit cum phrygiam ac cappadociam illi abstuliſſe

legatos Mithridatis et Nicomedis apud romanos cõcertatio.

Mithridates ab Nicomedis legatis in romanorum ſuis petitione mundã q; adducit.

Pelopidas iterũ conqueſtus.

Ambiguũ romanorũ responſũ ad pelopidã.

Ariarathes mithridatis F. Ariobarzane pulso cappadociã occupat.

Pelopidæ Mithridatis legati verba ad romanorum legatos minacia

tis audiuistis. Quod uero damna a Nicomede passus sit inruentes negligitis amicitiam & societatem offerentibus non tanq̃ accusantibus apud uos sed reis potius respondentis minime conducere aientes romanorum rebus damna Nicomedi inferri ueluti iniuria affecto. Vos igr̃ hoc cõmuni romanorum i cappadociam damno causam præbuistis. Propter uos enim a quibus adeo despecti sumus cum i hunc modũ sophistica responsione sperneremur. Hoc egit Mithridates & legatos contra uos ad senatum uestrum mittit: in quo respondentibus adesse pollicetur: nec quicq̃ in peius uertere: necq; principium tanti belli sine cõmuni romanorum causa suscipere. Intelligentibus ipsis Mithridatem patrio præesse regno: cuius magnitudo uiginti stadiorũ millia amplectitur pluresq; alias finitimas tenere regiones: Colchos gentem arimanam: græcosq; supra pontum habitantes: & barbaros quicunq; supra illos sunt: amicis præterea ad mãdata paratis uti posse scythis: tauris: & bastarnis. Thracibus quoq; & Sarmatis & uniuersis circa Tanaim & Histrum & paludem Mæotidam incolẽtibus: cui Tobanes armenius socer est & Arsaces parthorum rex amicus. Nauium præter hæc multitudo in promptu est: aliasq; denouo instruit. Apparatus uero ad hæc omnia abunde adsunt. Minime ementiti sunt uobis q̃q̃ calumniantes bithynii de iis qui in ægypto & syria sunt regibus: quos non solum nobis opus est si bellum fiat aliis adiecere: sed etiam a uobis nuper possessam asiã: græciam libiã multasq; italiæ partes: quæ auaritiam uestram ferre nequeuntes in desinenti uobiscum prælio decet tant huic bello inferere: quod modum disponere potentes Mithridati insurgitis Nicomedi & Ariobarzani per partes auxilia mittentes & profitemini nobis amici esse & socii: & ita respõdetis: deinde ut hostibus utimini. Afferte igitur si quid ob cõmissorum pœnitentiam eligitis uel iniuriam amicis uestris ne a Nicomede inferri sinite: Sic enim facientibus uobis auxilia contra italos regem nostrũ laturũ pollicemur uel apparentem saltem amicitiam dissoluite uel romam ad iudicium contendamus una Sic Pelopidas elocutus est. Hi autem insolentius illum loqui arbitrãtes Mithridates a Nicomede & cappadocia abstinere imperant: se statim Ariobarzanem in eam reducturos esse. Pelopidam insuper ab exercitu cedere iubent: nec ulterius ad eos reuerti nisi in iis quæ mandata essent permaneret rex. In hunc modum igitur tulere sententiam & discedẽti abinde Pelopide custodiam adhibuere ne quempiam in itinere perueterret. Quibus peractis consilia tanti belli neutiq; expectantes: aut ut populo nota fierent exercitum ex bithynia & cappadocia: nec non ex Paphlagonia & Galatis q̃ in asia sunt statim mouent. Verum quia proprius ipsis exercitus aderat: quem Lucius Cassius asiæ proconsul retinebat & omnes sociorum uires in unũ conuenerãt dispartitis copiis unusquisq; castra ponit. Cassius bithyniæ & Galatiæ in medio. Manius p inferiora bithyniæ Mithridatem uersus: Appius præfectus alius supra Cappadociæ montes copias sistunt: equites habens unusquisque: ac pedites usque ad quadraginta millium numerum. Superuenerat & classis illis quam Minutius ruffus circa bizãtium: & Caius Popilius adduxerant ponti introitum obseruantes. Aderat porro & Nicomedes rex peditum quinquaginta: equitum sex milia secum ducens. Tantus illis exercitus in unum coactus affuit: Mitridates uero ex propriis peditum ducenta: equitum quingenta millia habuit parata: naues cataphractas tercentas: dierotas centum: cæterarum quoq; ingentem apparatum Duces illi copiarum Neoptolomus & Archelaus ad inuicem fratres fuere quibus ut plurimum ipse aderat. Auxilia quoq; ducebant Arcathias Mithridatis filius ex minore Armenia equitum decem millia: &

Pelopidę Mithridatis legati ad romanos legatos missę.

bellicosam

nigranes

Tigranes Armenię Rex.

cui

Mithridates Ariobarzani restituere cappadociã iussus

Romanũ exercitus in mithridatẽ

Manius

L. cassi? Asię p cos.

Appius pfect?

Cpopili?

Minuti? ruffus classis pręfectus.

Nicomedis copię

Mithridatis in romanos copię

Neoptolemus
Archelaus
} Mithridatis purpurati ac duces.

Arcathias Mithridatis f.

Mithridatici belli initiū

Dorilaus Crateruſ } Mithridatis Duces.

Quo tpe inter romanos et mithridatē bellū Amneus fl.

Dorilaus in Phalangem conſtituta. Craterus autem centum &.xxx. currus habuit. Tam maximus utriſq; apparatus fuit. Feruntur ſe mutuo tum primum prælio immiſcuiſſe. Mitridates: ac Romanis olympiade octuageſima ſupra centeſimam. Patentibus igitur camporum ſpaciis iuxta Amneum fluuium ſe ad inuicem intuentes Nicomedes. ac mithridates duces inſtruxere acies: Nicomedes ſuos eduxit omnes. Neoptolomus: & Archelaus expeditos duntaxat: & quos arcathias ducebat equos: non nullos præterea ex curribus. Et iam phalanx procedere cœperat cum paucos ex ſuis

Mithridates et romani Manū conſerunt.

ad tumultum quendam petroſum campi in medio præmittunt ne a Bithyniis numero ſuperioribus circumueniri poſſent: quos cum e tumulo depulſos intueretur: Neoptolomus ueritus ne eodem periculo circumueniretur ſubito in auxilium aduolat Arcathiam una inuocans. Nicomedes hæc contemplatus ex aduerſo occurrit.

Ingens pliū et cædes. Militū Mithridatis fuga.

Fit hoc in loco prælium ingens: ac cædes. Inſtante itaque Nicomede mithridatis milites fugam capeſſunt: quoad Archelaus ab dextro cornu progeſſus perſequentes inuadit. Illi autem in eum conuerſi ſunt. At is paulatim retroceſſit: ut Neoptolomi milites ex fuga reuocaret. Cum uero abunde id factum intelligeret ſe ſubito conuertit: ac currus in Bithynios falces deferentes cum impetu immittit: eoſque concidere: ac ſecare cœpit: non nullos in duas: alios in plures diuidens partes: quæ res Nicomedis exercitum uehementiſſime cōterruit cum homines ſemilaceros: aut in plures deſectos partes: aut falcibus appenſos ſpirantes adhuc intuérentur. Aſpectus igitur magis: ac nouitas quā pugnæ uis ordines in unum confuderat: Conturbatis illis Archelaus a fronte. Neoptolomus & Arcathias a fuga reuertentes a tergo inſtant. Illi ſe inuicem tutantes tandem in utroſque ruunt. Cæterum quum diutius inſtarent Nicomedes una cum cæteris in phlagoniam fuga abiit: Mithridatis phalange nondum ptogreſſa ad bellum. Capta Nicomedis caſtra & quæcunque in illis fuerant tū captiuorum multitudo abacta: quos omnes Mithridates prælata pietate exhibito etiam uiatico ſolutos ad propria iuſſit remeare humanitatis opinionem præferens hoſtibus quod opus Mithridatici belli primum fuit & Romanorum animos maxime confregit quaſi proteruia potius q̄ conſilio ducti ſine omnium conſenſu tantum prælii diſcrimen adiiſſent. Pauci qnidem plures ſuperauerant non ulla locorum fœlicitate aut errore hoſtium cæterum uirtute imperatorum & militum probitate uſi. Nicomedes igitur cum Manio caſtra iungit. Mithridates ſupra montem Scorobaz ſe locauit qui Bithyniorum pontique regionis ſeruat fines. Interim præcurſores eiuſ circiter centum ex Sauromatis octingentis Nicomedis equitibus obuiam progreſſi non nullos capiunt quos uiciſſim mithridates exhibito uiatico in patriam reuerti iuſſit. Manium uero fugientem Neoptolomus & Nemanes Armenius circa primum Pachium locum hora ſeptima compræhendunt & accedentem ad Caſſium Nicomedem in pugnam compulerunt: equitum quatuor millia: peditum in decuplo amplius deducentem: ex quibus circa decem milla cæſa ſunt: tercenti fere capti: quos ut prius ad ſe ductos mithridates quo militum gratiam apud hoſtes mereretur liberoſ eſſe iuſſit: Manium cum exercitu interceptus eſt: uerum fugiens ipſe ſupra Gargarum fluuium inſtante nocte ab altera parte tranſgreſſus in pergamum euaſit. Caſſius & Nicomede & qui cum illis fuere Romanorum legati ad Leontum caput perueneruntqui totius Phrygiæ munitiſſimus locus eſt. Militabat & cum ipſis multitudo ingens qualē non multo ante in unū collegerat: fabrorum: agricolarū & priuatorū quos ad bellū inſtruebāt Phryges quoq; illis addiderāt. Veriti itaq; utriq; mole

Semilaceros

Scoroba Mons

lb. Primū pachiū loci nomen.

Nicomedis exercitus magna clades.

Gargar? fl.

Leontocephalecimit.

lb Manius a mithridate captus

stiam afferre uiris bellicosis eos liberantes retrocedere cœperunt. Cassius in Apamiã exercitum abducens. Nicomedes autem in pergamũ. Mancinus subinde in Rhodũ uenit. Quæ omnia intelligentes ii qui ponti ingressum obseruabãt statĩ recessere: ac ponti claustra: naues q; quas a Nicomede acceperant mithridati tradidere. Ille cõgressu uno uniuersum nicomedis regnum sibi uendicans ciuitates circumibat: eas q; ad se asciscebat. Progressus deinde in Phrygiam in Alexandri hospitio commoratus est: fœlicitati suæ ascribens quo in loco diuertisset Alexander in eodem quoque hospitari mithridatem. Et is quidem Phrygiæ residua: Mysiam quoq; & Asiam quæ Romani nuper possederant inuasit: & ad domesticos præmittens Lyciam & Pamphyliam & quæcunq; usque ad Ioniam sibi subdidit: Laodicibus porro circa Licyum fluuiũ sibi aduersantibus. nam Romanorum prætor. Q. u. Oppius nomine eques nõ nullos: ac milites mercede conductos secum habens urbem tuebatur: tibicen qui hæc diceret præmisit regem mithridatem Laodicibus ueniam polliceri si Oppiũ sibi traderent. Quæ ex re permoti illi Oppii milites statĩ liberant: ducem autem ipsum ad mithridatem destinant non sine risu lictorem secum deducentem. Mithridates nihil immoratus unde quaque solutum illum duxit Romanorum imperatorem in captiuitate positum ostentans omnibus. Non multo post Manium Atilium qui legationis & belli huiusce potissimum causa fuerat intercipiens in asino etiam uinctum iussit circunferri præcedente tibicine qui intuentibus annunciaret: hic est manius quo ad in Pergamo os eius perpessit auro auariciam obiiciens Romanis. Satrapas post hæc populis imponens ad Magnesiam atque Ephesum mitylenasq; delatus omnibus latæ eum suscipientibus. Ephesiis insuper Romanorum abolentibus imagines quarum causa non multo post dedere pœnas cum ex Ionia reuerteretur Stratonicĩam cœpit: illataque urbi custodia etiam pecunia mulctauit. Formosam præterea uirginem inter mulieres conspicatus secum abstulit. Cuĩ magnesiis paphlagonibus & Lyciis aduersantibus adhuc per duces proprios bellum gessit. Hæc igitur a mithridate gerebantur. Romani cum primum eius impetum ingressumque in Asiam audissent exercitum in eam mittere decernunt: quãquam contentionibus pene inextricabilibus: & domestico in urbe uexarentur bello tota fere italia per partes ab eis deficiente: Consulibus itaq; prouincias inter se sortientibus Asiæ principatus bellumque in mithridatem Cornelio Syllæ obuenit. Cui ob pecuniarum inopiam cum nihil ad bellum conferre possent ex decreto statuere: ut quæcunque Numa Põpilius rex ad deorum sacra olim contulisset: ea ueneri subiicerent. Tantaque fuit tunc omnium inopia & ad omnia contentio honoris: ut quædam ex ipsis uendere preuenerint: cum quibus libratum auri nouem millia in unum congesta sunt: quod omne in id bellum subinde cõtulerunt. Interim Sylla uariis contentionibus destinebatur: quemadmodum a nobis ciuilibus in bellis perscriptum est. Mithridates ex quo plurimas Rhodiis naues imposuerat satrapis urbiumque primoribus secreto perscripsit: ut trigesimam diem obseruantes omnes pariter Romanos qui apd eos essent: & italicos eorumque mulieres cum pueris: & liberis qui Romani sanguinis esse censerent interficerent: eosque insepultos abiicerent. Bona autem eorum cum rege diuiderent. Pœnam quoque per præconem annunciari iussit iis: qui uel eos sepeliuissent: aut aliter occuluissent. Præmia uero præposuit qui indicia tulissent: uel latitantes interfeciissent. Seruis quidem supra dominos libertatem: debitoribus in feneratores dimidiũ eius quo tenerent: Et hæc quidẽ secrete oĩbus a rege imposi

Ephesiorū
Pergamenorū
Adramyttenorū
Cauniorū
Tralianorū
} Impia crudelitas in romanos.

L. Cassius p cos. Asiæ apa Rhodū lb

ta: Cū adesset destinata cædi dies uniuersam per Asiam calamitatū miltiformes uisebantur aspectus: quarū non nullas huiusmodi fuisse cōstat. Ephesii eos qui in Arthemisium confugerant statuas cōplexos per uī detrahentes interfecerūt. Pergāeni illos qui in Esculapii templum se contulerant & abire recusantes sagittis cōfecerunt q̄q̄ simulachris deorum inhærentes. Adramitāi si quos e uia fugientes dēphendissent inuadentes in mare iacebant eorūq; impuberes una submergebāt. Caunii sub Antiochi bello cū Rhodiis tributarii effecti essent & a Romanis paulo ante liberati italos i templum uestæ fugientes e loco rapuerunt: & primū quidem infantes in conspectu matrum necauerunt: deinde matres super illos: nouissime autem uiros illis addidērūt. Traliani Theophilum quēdam ferum & agrestem hominē conduxere precio: q̄ uniuersos in tēplo cōgrægatos cædere adorsus iis qui statuas amplexi essent obscidit manus. Talibus igitur qui in Asia fuere itali: ac romani exagitabātur cladibus: nec solum uiri sed mulieres & infantes eorumq; liberti: seruiq;: & quicūq; itali censerent esse. Q ua ex re clare intueri licuit Asiam nō tam metu mithridatis q̄ odio in romanos sic īpie crudeliterq; desæuisse. Sed hi duplices sustinuere pœnas: mithridate non multo post uarias illis inferente iniurias: Et Cornelio Sylla bello subinde in eos īsurgēte.

Ephesiæ diane templū violatū

Aesculapij templū pergami.

Theophilus immanissimꝰ carnifex.

Mithridates post hæc in choum classe delatus chois pgrate eum susceipientibus Alexandri filium eius qui ægypto præfuerat secū duxit: multisq; cū pecuniis a Cleopatra auia relictum inchoo regie penes se habuit. Ex Cleopatræ aūt thesauris gazam plurimum ornatum præciososque lapides: ac muliebrem mundum: īfinitamque uim pecuniæ ptæmisit in pontum. Interea Rhodii mœnia urbis: ac portum munire adorsi machinas illis imposuerant & quidam cum ipsis ex telmisiis: lyciisque pugnabant: & quicunque itali ex asia fugissent cum illis se coniunxerāt. Aderat &. L. Cassius Asiæ lb proconsul. Aduenīente igitur cum Classe Mithridate Rhodii euacuauere suburbia ne quid utile relinqueretur hostibus. Demum ad pugnam conuersi nauales quasdam a fronte non nulla a lateribus oppositere rates. Mithridates quinqueremi profectus in altum suis imperat ut in mare cornua extenderent: deinde citato remigio hostes numero inferiores omni ex parte inuaderent. Q uod animaduertentes Rhodii ueriti ne ab illis circunuenirentur paulo post abiere. Inde fuga in portum delati oppositis clausttris e mœnibus propulsabant hostes. Mithridates diu cōmoratus cum assidue portum ingredi conatus ab incepto frustraretur pedites ex asia affuturos operiri statuit. Interim breues continuæque inter eos pugnæ gerebantur: qui ad mœnia constiterant: in quibus cum Rhodii supetiores euasissent non multo post audacia repleti naues quas in promptu habebant captato tempore in hostes mouent. Oneraria regis naui uelo iter faciente Rhodiorum dierota in eam mouit: aliisq; hinc inde in auxilium affluentibus acre præliū coxoritur. Mithridate autem excandescente & nauium multitudine in eum insurgente rhodii nauigandi peritia scaphis circumuecti eos uulnerabant. Demum triremē uiris oneratam: plurimaq; ex nauibus spolia ferentes in portum redierunt. Inter hæc quinqueremē ab hostibus captam ignorantes ad inquirendam eam conuertuntur: præmissisq; leuioribus adnauigare incipiunt. Inter has Damagoras classis præfectus ferebatur. Mithridates quinq; & uiginti naues antemittit: quæ illi occurrerent quoad Damagoras circa solis occasum retrocedere cœpit. Iam nox aduentabat cum eas quæ reuertebantur aggressus duas immersit undis: totidem uero in Lyciam conuersas persecutus est: Demum nocte superato pelago ad suos rediit. Et hic finis maritimi belli cū mithridate rhodiis fuit.

Alex f. ægypti satrapę.

Cleopatræ thesauri apud con.

Rhodiorū probitas et fides in rommos

Mithridatis et rhodiorū nauale pliū

Damagoras Rhodiorū classis pf.

Quod insperatum ob paucitatem Rhodiis: mithridati uero ob multitudinem nimiam militum contigit. Hoc prœlio adnauigante rege: & suos ad pugnam adhortante: nauis chia: quæ auxilio illi aduenerat in regiã incidit eaq; ex tumultu confracta est. Verum rex tum nihil uidere simulans: gubernatorem postmodũ & qui in prora fuerat pœna affecit: chiisq; omnibus succensuit. Isdem fere diebus peditatu ad mithridatem onerariis: triremibusq; aduecto Chaonius incũbens uentus: naues fere omnes ĩ Rhodum propulit: quibus celeriter inuecti Rhodii: quuz a fluctibus concussæ hinc inde rapentur: nonnullas capiũt: quasdam penitus euertunt: alias uero igne succendunt: captiuos quoq; usq; ad quatercentos in potestatem redigunt. Quibus ex rebus mithridates aliam denuo maris pugnam: obsidionẽq; apparabat. Sambucaz igitur quoddam machinamẽti genus ingens duabus nanibus instituit: ac transfugis tumulum quendam perfacilem ascensu Regi ostendentibus: qui tabyrii Iouis templum ferebatur: & uaceriam super illũ corruentem exercitũ noctu nauibus imponit. Scalas porro quibusdam atribuit: & ab utraq; parte cum silẽtio subsidere iussit: quo usque nonnulli ex Tabyrio ignem protulissent. Tunc uero confertim q̃ maximo quisq; clamore posset: hos qdem portũ inuadere: alios mœnia scandere imperat. Illi miro silentio propius accedunt. Rhodioꝝ uigiles idipm sentientes ignem proferũt. Mithridatis milites ignẽ e tabyrio emissũ arbitrati ex lõgo silẽtio una uoce clamare ĩcipiunt. Qui scalas afferebant reliquisq; exercitꝰ in auxiliũ aduolãt. Rhodiis ex aduerso illis reclamãtibus & impigre simul ad mœnia ruẽtibus: hostes nihil ea nocte moliti sunt. Orta die ab illis repelluntᵉ. Sãbuca mœnibus impacta ea ex pte ubi Isidis tẽplum fuit timorẽ maxime intulit. Sagittas. n. innũeras: arietes: telaq; emittebat. Milites scaphis plurimis cũ scalis accurrebant quasi ab ea muros ascensuri. Rhodii ĩmoto ingressu sustinuere hostes quoad machina ex grauitate cõfracta ẽ: ut Isidis pdigio ignis ab ea emissꝰ uideretᵉ. q̃ ex re mithridates despata pugna exercitũ deduxit a rhodio. Ad patareos deinde copias agẽs: sacrũ latonæ nemus ĩ cõficiẽdis machinis cõcidere. eggressus ẽ. Feꝝ sõno pterritus luco abstinuit: & Pelopidã: q cũ lyciis bellũ gereret ducẽ statuẽs archelaũ pmisit in græciã q uniuersa uel gratia uel metu sibi assciscceret. Ipe cũ cæteris ducibus temulẽtus & uio madẽs: aut delectus faciebat: aut arma ptractabat. & cũ Stratonicia oblectabatᵉ muliere: & ius in eos q uel insidias sibi intuliſſent: aut noui aliqd moliti essent: aut oĩo romanoruz partibus fauissent profere
ß bat. In his itaq; uersabatᵉ rex. In græcia uero hæc deinceps secuta sunt. Archelaꝰ magno cõmeatu & exercitu classez mouẽs delõ ab atheniẽsibus deficiẽtem aliaq; loca ui ac potẽtia redegit in ditionem. xx. mil. hoium his in locis neci traditis: quoꝝ plurimi itali fuere. loca pterea atheniẽsibus attribuit: aliaq; hmõi arrogãter exercẽs: & mithridatẽ extollens ad amicitiã compulit. Pecunias & sacra p Aristonem ac pecuniarũ custodes usq; ad duũ mil. numeꝝ pmisit e delo: qbus usus Atiston tyrannidẽ patriæ intulit. Ex athenienſibus hos statim interficiens ueluti romanoꝝ secutos ptes alios ad mithridatẽ ire iubens. & hic qdem Epicuri edoctus disciplinis. Sed nec profecto sovlus iste Athenienſsium neque Critias etiam ante hunc: & quicunque cum Critia philosophiæ una dedere operam tyranni extiterunt. Sed in Italia & Pythagoras. & in reliqua parte totius græciæ qui septem dicebantur. & qui negocia sibi desumpserᵉ potentia usi sunt: ipsa sæua tyrannide longe erndelius plerunque ignaris bonarum litterarum sic ut de aliis philosophis dubiosum sit ac suspitiosum: aut propter uirtutem aut paupertatem potius & etiam inhabilitatem rerum gereudarum solamen quod

Mithridatica classis abreptauiuẽtorꝫ naufragiũ facit ad Insulam Rhodũ.

Sambuca machina. Iuppiter Tabirꝰ

Tabyrꝰ mons.

Mithridatꝭ rhodũ frustra tentat.

Isidis rhodi templũ

Latonæ nemus.

Patarea ciuꝭ

Pelopidas Inlycia bellũ gerit

Mithridatis uitia

Archelaus amithridatꝭ ingreꝫ eũ missus.

ß Athenienſes a romanis ad Mithridatẽ defecerũt

Philosophi plerꝫq; ões aut Tyranni aut de Latores.

Septẽ Sapientes Tyranni

dam ſapientiam ſibi effecerint: quũ plurimi ignorantes nunc & egeni: aut neceſſitate ad philoſophiam delati: diuitibus ac principibus calumnias acerbe inferant: nõ ob inſolentiam diuitiarum magis aut principatus gloriam q̃ ob inuidiam hæc ipſa profe-rentes. Eos autem multo ſapientius deſpiciunt ii quibus calumniæ inferuntur. Hæc igitur quiſpiam Ariſtonis philoſophi gratia dicta arbitret: qui huic ſermoni cãm prebuit. Achiui deinde ac lacedæmonii cũ archelao conuenere: & Boetia omnis: exceptis Theſpiis duntaxat: quos aggreſſus obſidebat. ea tempeſtate Metrophanes aliiſ cum copiis a rege miſſus Euboiam ac Demetriadem: magneſiamq; mithridatis iuſſa continentes bello infeſtabat. Brytius ex macedonia delatus exigua claſſe illi obſiſtebat: & nauigiũ quoddam cum ſexcuple immergens mari omnes: quĩ in eis fuerant: occidit: quod aduertens metrophanes pauore ductus fugam arripit. Ipſum quidem proſperrimo uento uſum: cum Brytius aſſequi non poſſet Sciathum deprædatus eſt: q̃ locus barbaricæ prædæ: uelut borreum quodddam fuit. & ſeruos quoſdam eorum ſuſpendit: liberis uero abſcidit manus. In Boetios poſtea conuerſus aliis mille equitibus peditibuſq; ex macedonia illi aduentantibus circa Cheroniam Ariſtoni Archelaoq; per tres dies congreſſus eſt. Cum par labor ac certamen uniuerſum teneret: põlium lacedæmoniis & achiuis in auxilium Archelao Ariſtoni proficiſcentibus Brytius omnibus in unum collatis ſe imparem arbitratur ad Pireum profectus eſt quo ad Archelaus claſſe delatus locum tenuit. Sylla ab Romanis ad bellum mithridaticum electus imperator legionibus quinq; ſtipatus: ac cohortibus quibuſdam: turmiſq; adiunctis ex Italia in græciam enauigauit. Eo in loco pecunias ſtatim a ſociis: commeatumque ab Aetholis theſſalisq; collegit. Cum uero abunde prouiſum uideretur in Atticam contra Archelaum proficiſcitur. Iter agenti Boetia omnis paucis exceptis obuiam illi prodiit: inclyta Thebarum ciuitas: reiectis admodum leuiter romanorum pattibus mithridati perbenigne obſequebatur. Sed ea prius q̃ ad manus pugnando ueniret ab Archelao ad Syllam ſubito defecit. Ipſe uero ad Atticaz conuerſis ſignis: parte copiarum ad urbem præmiſſa Ariſtonem obſidere cœpit: & ubi Archelaus inerat ad Pireum peruenit: hoſtibus inter mœnia concluſis. Erat autem urbis murorum altitudo cubitis quadraginta: amplior machina omnis ex lapide quadrato ingentiq; compacta Periclionis opus cũ bello peloponneſiaco Athenienſim dux ſpem omnem uictoriæ in pireo poſuiſſet cum locum cum ſumma cuſtodia maxime continuit. Sylla ergo perſpecta ingenti murorum altitudine ſtatim ſcalas ad aſcenſum iuſſit apponi. Cunque multa per ſcalas aſcendendo tentaret: pluraque pateretur: Cappadocibus uehementiſſime pugnantibus: tandem labore confectus in Eleuſinam conceſſit ac megara. Ibi machinas in pireum ſtrui iubens aduerſuz ex cogitauit aggerem deuaſtandum. Opera enim & apparatus ferrum ac Catapultæ: & alia huiuſmodi ex Thebarum urbe aſſerebantur. Achademiæ luco conciſo ſublimes machinas fabricatus eſt. Truncos præterea ingentes arborum ramis exutos: lapides: ligna: magnamque uim terræ ad aggerem congeſſit. Interim duo ex Pireo ſerui attici Romanis mirumimmodum fauentes: uel ſibi ipſis: ſiqua fuga incideret cõfulentes: bullas quaſdam ex plumbo inſcriptas: qd̃ continue ab hoſtibus fieret funda ad Romanos iaciebant. Idque quum diutius feciſſent: ita ut noti iam eſſent Romanis: Sylla animũ illis adiiciens hæc ſcripta comperuit. Sequenti uero die peditesin operarios a fronte curſum emittent: Equiteſque ab utroque latere Romanos cum magno impetu inuadent. Ea ergo re percepta exercitum ingentẽ occulẽs Syl-

la quum hostes cursu deferētur: idq; repētinum esse credidissent: ipse copias iampri dem latitantes multo celerius in eos emittit: plurimisq; interfectis nonnullos in ma re depulit: ita ut ab huiusmodi insultu deinceps temperarent. Elato iam admodū in sublime aggere Archelaus turres aduersas illi statuit: ac multa super iis erexit instru menta: nouas quoq; denuo copias ex chalcide cæteriscq; accersebat insulis. remiges eti am armis instruebat: quasi periculo omni ex parte prodeunte. Fuerat maior Syllæ exercitus: & ex iis maiorem Archelao adeē contigit. Nocte media Archelaus multis luminibus accurrens: alteram ex testudinibus: omniaq; quæ super illa machinamen ta fuerant: incendit. Diebus decem Sylla aliis denuo refectis eodem loco: quo pus ste terant: imponit: Quibus Archelaus turrem e regione muri opposuit. allatisque cuz classe aliis a mithridate copiis: quas Andromichetes agebat: omnes in pugnam ex tulit. His sagittariis: funditoribusque permixtis sub ipsis mœnibus instruxit aciem ut mœnium quoq; custodes hostes propulsare possent. Alii præterea in portis ignē deferentes tempus quo emitteretur expectabant. Cum pugna difficilior utrinq; fie ret utraq; pars per uices inclinare cœpit: & primum quidem barbari quoad Archela us eos sustinens reduxit ad pugnam. Ea ex re turbati Romani cum ipsis fugere inci piunt. Sed his Murena obuiās denuo cōuertit. Itaq; rubore conciti: pugna undiq; feruente in mithridatis aciem fecere impetum: & ex hostibus ad duo millia interficiu unt: cæteros intra mœnia compellunt. Archelaus iterum eos auertens: ac ob promu ptitudinem diutius pugnans a mœnibus exclusus fune relatus est in arcē. Sylla eos qui infamia notati: strenue tamen bello interfuissent pœna liberauit: alios multis ac cumulauit donis. Instante deinde hyeme in eleusina exercitum constituens fossam desuper a mari ingentem fodit: ne hostium equitatus ea ex parte facile decurreret: quanquā hæc ipsa laborantez noua quottidie prœlia lacesserent nonnunq̄ circa fol sam. aliquando e mœnibus egredientibus sæpenumero hostibus: & lapidibus sagit tis fundisq; certantibus. Ipse cum classe indigeret in rhodū misit. Addubitantibus Rhodiis classem emittere mithridate obsidente maria Lucullum uirū illustrē & Ro manum & sub se prætorem eo in bello in Alexandriam & Syriam ad reges ciuitates q; q̄cunq; classem cōtinerent clam adnauigare iussit: nauesq; in Rhodiū mittere. Ob sesso undiq; pelago hostili classe nihil tamē ueritus lucullus in celeutium descendit: & nauē ex naue permutans quo facilius latere posset: in Alexandriā tandē uenit. Inte rea q e muris q̄cunq; interius fierēt funda romanis annūciare cōsucuerāt: denuo scri pserе Archelaum nocte insequenti per milites frumenū athenas missuz iis qui fame premerētur. Sylla dispositis insidiis milites frumentūq; deprehendit. Eamet die Mu natius circa chalcidē neoptolemū alterz ex mithridatis ducibus uulnere afflixit & ad mille & quingētos interfecit. Suscepit & captiuos plurimos. Non multo post in pi reum uigilibus adhuc nocte quiescentibus romani ob machinaz proqnquitatē sca las muris afferētes mœnia ascendunt: & qui proximiores custodibus fuerant inter ficiunt. Qua ex causa nōnulli barbarorū a pireo desiluere murum: ueluti ab omni p te intercœptū relinquentes. Quidā audacia freti ducem eorū q ascenderant interem merunt: reliquosq; ab extra detrudunt. Postremo portas egressi alterā romanorū in cendissent turrem: nisi ab exercitu occurrēs Sylla noctem perpetē in seq̄ntēq; diem illis obuians machinas ab igne esset tutatus. Ac nunc quidem cessere barbari. Ar chelao uero turrem alteram ingentem supra muros aduersam romanorum turri sta tuente utraque ex parte inuicem pugnatum est: assiduaq; frequētia undiq; emittebā

Tessudines Mac

Andromichetes Mi thridatis purpu rat?

Murena Syllę legat?

Sylla Milites igno miniosos pristinę dignitati restituit

L. Lucullus Syllę legatus.

Celetū opp.

Munati? Syllę legatus.

Barbarorū cędes et captiuitas

lib K

lib Archelaj militū clades

lib K Neoptolemū a Munatio uulnerat?

Catapulta mu

Athen mopia fru
gum laborant.

Archathias Mithi
datis f. Macedo
nia potit obijt
Tideū Macedd.
opp.

Pireꝫ valida
oppugnano.

Athen fames.

tur tela quoad Sylla ex catapultis ulginti ſimul plũbeas emittens pilas multos occi
dit: & Archelai turrẽ confregit: inutilemq; reliquit: ita ut Archelaus ex timore poſt
mœnia latere cogeretur. Increbreſcẽte dietim in urbe inedia atq; fame: funditores de
nuo hæc plumbo inſcripta annunciant Archelaum ſequenti nocte cõmeatum in ur
bem eſſe miſſurum. Archelaus econtra aliquam proditionem: aut indiciũ rei frumẽ
tariæ adeſſe ſuſpicatus: ſimul quũ emitteret nonnullos in portis ignez in Romanos
delaturos collocat: ſi forte Sylla frumentum conaretur inuadere: quod utrunq; euẽit
Sylla quippe frumẽtũ deferentes intercepit. Archelaus uero quaſdã ex machinis cõ
buſſit igne: Ea tẽpeſtate Archathias mithridatis filiꝰ aliis ſtipatꝰ copiis in macedoniã
deſcendens haud quaquã difficulter prouinciã cœpit modica romanorũ manu in ea
reſidente. Satrapas quoq; ſibi aſcſcens in Syllam uertebat exercitũ. Verũ nõ multo
poſt ualitudine correptus circa Tideũ extinctus ẽ. Athenienſium interea urbe fame
laborante: Sylla cuſtodiis appoſitis ne quis egrederetur: & ex multitudine uehemẽ
tius augeretur: fames ſummopere curabat. Aggerẽ autem uerſus Pireum in arduũ
adducens machinas impoſuit. Archelao deinde aggerẽ ſuffodiente: & terrã ut pluri
mum latenter aſportante agger inopine corruit. uerum occurſus antecapto ſenſu:
Romani machias e loco ſubmouẽt: aggeremq; denuo implent. Eodẽq; modo & ip
ſi terram ad muros fodere incipiũt. Sub terra igitur inuicẽ congreſſi telis enſibuſque
e mãu miſſis quoad fas erat in obſcuro depugnabãt. Dum hæc inter eos geruntꝰ Syl
la ab aggere multis erectis machinis muros ariete concutit: & parte inferius deiecta:
turrem quæ in proximo fuerat incendere feſtinat. innumeræ quippe in eum faces te
laq; torquebantur. Audaciores etiam cum ſcalis ad mœnia præmittit. Feſtinãtibꝰ
ab utraq; parte omnibus turris igne corripitur: & muri parte delapſa Sylla cuſtodiã
imponit. Diſiecta autem muri fundamenta lignis annexa ſulphure pice ſtupaque re
pleta ab omni parte flammas effundunt. Aliis itaque ſuper alios corruentibus: qui
mœnibus inſtiterant ad ima deuoluuntur. Repentinus qppe tumultus & in latum
diffuſus omnes cuſtodias ſubito exterruit: quaſi quod ſub ipſis ſteterat una laberet.
Exquo ad omnia aſſidue conuerſi mentẽ ex timore amiſerant: & leuius hoſtes inſtã
tes repellebant. Sylla eo modo labentes ſtrenue aggreſſus: & ex propriis defeſſis cõ
mutans integros alios ſuper alios lanceatores immittit. Cum ſcalis præterea clamo
re adhortante. & ad hortationẽ conuertens minis ſimul ſuaſionibuſq; ad bellũ exci
tabat: q̃ſi i hoc dũtaxat modico de rota eẽt pugna iudicandu3. Archelaꝰ altera ex pte
territis milites alios opponẽs pliũ ſubinde renouabat uniuerſos iuocãs: & ad pugnã
excitãs i hoc uno ſalutẽ illis ſitã eẽ ferebat. Magna itaq; pmptitudie ac diligẽtia utra
q; ex pte feruẽtibus laboris tolerãtia: cædeſq; iter utroſq; par ſimiliſq; uiſebatur dõec
Sylla exterius progreſſus quum uehementer laboraret: exercitum tuba iuſſit reuo
cari: & militibus eductis eorum uirtutem admiratus eſt. Archelaus intetim mœnia
prœlio collapſa nocte reparabat plurima ex lapide rotundo interim apponens. Ob
id Sylla uniuerſo cũ exercitu debilia admodum atq; humida: & q̃ facile deleri poſſẽt
expugnare ratus prœlium iniit. Verum quum in arcto pugnandum eſſet: mileſque
deſuper a frõte papices & infirma q̃q; ueluti ſalebroſis in locis niteretur: Pirei tãdem
oppugnatione omiſit: & ad urbis obſidionem: ut hoſtes fame effectos facile opprime
ret: ſe conuertit. Intelligebat enim eos qui in ciuitate obſidebantur fame adhuc ma
gis laborare: & iumentis omnibus abſumptis coria burſaſque decoquere: excremen
ta etiam aſſumere: nonnullos porro cadaueribus uti humanis. Exercitu igitur ut

bem circũquaq; uallaret imponit ut ne unicus quidem latenter posset euadere. His ita constitutis scalas adduci: muros pfodi impat. Cum fuga: ut inter debiles fieri cœpisset: urbem ingreditur: & statim in urbe occisio imensa adhibita misericordia exoritur. non. n. ob debilitatem fugere poterant: neque in mulieres aut infantes pietas ulla uisebatur: Sylla obuios quosq; ob iram per p̃conem iubente interfici: quũ simul ex celeritate: & i barbaros subita mutatiõe imoderata contentione uteretur: adeo ut plurimi intellectis iis q̃ per p̃conem nunciabant seipsos interfectorib9 obiicerẽt. Pauorum debilis admodu3 erat in arcem cursus. Cum quibus & Ariston una fugiens Orchestram incendit igne: nec parata lignorum materia Sylla facilius arcẽ expugnaret. At ille urbem uetuit incendi. diripere autem q̃cunq; exercitui concessit. Plurimũque in domibus humana corpora in cibos præparata inuenta sunt. Post hæc Sylla seruos omnes uendidit. liberis autẽ quicunq; ingruẽte nocte sibi ipsis nõ attulissent manus: quorum minimus fuit numerus libertatẽ elargiri dixit: & decretum quo inuictos uti licet penitus adimere: eadẽq; filiis & nepotibus eorũ indulgere. In hũc modum atheniẽsium cladibus finis tandem datus est. Sylla his peractis custodiam arci appositi: & Aristonẽ reliquosq; qui in eam confugerant fame ac siti maceratos nõ multo post redegit in potestatem. Ipsum quoq; Aristonem: & qui cum illo crassabãtur aut principatum moliri cœperant: aut quid aliud iniuste egerant: cu3 p̃mum græcia a Romanis capta eorum ditioni subiecta est morte mulctauit. cæteris uero peperit: legẽ præterea omnibus imposuit: quẽadmodum a Romanis per prius illis fuerat edictum. Elata ex arce referũtur auri pondo quadraginta amplius argẽti sexcẽtũ Et hæc quidẽ circa arcẽ modico post confecta Sylla q̃ primum capta urbe nihil imoratus Pireum obsidere pergit: simulq; arietes & sagittas ac tela torquebat. uiros porro q̃plurimos qui testudinibus operti muros foderent: ac cohortes q̃ muris imminentes iaculis sagittisq; abigerent undiq; constituit. Lapides insuper humidos adhuc ac minus inter se copulatos cum nouiter eiecti essent: facile disiecit. Cedẽtib9 ipsis quum Archelaus per prius alios erigeret: & multos his similes interius edificaret: muros: insuperabilis: continuusq; syllæ obiiciebatur labor: quum ex uno in alium desilire opus esset: & impetu assiduo & mutatiõe militum crebra uti. Itaq; discurrẽs ipse & suos ad opus inuocans: quasi in hoc reliquo & spes & utilitas: & laboris esset finis præsens: hortabatur milites quoq; re ipsa laborũ exitũ rati adesse: minus egregiũ & illustre facinus existimantes huiusmodi superare mœnia: inter se honoris quada3 contentione permoti: per uim & cum graui impetu conabantur ingredi. Horum itaque impetu pauefactus Archelaus cum furore quodam nulla ratione inniti uiderentur: muros dereliquit: & ad Pirei firmissimam partem. quæ mari claudebatur: sese cõtulit. Eo in loco quum nauibus destitueretur Sylla nihil moliri poterat. Archelaus inde in Thessaliam per Boetios profectus est: & ad Thermopylas delatus: exercitus sui reliquias in unum contraxit: quo facto Andromichete accedente exercitum: qui Archatiam Regis filium in Macedoniam secutus fuerat cæteris adiunxit: insignem admodum: & multis stipatum gentibus. Addidit & alios qui ab ipso mithridate mittebantur. Non enim in delegandis copiis usque defecerat. Hos igitur q̃ celerrime cõgessit. Sylla interea Pirei partem: quæ ciuitati potissimum aduersa erat: igne succendit: nec amplissimis portubus aut naualibus: aut alicui præclaro aut insigni pepercit operi. Inde exercitum in Archelaum per Boetios & ipse transmisit. Cum adinuicem propinqui essent: illi quidẽ ex Thermopylis per prius accedentes in phocidã ue

Athenę ęgyuen tę et a Sylla pię.

Aristo ptus ideõq; Tyrann? athẽs a Sylla occidit?

redit iterũ Sylla ad obsidionẽ pirej

Archelai Mithridatis pfectj fuga a pireo

Sylla ęxcitũ pBoetios in archelaũ transmittit

Archelaj ingressa copię contra Sylla

nere:thrāces uidelicet & Ponto Scythæ. Cappadoces. bithyni. galathæ atq; phryges & quicunq; a Mithridate nouissime subacti fuerant usq; ad cētum uiginti millia hominum:quibus duces per partes aderant. Super omnes autem Archelaus impabat Sylla ecōtra Italos ducebat. græcorum p̄terea ac macedonum quicunq; p̄us ab Archelao ad eum uenerant:& ex finitimis nonnullos:qui omnes ne ad tertiam hostiuꝫ attigere partem. Cum aduersi inter se stetissent:Archelaus suos in aciem disponit:hostes continuo in prœlium lacessens. Sylla cunctādum ratus:loca:multitudinemque contēplabatur hostium. Recedentē deinde in Chalcidem Archelaum insecutus tempus & locū obseruabat. Cū illum circa Cheroniam inter aspa quæq; castrametantem offendisset:ubi non nisi uincentibus reditus ullus præstabatur captum ingentem:acpximuꝫ inuadens subito copias mouit:quasi nolētem etiam in pugnam coactur⁹ Archelaum. In quo cum supinus & apertus esset locus facile ad insequendū & recedendū præstabat iter. Archelaū uero rupes undiq; cingebant. Quæ res ne cōmune quidem opus ulla ex parte illis fecerat:quuꝫ propter inæqualitatem quo in loco consisterent:non haberent. & terga uertentibus ob rupes difficilis esset fuga. His itaq; rationibus ex locoꝝ difficultate permot⁹ Sylla in eū proficiscitur satis gnarus multitudinem nihil utilitatis Archelao afferre posse. Sed ille ne tū pugna omnino se immiscuit:ociosq; eo in loco morabatur. Insurgente demū Sylla inter ipsas rupes tarde uixq; p̄senserat. quosdā etiam p̄misit equites qui illi obsisterent. Conuertentibus se retro illis & inter rupes decurrentibus sexaginta emisit currus:ut hostium aciem magno conatu infringeret. Cedētibus Romanis curru ex impetu in ultimos delati:eum nullo pacto retrouerti possent:sed ab illis obsiderentur:rapenturq; confracti sunt. Archelaus quanq̄ secure adhuc e castris pugnare posset:citoq; iter rupes referre exercitum cum impetu aciem emittit:in ordinemq; celerrime tā immensam multitudinem & piculi sui haud satis gnaram ipse inter angusta cōstitutus loca subito exponit Syllam iam appropinquantē intuens. Principio itaq; eqtes celeri cursu in hostes cōcitans:romanorum phalangem p̄ mediū secuit:& in duas diuisas partes ob paucitatem circundare aggreditur. Illi in omnes conuersi strenue pugnabant. maxime uero laborabant ii q̄ circa Galbam Hortensiumq; uersabantur:quibus Archelaus aduersus steterat barbaris ut in cōspectu impatoris cum promptitudine audaciaq; pugnātibus:donec Sylla equitatu plurimo instante Archelaus militaribus ex signis pulueq; in altū edito impatorem adesse ratus ulterius romanos circundare omisit:seque in ordines denuo retulit. Sylla ex equitibus præcipuos quosq; producens:duabus cohortibus in transitu assumptis continue eos obseruabat:& hostibus nondum in circuitū prodeuntibus:aut a fronte firme permanentibus inuehitur:& magna eorum pte concisa in fugam uertit. Incipiente ab hac pte uictoria:Murena in leuo constitutus cornu neutiq; moratus est. ueruꝫ qui sub se fuere increpatis & hostibus strenue incumbens uehementius insequi cœpit. Conuersis iam Archelai cornibus neq; qui in medio erant p̄stitere:sed repētina inter omnes fuga exoritur. Hoc in loco q̄cunq; Sylla opinatus fuerat euenere hostibus. Nō enim locum facilem aut amplum:quo fugerent habentes a persequentibus inter rupes trudebantur:ex quibus nōnulli eo in loco cōcidebant:quidam sponte ad exercitum redibant. Archelaus eos insciens imprudenter tum maxime se hostibus inclusit cladibus. Castrorum enim portas occludi:& in hostes redire imperat. At hi ex promptitudine facile reuertebantur:uerū neq; præsentibus ducibus a quibus in ordinem redigerentur:neq; suorum signa sa

Galba Hortēsi⁹ Sylle legati.

Murena Sylle legatus

Archelai exercit⁹ in fugā uersus.

Archelaj copię a Sylla adortę ac fere romā cōcisę.

tis discernentes cum inordinata qsq; conuersione rapetur. locūmq; uel ad fugam: uel ad pugnam ignorarent: quū angustior ex insecutione illis fieret: ueluti per inertiā pas sim cædebantur. nonnulli in hostes nihil attentare ausi: qdam a seipsis & loci angu/ stia oppressi ad portas ferebantur: circaq; illas intercipiebantur: eos: a quibus exclusi fuerant increpātes deos patrios: ac domestica quæq; aduersa ipsis precabantur: quasi non ab hostibus magis q̄ ab illis eos despicientibus interficerētur: quoad tandē Ar chelaus sero tamē portas ex necessitate iussit aperiri: ac nullo ordine excæplt fugiētes Romani his intellectis se inuicem in hostes adhortati cursu fugientes insequuntur Ita in exercitum delati: uictoria ad ultimū potiti sunt. Archelaus cæteriq; omnes se peratim sibi quisq; fuga consuluere. & in Chalcidem profecti ex centum uiginti milli bus uix dececē milia ex eo prœlio in unū colligunt. Ex romanis qnq; duntaxat & de cem desiderati sunt: ex qbus duo demum redierunt. Hic igitur Syllæ & Archelao mi mithridatis duci circa Cheroniam belli finis Syllæ potissimū prudentia & Archelai nscitia in hunc modum ab utroq; gesti. Sylla magnum captiuoꝝ armorūq; nume irum ac prædam nactus ingentē inutilia in unum congregans: ut Romani mos fu/ it: adhibito igne ipsemet martialibus adoleuit diis. Modicis deinde satisfacto milite ad Euripum cū expeditis in Archelaū contendit: qui classe carentibus romanis: in\ trepide insulas circūnauigabat: maritimaq; omnia depopulabatur: & Zacintho egre diens quū castrametatus esset: & a nōnullis romanorū insidias illi struentibus impe diretur noctu inopine euadens denuo in Chalcidē delatus est p̄datori magis q̄ bella tori assimilis. mithridates tā insigni clade accepta: subito ut in re maxima cœpit trepi dare. Exercitū insuper alium ex omnibus q̄ sub eo fuere nationibus: summa celerita te collegit: arbitratus etiam ob hmōi cladem nōnullos aut statim: aut quum tps af\ fuisset in eū moturos arma suspectos oēs prius q̄ bellum oriretur: in unum cōtrahit & in p̄uis galatharū tetrarchas qui cum eo ut amici una militauerant. & quicunq; il li nō parebant cum filiis & uxoribus neci tradidit: tribus duntaxat fuga ereptis: non nullis insidias p̄mittens: quosdā in cœnaculo unica nocte deficiēs: ratus nihil tutum si bi futurū appropinq̄nte Sylla substātias eoꝝ sibi uēdicās: custodias intulit ciuitati bus. Satrapē quoq; misit ad eas gentes p̄potētem: quem statim tetrarchæ q ab eo au fugerant cogregato exercitu præsidiis a galathis expulsis e regiōe pepulerunt: ita ut mithridati galatharū pecunias tantūmodo contingeret habere. Chiis aūt succēsens ex quo nauis eorū ad regiam delapsa eo prœlio quod apud rhodios gestum ē: eam la tēter incurrerat. Primū eorum bona: qui ad Syllam trāsfugerāt publicauit. Ad hæc: q̄ romanorū fuerant: in chio q inquirerent: emisit. Postremo quū Zenobius cum ex ercitu in græciam p̄ficisci diceret: Chiorū mœnia & q̄cunq; alia munita loca noctu i uasit. Deinde præsidiis appositis ad portas hæc p̄ præconē annunciari iussit p̄egrinos omnes tutos fore & illæsos: Chios autē ad concilium accedere oportere: quum non nulla ipsis a rege esset relaturus. Cum in unum omnes conuenissent: hæc breuiter retulit. Q uoniam rex de ciuitate illa dubitaret: ob eos qui Romanis fauerent a sus\ spitione cessaturum: si arma attulissent: & pueros uobiliores obsides dedissent. At illi ciuitatem iam captam intuentes: utrunq; tradidere: quæ omnia a Zenobio ad ery thras missa sunt. Post hæc ueluti a rege ad chios pe: scribente huiusmodi epistola p\ lata est. Beniuoli adhuc estis Romanis: quū multi ex uobis ad eos diuertentur: & eo rum contuberniis utamini nos utique spernentes. In meam præterea nauim: quum apud Rhodum bellum gererem triremem uestram impulistis: a qua confracta est:

quæ omnia patiēter fetēs: sponte in gubernatores solos ānimāduerti: ūt salui eē possetis. & beniuoli mihi esse atq; amici. Vos autem nunc etiam latenter optimos ex uobis ad Syllam mittitis: nemine uestrum: ut a cæteris sibi impositum ostendente: aut quod huiusmodi actorum opus sit annunciante. Hos igitur imperio corporiq; meo insidiantes amici mei non iniuria morti condemnarunt. Ego autem mulcta talentorum duum millium uos condemno. Huiusmodi continebat epistola. Q uum legatos ad regem mitti popposciſſent: prohibēte Zenobio: armis spoliati: & filiis: quos potiores habuerant: exuti tam immenso barbarorum instante exercitu. lachrymantes quoq; deorum ornamenta: atque mulierum in supplementum huius oneris coacti sunt conferre. Q uibus peractis zenobius argenti pondus imperfectum causatus est ciues in theatrum conuocari imperat: & exercitu undiq; appolito nudis ensib⁹ cæteriſq; angiportibus obsessis usq; ad mare eos deduxit: unumquenq; ex theatro euocans ac seperatim uiros seperatim mulieres: filiosque nauibus imponens: rituq; barbarico crudeliter abducens ad mithridatem misit: qui omnes ad euxinum pontum duci iussit. Hæc igitur in chios acta. zenobium uero Ephesii cum exercitu ad eos uenientem arma ante portas deponere: & cuꝫ paucis ingredi iussere. Q uod facere pollicitus transit ad Philopomonem patrem. Momines quæ a mithridate diligebatur: præsidem Ephesiorum a mithridate constitutum: & Ephesios per præconem in concilium iussit acciri. At illi nihil utile ab eo euenturum expectantes insequentem diem distulerunt: & nocte alios excitantes adhortantesq; zenobium in carcerem coniectū necauerunt. Deinde interceptis mœnibus multitudine ex agris nndiq; collecta ciuitatem in potestatem eorum redegerūt. Q uæ intelligētes Traliani & ypapeni: & mesopolitæ: & alii quidam quæ Chii pertulissent: eorū casus miserati paria Ephesiis operati sunt. Mithridates exquo exercitum ad eos qui defecerant emisit. & pleraq; in illos quos susceperat crudeliter operatus est. Pro reiiquis anceps & dubius græciæ ciuitates libertati reddidit æris alieni per remissionem per præconem iussit annuncia/ri. & aduenas in quacunq; earum haberi ciues: seruos liberos esse uoluit: ratus quum illos in unum collegisset qui fœnori obligabantur: aduenas præterea & seruos q̄ ei⁹ p̄ncipatu minus firme sibi futuros eē. Interim minion & neoptolemus Smyrnei ambo: Clisthenes & Asclepiodatus Lesbo omnes Regi noti. Asclepiodatus uero alias apud eum militaris ductor ordinis exercitus uicissim uua in ipsum Regem conspiratunt. Ex quibus Asclepiodatus coniurationis iudex ad perhibēdā fidem sub lecto quodam latuit: ut mynionem audiret loquētem. Conspiratoribus itaq; comprehēsis & uerbere aflectis supplicium de ipsis sumptum est. Suspitio igitur multos ad similia impulit: & ex pergamenis eadem meditantibus octoginta capti sint: & in aliis ciuitatibus q̄plurimi. Inquirens ergo mithridates ad alias urbes nōnullos misit: quorum industria publicatis sontibus ad mille sexcenti interfecti sunt: uerum ex accusatoribus ipsis non multo post quidam a Sylla necati: nonnulli seipsos interemerunt alii cum mithridate in pontum perfugerunt. His in Asia gestis exercitū usq; ad. lxxx. militum milia a mithridate congregatum Dorialus in græciam ad Archelaum deduxit: qui ex prioribus ad decem milia adhuc in armis continebat. Sylla castris ad Orchomenum positis contra Archelaum: quum equitatus multitudinem aduenientem conspexisset: campum fossis undique muniuit decem pedum in amplitudinem eductis. & accedente Archelao copias aduersum statuit. Debilius autem pugnantibus Romanis ob equitatus multitudinem: plurimum illos adequitans hortabatur

Ik Tralliani Hypepeni Mesopolitę } a mithridate defecerunt.

Momine mithridatis /b concubina

Zenobi⁹ ab ephesijs nō excepti⁹ mœnibus.

Philopœmen momines puellę pr.

/b

Zenobi⁹ ab ephesijs in carcere necat⁹

/k

Mithridates grę cos libero esse iussit

Grętis restituit libertas a mithr.

Asclepiodot⁹ index p̄ditionis in mithridatem.

p̄ditionis a mithridate quot in smu Lati

Dorilaus mithridatis purpuratus & dux.

Minion — Neoptolem⁹ } Smyrnei
Clysthenes Asclepiadot⁹ } Lesbij
} in mithridate cōiurarūt.

ad bellum: plerumque etiam pusillanimitatem eorum uinis increpabat. Quum ne que illos in hunc modum ad uiriliter pugnandum suos excitare posset: equo desili uit: Arreptaque Aquila: camporum in medio cum scutiferis constitit: uoce horrida intonans. Si quis uos o Romani interroget: quo in loco Syllam imperatorem ue strum prodidistis: in Orchomeno pugnantem dicite. His ergo auditis: copiarum du ces ex propriis ordinibus ad eum iam periculo proximum accurrunt. Aduolat & reliqua multitudo rubore ducta. Conuersione in hostes facta tandem terga dare coegerunt. Incipiente autem uictoria denuo in equum relatus suos circumibat: stre nueque ad pugnam incitabat. quo opere finis bello datus est. Hostium ad uiginti quinque milia interiere: quorum maior pars equites fuere: cum quibus & Diogenes mithridatis filius interemptus est: pedites in exercitum confugerunt. Veritus igi tur Sylla ne Archelous ut prius quum ipse nauibus careret: in Chalcidem perfuge ret campum: ab omni parte noctu iussit custodiri: per diem non ultra stadium ab eo distans. Cum ad prœlium: ne utique prodiret campum in circuitu undique perfo dit. Milites tum uel maxime: ut residuum belli adimplerent. adhortatus hostibus: haud longe distantibus exercitum quoque ad uallum deduxit Archelai. Similia apd hostes ex mutatione secuta sunt ducibus ob necessitatem hincinde discurrentibus: & instans periculum illis ostendentibus: increpantibusque uehementer: nisi a uallo propulsarent hostes numero illis longe inferiores. Impetu igitur & uocifratione ab utraque parte editis multa inuicem egregia belli facinora gesta sunt. Angulum de nique castrorum obiectis clypeis inuadentes Romani lacerarunt: ad quos barbari e castris occurrente intrà uallum constiterunt: quasi gladiis insurgentibus obuiaturi hostibus: neque tamen quispiam ingredi ausus est. Primus Basillus posterioris du ctor ordinis intercœpit aditum: & aduersantem oppressit hostem: Tunc uniuersus post eum secutus est exercitus. Fit fuga primum: deinde hostium cædes oritur: nō nullis aduersantibus quibusdam in propinquam paludem se impellentibus. nec ulte rius sustinentibus impetum: & prece barbarica interfectores eorum deprecantibus: Archelaus in stagno quodam & ipse latuit: & scaphis inuentis denuo in Chalcidem deuectus est. Eo loci quascunq; mithridatis copias adesse comperit per partes in ter pedites locatas mira celeritate collegit. Sylla die sequenti ductorem militum co rona donauit: cæteris omnibus belli præmia contribuit: & Boetiam continue defi cientem deprædatus: in Thessaliam ad hiberna se contulit: classem a lucullo uenturā operiens. Dubius deinde quo in loco lucullus moraretur: alias naues denuo contra hit. Cornelio interim Cinna & Caio Mario Romæ Syllæ aduersantibus: ac eus ho stem decernentibus populi Romani: domum præterea & uillas eius diruentibus: & amicos pariter interficientibus: nihil tamen solitæ potestatis omisit exercitūprom ptum nactus ac fidelem. Cinna Flaccum in consulatu collegam sibi assumens dua bus cum legionibus in Asiam misit: ut Syllæ loco hostis iudicati ipse Asiam inuade ret: bellumque mithridati inferret. Cum rerum militarium admodum inexpertus esset: Flaccus ultro e Senatu egressus est: uir bellicis artib? insignis: cui Fimbria no men fuit. In Brundusio igitur moram trahentibus: plurimæ naues ui tēpestatis ob sorptæ sunt: & quæ prius recessere exercitus alius a mithridate missus incendit. Su perbe igitur ac crudeliter se habente flacco: in suppliciis præmissisque militum exer citus eum dereliquit: & pars eorum qui in Thessaliam præcesserant: ad Syllam dese cerunt. Reliquos autem fimbria cum flacco tractabilior & hūanior haberetur: ne de

Corn. Sylle strator
Archelaus a terra
Diogenes mithridatis f. interfit
Basilli Syllani militis virtº.
Archelai castra ab a Sylla ui capta
Archelai fuga.
Mariana Seditio
cinnana Seditio
fimbria brundusiū.
flaccus ab exercitu derelictº.
fimbria flacco tractabilior.

sicerent:ab eo continuit. In conductione uero cuiusdam hospitii: orta inter ipsum & quæstorem lite flaccus nihil iudicans in fimbriæ dignitatem quædam annotauit. Turbatus igitur Fimbria Romam redire uelle comminatus est. Flacco autem sue cessorez illi statuente:q hæc ipsa inqreret custodiēs illū Fimbria in Chalcidē adnaui gantem:primum quidem Thermum fascibus priuauit eius loco prætorem constitu tum a Flacco:cui ut exercitus præturam dederat:ita flaccuz paulo post cum ira rede untem insecutus est. Flaccus in domum quandam fugiens nocte superatis mœni bus in Chalcidem primum:inde in nicomediam fuga abiit:portasque obseruauit. Eum inuadens Fimbria demum in puteo latantem interemit:Romanorum consu lem:belliq imperatorem, quum ipse priuatus duntaxat existeret:& uelut amico in dulgeret:admonenti caput abscidit:in mareq proiecit:reliquum deinde insepultuz abiiciens seipsum exercitus imperatorem nuncupauit:& prœlia quædam non igna uecum filio gessit mithridatis:regem in Pergamum usq persecutus:& a Pergamo in Pitanem aggressus:fugientem fossa circumclausit: quoad Rex in Mitylenez clas se delatus est. Fimbria Asiam ingressus:omnes qui cappadocum partes secuti fue rant supplicio affecit.& minus imperio suo obsequentium regiones depopulatus est. Ilienſibus obsessis ab eo & ad Syllam confugientibus Sylla ad illum accedere: & hoc tantum fimbriæ dicere suaserat q se Syllæ dedissent. Quibus perceptis fim bria eos ueluti Romanorum amicos collaudauit: monuitque:ut se etiam Romano rum ciuem existentem intra urbem reciperent:p Ironiā assus romāos atq Ilienses i ter se cognatione deuinctos esse. Ita urbem ingressus:omnes sibi obuios occidit:ur bem incendit:illos qui ad Syllam legati ierant uarie confecit. Nullis præterea sacris pepercit:neq iis:qui ad Palladis templum confugissent:quos cuz templo simul igne conflagrauit. Diiecit & urbis mœnia:& sequenti die omnia diligenter colluſtrans oculis:an aliquid ex urbe supereſſet adhuc inuestigauit. Hæc igitur deteriora iis que ab Agamemnone olim pertulisset ab cognatis passa Ilienſium ciuitas funditus inte riit:ut nullum illis domicilium:nullum templum:ac ne statua quidem esset residua. Palladis quippe sacrarium:quod palladium uocant:& a Ioue missum putant oracu lum tunc illæsum inuentum referunt. Parietibus supra ipsum delapsis:& undiq ope rientibus:nisi Diomedes illud & Vlyxes bello Troiano:ut aiunt:ex urbe sustulerūt Hæc igitur a Fimbria in Ilienses gesta tertia & centesima Olympiade tunc primum finiente:quod nonnulli arbitrantur post Agamemnonem mille & quinquaginta an nis huic urbi accidisse. Mithridates exquo cladem ad Orchomenum accæptam intellexit:animo considerans quantam a principio multitudinem in Græciam misis set:quam ue in præsenti esset habiturus:& in breui interitum omnium sibi affutu rum putans:ad Archelaum misit:ut quoad liceret honestiores belli inducias stude ret adipisci. Is ergo cum Sylla in colloquim delatus hæc inquit. Amicus uobis pater nus existens o Sylla mithridates rex ob aliorum imperatorum auaritiam coactus ē certare:ob tuam autem uirtutem finem huic bello cupit imponere:ob quam iuste il li imperaturum te esse non dubitat. Sylla igitur ob nauium defectum ac pecunia rum inopiam:quæ nullæ mittebantur:quum nihil residui ex domo euenturum spe raret:ab inimicis hostis iudicatus:absumptis iam iis quæ in pythia olympia & Epi dauro fuerant pecuniis pro quibus æquo iure sacris locis dimidium thebanæ regiōis attribuerat. Sæpenumero hostibus ob dissensionem deficientibus ab eo exercitu incolumem:tutumque quoad liceret adducere festinans ad inducias cum hostib ac

cessit hæc inquiens: Licuit ō Archelae mithridati iniūriam passo ob ea quæ patieba/tur legationem emittere. Sed quum inique agens tam immensas aliorum occupa rit regiones: tantam uirorum occiderit multitudinem. quæ communia & sacra urbiū fuere, priuata quoq; interfectorum ad se uendicans. eaq; ex causa in proprios amicos ut ipsi sumus in fide se exercens plurimos necarit. & tetrarchas quos contubernales habuit nocte una cum mulieribus & liberis a quibus nunq̄ oppugnatus fuerat neci dederit. in nos deniq; naturam magis hostilem & inimicam q̄ necessitatem ullam bel li ostenderit: uniuersas malorum calamitatibus italos qui in Asia fuere persecutus sit nec solum uiros sed & mulieres & filios seruosq; quicunq; italici generis censerentur esse. tantum italorum contraxit odium. qui nunc nobis paternam simulat amicitiā ut necesse fuerit tot millia: ut recordamini e uobis sub me concidere atq; debellari p pter quæ merito nullam in rebus nostris fiduciam debuit apponere. Tui autem gra tia intelligo eundem a Romanis ueniam adipisci cupere: si tamen re ipsa cupit igno/scere. Sin uero & nunc simulare: aut tempus est tibi Archelae hæc ipsa perscrutari & dilig enter animaduertere: quemadmodum præsentia erga te & illum sese habeant. Scrutari etiam quibus ille amicis & beniuolis utatur nobis: Eumene & massinissa: Hæc illi referente Sylla experimentum obtulit: & ueluti turbatus traden tem sibi in quit imperium non prodituru te esse existimo: sed conciliaturum se tibi si æqua im peraueris. Cum aliquantulum conticuisset Sylla sic eflatus est. Si exercitum: quem habes Archelae nobis integrum tradet mithridates prætoresq; nostros reddet: tum legatos & captiuos: transfugas porro ac mancipiaq; a nobis aufugere: & chios ultra hos & quoscunq; in pontum alios misit: custodias e munitionibus omnibus eduxe rit: iis exceptis: quæ ante fœdera ista tenuit. belli præterea impensam eius causa a no bis gesti integre persoluerit: & intra paterni regni fines se reduxerit speramus Roma nos non ulterius in eum moturos arma. Hæc igitur Sylla locutus est. Archela⁹ ue/ro custodias e locis omnibus mouit. Pro cæteris autem ad Regem misit. Sylla in/terim præmissis uacationem statuens Enetos ac Dardanos: & quascunq; macedo/niæ finitimas gentes: quæ macedoniam continue inuaserant depopulatus est: exerci tuq; in hiberna deducto pecunias omni ex parte contrahit. Aduenere interim a mi thridate legati: qui hæc dicerent, regem uoluntati eius præterq̄ in restituēda paphla gonia parere uelle: quum multo plura a Fimbria: si cum eo de pace agere uellet: pos set consequi. Ea ratione perturbatus Sylla & Fimbriam pœnas daturum esse: & ipi in Asia existenti satis patere dixit: utrum his pacis conditionibus an bello potius in digeret mithridates. Q uibus dictis ad cypselia per thraces deduxit lucullo ad Aby dum præmisso. Iam enim ad illum redierat: qui cum pluries a piratis pene foret in/terceptus: classem quandam in unum congregans ex Cypro. Phœnice. Rhodo & Pamphylia: & plerunq; hostes insecutus: mithridatis etiam naues mari aggressi⁹ op pugnauerat. Sylla igitur ex Cipseliis & mithridates e Pergamo campi cuiusdam in medio cum paucis in colloquium uenere: exercitibus utraque ex parte spectantib⁹ Fuere autem mithridatis sermones amicitiæ recordationes propriæ & societatis pa ternæ cum Romanis & de legatorum missione: ducumque accusationibus ob in/sultus in eum nequiter factos: cum Ariobarzanem in Cappadociam ducentes phry giam sibi abstulissent. Nicomedem inique in eum agentem punire neglexissent: & hæc inquit: pecuniarum causa ab illis facta sunt: quæ inuicem a me & ab illis recepe/runt: Q uod quispiam fortasse uestrum o Romani non inhonestum duceret: qui/

Pacis conditio/nes a Sylla Archt Lao oblatæ et Mithridatj.

Mithridatis re crudelitas facta.

Pacis cōditiones a Sylla Mithridati oblatæ.

Enetj Macedoniā Dardanj depopulatj

Mithridatis respō sū ad Syllā legatos

Cypseliæ opp. L. Lucullus ad Syllā cū classe.

Mithridatis et Syllæ colloquiū.

lb Manius a Mithridate pecunia corruptus ei phrygiã cõcessit.

bus lucri ineſt cupiditas. Ingruente igitur a ducibus ueſtris in primis bello quæcunq; operatus ſum neceſſitate magis feciſſe fateor q̃ uoluntate. Hæc effatus mithridates loqui deſiit. Sylla deinde ſermoni eius reſponſum in hunc modum præbuit. Ad alia inquit nos aduocas o rex: ueluti qui præpoſita in primis diligis. Neq; dubitas de his q̃ breuiſſime uerba facere. Ego Ariobarzanem in Cappadociã induxi Ciliciæ imperans: & hoc Romanis ſtatuentibus: & tu nobis paruiſti. neceſſe igitur fuit reſponſum nobis reddere: non autem admonere nos: neq; iampridem cognitis contraria ponere. Phrygiam tibi mannius dedit pecunia corruptus: quod commune utriſque delictum fuit. & tu idem confiteris non iuſte eam ex huiuſmodi ambitu accepiſſe. Verum mannius & in aliis quoq; apud nos ob pecuniam geſtis repudiatus ẽ: & omnia a ſenatu diſſoluta ſunt. Eadem ratione & Phrygiam impie tibi traditam nõ tributo obnoxiam eſſe uoluit: ſed ſuis legibus immunem degere. Quibus ex cauſis nos bellum aſſumentes minime dignum arbitramur te huic imperare quacunq; ratione eam adeptus ſis. Nicomedes quidem te accuſat: & Alexandrum uulnera corpori eius inferentem a te ſubornatum eſſe ait: & Socratem qui Chriſtus apoellatur tuo auxilio in regnum eius immiſſum eſſe. Si tu uiciſſim ab illis uexabaris Romã legatos mittere oportuit: & reſponſiones operiri. At ſi celerius nicomedi iraſcebaris: quonam pacto Ariobarzanem nihil in te molientem regno eiiciens neceſſitatẽ præſentibus Romanis indidiſti: ut eum reſtituerent? & inductum prohibens hoc bellũ intuliſti? ſed quum agnoſceres ac ſpe complecterereris: tum demum uniuerſi orbis imperium tibi adeſſe: cum Romanos ſuperaſſe occaſiones huic libidini tuæ addidiſti. Cuius rei argumentum in promptu eſt: q̃ Thraces & Scythas & Sauromatas cuj nondum cuiq̃ inferres: bellum in ſocietatem pellexiſti ad finitimos quoq; reges miſeris. naues porro fabricatus ſis gubernatores & reges in unũ congregans: maxĩe autem tempus inſidias tuas arguit: q̃ quum Italiam a nobis diſſidentem percepiſti occupationes noſtras iam inde obſeruans Ariobarzani ſtatim & nicomedi: galathiſq; ac paphlagonibus inſurrexiſti. Aggreſſus es & Aſiam ad nos pertinentem. Quæ omnia quum adeptus fuiſſes: qualia operatus es uel in ciuitates quibus ſeruos liberos eſſe uoluiſti: uel obnoxios ære alieno liberaſti: uel in græcos quorum unica occaſione mille & ſexcentos interemiſti: aut in galatharum tetrarchas: quos contuberna les habens occidiſti: aut in italos: quorum genus unica die cum infantibus & matribus diuerſo mortis genere occidiſti: ſubmerſiſtique non ad templa confugientibus coercens impuras manus: ob quæ quantam in te crudelitatem: quantamue impietatem: odiique magnitudinem in nos contraxeris: quis non nouit. Ad hoc pecunias omnes tibi uendicans in Europam magnis exercitibus tranſmiſiſti: nobiſ prohibẽtibus ne quis Aſiæ Rex in Europam penetraret. Claſſe deinde delatus macedoniam nobis parentem inuaſiſti: Græciſ quoque libertatem ademiſti quorum omnium non prius te cœpit pœnitere: aut Archelaum pro his ſupplicem ad nos miſiſti q̃ macedoniam tibi abſtulimus: græciam a uiolentia tua uendicauimus centum & ſexagĩta millibus ex tuis exercitibus noſtrorum manibus cæſis: impedimentis & apparatibus tibi ademptis. Itaque maxime te miror nunc iuſta a nobis poſtulare ex iis que per Archelaum exigis: niſi me longe exiſtentem metuis prope accedentem ad ſumẽdas pœnas credis accedere eorum cauſa pro quibus nunc tempus periit ſupplicandi te nobiſcum depugnante: nobis uero fortiſſime tibi reſiſtentibuſ & in finem uſq; pugnaturis. Hæc Sylla cũ ira referente mente collapſus mithridates uereri amplius cœ

Sylla ad mithridatis uerba reſpõſũ parat.

Ariobarzanes a Sylla rex ẽ pcõſ. induſtis in cappadociã

lb Phrygia a ſenatu Liberata.

Nicomedes

Socrates chriſtus lb thynię Rex.

pit:& conditione ab Archelao oblatas ultro subiit:naues & alia oia sibi tradidit. In de in pontum & intra paterni regni limites sese rettulit. Et hic primum inter mithridatem & Romanos gestum finem tandem suscepit bellum. Sylla deinde a Fimbria per duo stadia procul absens exercitum sibi dari deposcebat:cui præter leges imperaret. At ille cauillo usus:nec ipsum e lege dicebat imperare. Sylla fossam illi circumfodiente:multis præterea nec occulte fugientibus ab eo reliquos Fimbria in conciliū aduocans:ut in obsequio persisterent:orabat. Respondentibus illis neutiq; cum ciuibus pugnare uellet:dilacerata ueste ad pedes cuiusq; supplex se proiecit. Quum & illud quoq; auerterent milites ac dictim ex suis ad Syllam se transferrent prætorum tabernacula cœpit circumire:& ex iis quosdam pecunia corrumpens in concilium uocauit:ac se denuo sacramento iussit obligare. Acclamantibus Enetis necesse eē unū quenq; nomine ad iurandum conuocari:ille quidem per præconem sibi maxime obnoxios acciri imperat:& imprimis Nonium in omnibus sibi participem uocat. De tractante eo iusiurandum ensem extendens mortem illi comminatus est: donec acclamantibus cunctis pauefactus ab incœpto destitit. Seruum deinde pecuniis ac spe libertatis adhortatus transfugam ad Syllam misit:ut illum interficeret. Sed is Syllæ proximus:quum ex metu sulpitionem indidisset:comprehensus machinati facinoris prodidit indicium. Ea ex causa Syllæ exercitus ira concitus Fimbriæ uallum magna indignatione circumdedit. Calumniantes quoq; eum milites Athenionem inclamare occipiunt. Fuerat autem Athenion:qui alias Drepanitis deficientibus in Sicilia exiguæ cuiusdam partis Regem se se effecerat. Fimbria igitur desperatis omnibus ad aggerem profectus Syllam in colloquium uocare cœpit. Ille Rutilium pro se misit:quæ res ingenti fimbriam potissimum mœrore affecit:quum se congressu: etiam ab hostibus concedi solito ueluti indignum arceri cognouisset. Rogante deinde eo:ut sibi ignosceretur siquid nouissime peccasset:Rutilius Syllam usq; ad mare eum tutum permissurum ire pollicitus est:si ex Asia:cuius Sylla procul esset:uellit enauigare. Ille uero aliud facilius iter se habiturum dicens:in Pergamum rediit. & ad Esculapii templum profectus ensem sibi intulit. Quum uulnus minus alte impressum esset:iussit seruum qui una aderat afferre manus. Ita ille dominum impromisis:deinde seipsum gladio confecit. In hunc modum igitur Fimbria cessit e uita: cū multa in alia contra mithridatem bellum gerens nequiter egisset. Sylla libertis:ut eum sepelirent facile concessit:seque haud Cinnam & marium imitari uelle dixit: q quum Romæ multorum necis causa extitissent:defunctorum cadauera pariter inhumata iacere neglexissent. Post hæc Fimbriæ exercitum ad se uenientem perhumane suscepit:cæterisq; copiis eius adiungens Curioni imperat:ut nicomedā & ariobarzanem in Cappadociam deduceret. Senatui autē de omnibus perscripsit haud quaquā illi succensens:q; hostis esset iudicatus. Asiæ deinde rebus constitutis: Ilienses:Chios:lycios:rhodios & magnesios:ac quosdam alios qui auxilia sibi attulissent: uel propter promptitudinem incommodis affecti essent:ob quæ liberos esse uoluit in populi romani amicorum numero perscripsit. Ad residua uero omnia misit exercitum & seruos a mithridate libertati traditos:statim per præconem ad dominos iussit reuerti. Multis ex iis recusantibus:& ciuitatibus nonnullis deficientibus :ab eo ingens multitudo eorum qui libertatem uendicauerant: ac seruorum uariis occasionibus interfecta est. mœnia multarum urbium euersa. & pleraq; Asiæ in seruitutem redacta sunt. Qui cappadocū partibus adhæserant:& pleræq; ciuitates supplicio af

Mithridatj gb? cōditionib? a Sylla data pax.

fimbria a Sylla obsessus apud eū ab exercitu suo desertus est.

Nonj fimbriæ satelles.

fimbria percussor Sullę subornauit.

Athenio fugitiuo dux.

Rutilius Syl. leg.

p consul

Æsculapij templū pergemj fimbriæ interit?

Post fimbriæ necē Curio Syl. legat

Ilienses Chij.. Lycij Rhodij Magnesij

a Sylla libertate donati

Seruos a mithridate ad pileū uocatos Sylla dominis restituit.

Ephesij In Romanos ingrati.

fectæ & imprimis Ephesii q turpi adulatione romanorum insignia oboleuissent. nã quum per præconem mandatum esset omnibus: ut ad præstitutam diem ad Syllaz accederent in Ephesum: & ipsi una adessent. In hunc modum eos affatus esse dicitur. nos quippe cum exercitu in Asiam q̃ primum uenimus: Antiocho syriorum rege bello uobis insurgente: expellentes deinde ipsum & Halym fluuium: Taurumq; montem: terminos regni suis statuentes: non uos tamen detinuimus ex illo in ditionem nostram iure deditos: sed uestris legibus uiuere cõcessimus: nisi siquos Eumeni & Rhodiis: qui nobiscum bellum gesserant non tributo obnoxios: sed ad mandata paratos esse diximus. Cuius rei argumentum est: q lycios non nulla de Rhodiis conquestos ab illis soluimus. Nos igitur erga uos tales sumus. Vos autem Attalo Philopatro ex testamento nobis regnum relinquente ob Aristonicum contra nos p quatuor depugnastis annos quoad Aristonicus captus est: & plurimi e uobis necessitate ac timore se nobis dedidere. His peractis per quatuor & .xx. annos: quum ad summum diuitiarum: ac priuatæ substantiæ publicæq; peruenissetis pacis ocio ad delitias mniurias nobis denuo intulistis: & ita occupationes nostras in Italia obseruantes partim Mithridatem induxistis: partim cum eo accedente iecistis fœdera. & q̃d omnium tetertimum est: quum eodem die una italos omnes cum filiis matribusq; neci tradere conuenistis: nec ad templa confugientibus ob deos uestros pepercistis: quorum causa mithridatem nonnulla pœna affecimus infidum erga nos & nece ac rapinis replentem omnia. Terrarum quoq; diuisiones solutionesq; debitorum perq; rentem: & in nonnullis seruorum liberationes machinantem: ac tyrannides: latrocinia præterea plurima per terras agitantem: ac maria: ut subinde nobis inferret bellũ: & pares nostris haberet duces. Dedere tñ pleriq; pœnas ex his qui hæc incohauerãt Sed & uobis communes esse oportet qui similia edidistis: & operibus uestris condigna pendere. Sed ne Romani occasiones impias: aut onera inconsulta: aut seruoz insurrectiones: aut alia quæcunq; barbarica in animo habuisse dicantur: græcoq; nomini ac generi pariter indulgeant: & gloriæ uicissim Asiæ: & iis qui romano afficiuntur nomini benignitatis gratia tributa duntaxat annorũ quinq; in præsenti uos aferre iubeo: & impensam belli idem pertuli residua ad institutum exequentur meũ. Diuidam. n. hæc singulis iuxta urbes. & spaciũ tributis statuã. Instituta aũt non seruantibus ut hostilibus indicã bellũ. Hæc & hmõi locutus Sylla mulctã legatis diuidit: eosq; pro pecuniis subito emittit. Vrbes igitur ægestate & fœnoz magnitudine opp̃ssæ quædam theatra creditoribus: nonnulla gymnasia: aut mœnia portusue: aut qd aliud publicum nõ sine instantiũ militum contumelia exponere sunt coactæ. Pecuniæ igitur in hũc modũ Syllæ afferebant. & finẽ tandẽ maloz susceptt Asia. Enauigauit tamẽ ip̃am: & multoz latrocinia exercitibus magis q̃ latronũ cuenticulis similia. Mithridate in p̃mis eã detinente intra mare cõiecta: quũ non multo eã tenuisset pẽitus eiecit. Cũ ob plurimum lucri affequeretur: nec in nauigãtes solum: sed portubus: regionibus: ciuitatibus apte inferret bellum Samos. Clazomene & Samothracia oĩs p̃sente Sylla in captiuitatẽ datæ. Samothracũ phana mille talentorũ ornamentis expoliata: ut qdã putant. Veꝛ siue delinq̃ntium pœnas in aliud tp̃s differre cupet: siue Romam seditionẽ inferre properet: in græciam p̃ũ & ex ea in Italiaz cũ maiore exercit9 sui pte nauigauit. Et hæc circa Syllã ciuilib9 in bellis a nobis pserip̃ta sũt. Sũpsit deide initiũ secũdũ Romãorũ cũ mithridate ab hac cã bellũ Murẽa cũ duabus legiõibus a Sylla relictus ut reliqua Asiæ cõponeret q̃dã belli p̃ludia: ue-

Ephesij ex probratæ a Sylla ingratitudo cũ ademptij Rhodijs a P. R.

Aristonic? a romanis uict? et capt?

Mithridates nouas tabulas induxit et rupit ẽ gastula

Ephesijs a Sylla dicta multa.

Extrema Asiæ necessitas

Theatra Gymnasia Portus Mœnia } publica loca bmt

Samos Clazomenæ Samothracia } captæ.

Sylla cur ex Asia maiore decesserit.

Initiũ secũdi cũ Mithridate belli.

Murena ad componendas Asiæ res a Sylla relictus.

lb Archelaus Mithridatis parricidas et Dux ad Murenā profugit.

Murena copias in mithridatē ducit. lb

luti ioco ageret ob triumphi desiderium agitabat. Mithridates ea tempestate in pontum classe delatus cum colchis & bosphoranis ab eo deficientibus depugnabat: ex quibus colchi filium eius mithridatē in regem sibi dari deposcebant: quo spōte sumpto tim paruerunt. Suspitione igitur inter regem & filium hac de causa oborta quasi regnum affectaret eum reuocans cathenis iniecit aureis: nec multo post neci tradidit: cum in plurimis tamen quæ in Asia contra Fimbriam gesta erant non inutilem esset expertus. Deinde in bosphoranos classem p̄parauit. ingentemq; instruxit exercitu: ita ut apparatus magnitudo famam subito excitaret quasi non in bosphoranos: sed in romanos potius præpararet arma: non. n. Ariobarzani Cappadociā omnem restituerat sed aliquas adhuc detinebat partes. Archelaum q̄ppe suspectum habebat q̄ multa in græcia præter q̄ opus esset in cōstituendis cū sylla induciis illi concessisset. Quibus perceptis Archelaus timore concitus ad murenam cōfugerat: & illum in regem irritans: ut eidem inferret bellum persuaserat. Murena igitur exercitum per Cappadociam deducens ad Cumas peruenit maximam in Mithridatis regno urbem: quæ sacrarium quoddā dei opulentissimum habebat ibiq; non nullos mithridatis occidit equites: & legatis eiusdem sibi fœdera ostendentibus respondit se fœdera nequaq̄ intueri: non. n. a sylla ea esse perscripta: uerum opere quæ dicta fuerant affirmantem recessisse. Hæc fatus murena subito regionem inuasit: neq; pecunis sacris abstinens in Cappadociam ad hiberna se cōtulit. Mithridates his auditis ad senatum & ad syllam misit ea quæ a murena gerebant accusans. Sed ille ultra Halym trangressus fluuium ingentē admodū nec transitu pfacilem cum maximis tunc inundaret ibribus ad quatercentas mithridatis uillas depopulatus est rege nullo in loco sibi occurrēte: sed legatos dūtaxat uenturos expectante. Prædam itaq; ingentē nactus in Phrygiā: & Galatiā reuersus est. Eo in loco Calidius a mithridate missus ob quærellā nullum a roma detulit decretū. Solum inter audiētes medius rettulit. Senatū iussisse ut regi parceretur inducias cū eo habenti. Quibus dictis cū rege solus loqui uisus est. His ex causis murena nihil soliti omittens impetus tū uel maxīe regionē inuasit mithridatis. Ipse a Romanis iam apte se oppugnari cernēs Gordiū ad Cumas deducere imperat: ac statim Gordius currus q̄plurimos & impedimentor uehicula: ac priuatos hoīes militaresq; secū arripit. Cui murena in medio fluuiū assumens ex aduerso castra ponit: pugnam tamen eoru neuter attigit quoad mithridates amplioribus cū copiis accessit: & statim circa fluuiū atrox prælium exoritur: in quo ui prouectus mithridates fluuium exuperat: cū alias Murena potentior longe esset. Ille ad tumulum munitissimu euadens insurgente in eū rege magna copiarum parte amissa per mōtana nulla semita in Phrygiā aufugit. Cū difficulter iter ageret uictoria ex itinere ipso parta est: multosq; in mithridatē incitans amisit. Rex igitur murenæ præsidia quæ in Cappadocia fuerant uniuersa percurrens oppidis eiecit. Inde more patrio Ioui militari in sublimi montis uertice sacra fecit ingentem quandā lignorum cōponens struem. Sic. n. sacra instituunt. Primi quidem reges ligna inferunt: & alteram in circo breuiorem cōstruentes pyram: lac desuper ac mel perspargunt: oleum præterea: ac uinū & omnes odorum species infundunt: In plano uero triticum & pulpamentum in prandium astantibus præparant quemadmodum in Persargades sacrificii causa mos est persarum regibus: deinde pyræ ignem inferunt. Hæc uero ob magnitudinem amplissimas emittens flammas per mille stadia a longe nauigantibus perspicua est: nec per multos dies: ut aiūt: æstuante aere appropinquare illi licet. Sic ille sacrificiū patrio more perege

Mithridates Mithridatis f. apud eum occisus.

Mithridatis apud romanis suspect?

lb cumq; ciuit. cumana quę legit apud liuiū.

Murenę expeditiones in Mithridatē

Halys fl.

Calidius legat?

Gordius Mithridatis pręfect?

Atrox fliū

Murenę a Mithridate prelio victi fuga.

Sacrificandi mos Scythicus et persicus persagades opp.

Sylle mandata ad murenam. Ariobarzanes apud senatū per legatos querit a Mithridate totā cappadociā nō esse redditā. Achei Scythię populi qui Sylla fato functo qd

rat. Sylla cum indignum arbitraretur Mithridatem fœdere Romano populo con-
A. Gabinius a Sylla missus in Asiā cū mandatis ad Murenā. iunctum debellari: Aulum Gabinium emittit: qui Murenæ suaderet uere inter eos
constitisse ne Mithridati inferretur bellum. Ariobarzanem: ac Mithridatem una cō
ciliaret. Mithridates in hoc congressu filium quadriennem sponsorem exhibēs Ario
barzani & huiusmodi occasione nactus ut eam quam habebat Cappadociæ retine-
ret partem & alia ulterius. Epulum cunctis exhibuit. Aurum præterea calicibus
& ferculis apponens in salibus: & cantibus cæterisque: ut illi mos fuit: liberalitate
usus est quorum nihil attigit Gabinius. Hic igitur secundum Mithridati cum Ro-
manis bellum tertio maxime insequente finem cœpit: & ocio uacans Mithridates
bosphorum redegit in potestatem. Regem autem ipsis unum ex filiis macharem
nomine præfecit. Deinde cum in acheos qui supra colchos sunt bellum intulisset: lb
uidentur quippe ex iis esse qui a Troia post liminium perfugere: duabus exercitus
sui partibus bello: frigore: insidiisque amissis domum rediit: & Romam qui hæc cō-
posita annunciarent emittit. Misit & Ariobarzanes: incertum an sponte non tamen
ut molestę ferens, quod Cappadociam non recepisset: sed qui magnam illius par-
tem Mithridatem sibi eripere quereretur. Mithridates igitur iubente Sylla ut Cap-
padociam dimitteret ultro paruit: alteram uero legationem Romam destinat quæ
fœdera conscriberet. Verum defuncto iam Sylla cum nemo assensum illi præstitis- lA
set: sed ueluti in uacatione rerum omnium ad communia intenderent: Mithridates
ad Tigranem generum misit: ut Cappadociam quasi a se ipso inuaderet: quod so-
phisma haud quaq̄ Romanos latuit. Armenius uero Cappadociæ retia innectens
ad tercenta millia hominum hinc inde educta iu Armenia conglutinauit: & cum ali-
is certo in loco iussit habitare. Ipse in primis diademate Armeniæ assumpto Tigra-
nocertam a se ipso nominauit: quæ Tigranis ciuitas dici potest. Et hæc quidem in
Asia agitabantur. Sertorius uero in Hiberia deducto exercitu hiberiam: & quæ-
cunque finitima loca in Romanos exercitauit: & consilium ex iis qui una aduene-
rant ad imitationem Romani constituit senatus: ex quibus duo præ cæteris seditio-
siores Lucius. s. Manius: & Lucius Fannius Mithridati suasere ut cum Sertorio
una depugnaret spem illi afferentes multa ex Asia finitimorumque populorum in
ditionem suam uentura. Quibus persuasus rex ad Sertorium misit. Ille legatis in
senatum introductis multa & magnifica elocutus q̄ gloriam eius in pontum consti
tueret: Romanosque ab oriente ad occidentē usque obsideret cum rege fœdus iniit:
Asiam: ac Bithyniam nec non paphlagoniam: Cappadociam: Galatiam sibi trade-
re. Ducem porro Marcium Varum & consilii participes. L. manium: &. L. Fani- lK
um cum eo destinat: cum quibus mithridates una cōtulit tertium: ac ultimum quod
cum Romanis gessit exorsus bellum: in quo uniuersum postremo amisit principa-
tum. Sertorio in hiberia occiso Romanis imperatores in eum mittentibus ex urbe
primum. L. lucullum qui cum Sylla classem rexerat: deide Pompeium sub quo quæ
cunque Mithridatis fuere: illique finitima usque ad Euphratem fluuium occasione
& impetu eius belli in eorum cessere potestatem. Mithridates igitur cum romano
rum uires sæpenumero esset expertus: & hoc potissimum bellum nulla occasione su
bito inceptum insperatum fore credidisset uniuersum excogitauit apparatum quasi
de omnibus tum primum belli iudicium esset subiturus. Ita æstatis residuum &
hyemem integram in cædendis siluis fabricandisque nauibus adsumpsit. Arma
pæterea & tritici ducenta millia modiorum supra mare satis imposuit: belli com-

Tigranes Armenię rex occupat cappadociā.
Tigrano certa urbs.
Sertori in hispania quę gesserit.
L. Manii & Stori Satellites.
Sertori cū mithridate fœdus iniit.
Mithridatis apparatus aduersus R.
Calybes Armenij Tauroscythę Achei Henyochi } Mithridatis Socij
L. lucullus Gn. pompei } in mithridatē ducti.
Marcius Varus Sertorij legat ad mithridatē lK

Sauromatę
Lazyges
Coralli
Thraces
} Mithridatę Iulerũ auxiliũ.

Mithridatis Transit ℔ Ineuropam.

plices ultra ptiora subsidia illi acceſſere calybes: Armeni Scythiæ: tauri: Achei: Enyochi: leucosyri & quicunq; circa Thermodoontem fluuium terram incolũt: quæ amazonum appellatur. Tum ingentes ultra primas copiæ ex asia aduenerant. Transeuntem deinde in Europam Sauromatum reges & lazyges & coralli: thracumque gens omnis quæ ultra Histrum aut Rhodopem aut hemum sedes habet: & ultra hos bastarnæ ferociſſima eorum natio secuta est. Hac potentia in Europam progressus ex omnibus bellicosſimis peditum centum quadraginta millia secum duxit: Ad hæc multitudo ingens uias sternentium: & uasa deferentium mercatorum quoque sequebatur. Incipiente uere nauticos expertus apparatus Ioui militari more patrio sacra fecit. Netpuno uero equum album currumque simul mari consecrans in paphlagoniam deduxit Taxillo & Eumocrate ducibus illi adstantibus. Eo loci cum applicuisset orationem de progenitoribus suis superbam admodum: nec minus de se diffusam: ac prolixam habuit: quod principatum ex minimo ad summum peruexisset: nec a Romanis quidem præsens uinci potuisset. In eorum deinde audaciam & insolentiam inuectus quarum causa: ut aiebat non italiam modo: sed patriam in seruitutem redegissent: nouissima cum ipsis fœdera recensuit quæ scribere recusassent: tempus duntaxat expectantes ut illi insurgerent quam uel præcipuam huius belli causam asserebat. Omnem deinde exercitum & apparatum palam retulit: romanorum porro occupationes qui cum Sertorio in hiberia eo tempore belluz gererent cũ In italia seditionibus agitarentur inestinis hac ex causa inquit maria contẽnunt multis iam pridem agitata latrociniis quibus nullus belli socius aut amicus adest: aut qui illis sponte se subiiciat. Num optimos eorum inquit cernitis. Varum ostendens & utrosque Lucios patriæ suæ hostes nobiscum depugnantes: his dictis copias omnes simul mouens in Bithyniam peruenit Nicomede iam uita functo sine filiis & regno Romanis derelicto, Cotta igitur Bithyniæ prætor cum ad bellum esset impotens in Chalcidem cum omni præsidio aufugit: qua ex causa Bithynia in Mithridatis statiz peruenit potestatem. Romanis omni ex parte in chalcidem ad Cottam confluentibus. Insurgente deinde in chalcidem rege Cotta ob impotentiam nequaq̃ prodiit.

Nudus autem classis præfectus cum parte copiarum: quæ munitiora camporum fuerant inuasit. Cæterum inde expulsus per superiora quæq; sũma dificultate ad portas perfugit urbis. Erat autem circa tumultus ingens omnibus pariter ad eas cõcurrentibus: ob id nullum insequentium frustra emittebatur telum: sed cum ueriti portarum custodes claustra e machinis demisissent. Nudum ac nõ nullos e ducibus intra funes receperunt. Reliqui ad socios manus porrigẽtes inter amicos pariter & hostes trucidantur. Mitridates aspirantis fortunæ usus impetu eadem die classez in portum detulit & claustra quæ cathenis æreis firmata erant subito infringens quatuor hostiles combussit naues: reliquas numero sexaginta in uincula coniecit nihil ulterius Nudo aut Cotta prohibentibus: sed intra urbis mœnia conclusis. Periere ex Romanis ad tria millia: inter quos &. L. Mãlius uir senatorius fuit ex Mithridatis partibus. xx. duntaxat ex bastarnis qui primi portum ingressi fuerant interierunt. L. Lucullus ad consulatum pariter ac bellum electus imperator legione militum e Roma habita: duas fimbriæ & ultra has totidem in unum congregans usque ad numerum peditum. xxx. millium: equitum mille & sexcentum ad Cyzicum contra Mithridatẽ castra ponit. Qui cum a transfugis quibusdam intelligeret Mithridati usq; ad tercenta uirorũ millia in exercitu adesse cõmeatum: partim a frumẽtariis partim a mari sub

Thermodoon fl.
Amazonũ Terra
bastarnæq; ferocis
ſma natio
Mithridatis copię
Sacra
Taxillus
Eumocrates
} mithridatis ducũ.
Mithr. oro in romanos
Mithridatę copias in bithyniam mouet.
Calcis opp.
Cottę bithynię pulsoris fuga.
Nudus romanę classis præfect?
L. Manli? a mithridate occisus.
Cyzici urbs.

L. Lucullj copię et aduent? in mithridatẽ.

L. lucullj castra

Manij proditio

uectari ad astantes dixisse fertur: statim sine pugna hostes debellari posse: & ut huiꝰ orationis reminiscentur admonuit. Montem deinde peraccommodum ad metenda castra contemplatus ob quem & facilitas commeatus sibi adesset: hostibus autez intercludere liceret: eum prius statuit inuadere cum ex ipso uictoriam sine periculo spectaret adipisci. Vna igitur duntaxat & ea quidem angusta semita ad eum deducente a Mithridate summa cura obseruabatur. Cum Taxillus: ac plerique demum cum Lucullo forte adessent. L. Manius qui sertorianæ cõspirationis cum mithridate causa fuerat defuncto iam Sertorio clam ad Lucullum misit: a quo fide percepta mithridati persuadet: ut Romanos quocunque prodeuntes & castra ubilibet metantes haud multifaceret: quæ. n. Sertorii sub fimbria fuissent copiæ uix duas æquare legiones consulere ut se transfugam emittit: statim enim ad ipsum esse rediturum. Quid enim bello & cædibus opus est inquit si hostes sine prælio & discrimine licet superare? Quibus cum fidem inconsulte: ac nulla suspitione adhiberet Mithridates: Romanos per angustias sine mœtu transeuntes & montem excelsum muro munientes faciles despexit: quo adempto ipsi a tergo impauidi commeatu deferre poterant. Mithridatem uero paludibus fluminibus & montibus ab omni tellure excluserant: ut nisi per exilem aliquando nasceretur commeatum cum exitus amplos non ulterius haberet: neqꝫ Lucullum ab itinerum difficultatibus quæ ab eo occupari neglexerat ui propellere ulterius posset. Et iam hyems instabat cuius causa si quid a mari de ferretur commeatus breui tamen uidebatur defuturum. Quæ omnia aduertentes Lucullus iterum amicos ut pollicitationis suæ remiscerentur & quæ præsentibus olim annunciasset admonuit. Mithridates cum adhuc potens esset ob multitudinem per medios penetrare hostes: & uiaz ferro sibi facere id utiqꝫ neglexit. Ad Cyzicum uero quæ ad obsidionem præparauerat exponit sperans in hoc itinerum difficultatem simul & commeatus euitare inopiam utpote qui copiaꝫ multitudine abundans omnia perfacile expugnare posse crederet. Castra autez duplici muro uallauit: residua urbis fossa circundedit: aggeres præterea & machinas plures erexit: turres ultra hæc & testudines arietes deferentes intulit: & machinam ad urbis instar centum cubitorũz in qua turris alia eminebat: & ab ea catapultas: lapides sagittas multiformes emittebat. Ad portum porro quinqueremes duas connexuit turrem aliam insuper statuens: ex qua pontes cum machinas mœnibus appelleret imitteret. Omnibus in hũc modum præparatis primum quidem ad tria captiuorum millia ex Cyzicenis nauibus urbi propius adducit qui ciuibus manus ad mœnia erigentes. ut in extremo periculo constitutis subuenirent præcabantur quoad Pisistratus Cyzicenorum dux e muro per præconem illis annunciari iussit captiuitatem patienter ferrent. Mithridates hac spe deiectus machinam cum nauibus intulit: potensqꝫ ad muros propere immittit: e quibus quattuor in p̃mis uiri muro insiliunt. Ea ex re ueluti noua pauefacti Cyzicini aliquantum retrocesserẽ: non accurrentibus demum cum impetu reliquis reassumptis animis quattuor illos ab extra detrudunt. Nauibus deinde ignem: ac picem infundentes ex necessitate confractis pupibus naues cum machina retrocedere compellunt. Quibus e portu excussis Cyzicini eo prælio superiores euaserunt. Tertio illos eadem aggressus die oẽs simul machinas exeruit. Laborantibus illis ac discurrẽtibus ad qd̃ continue institerãt primum qdem arietes petris repulerũt aut laquæis fregerũt aut obiectu lanæ eorũ sustulere uiolentiã. Sagittis uero ignẽ deferentibꝰ aqꝫ & aceto occurrẽtes missiliũ reliquorũ ípetũ uestibꝰ & litheis obiectis obtũde

Cyzicenorꝫ fides in romanos.

Pisistratꝰ Cyzicenorꝫ dux.

Cyzicenorꝫ oppugnatio.

bant Cum nihil promptitudinis quoad homini potis est omisissent: Illi autem difficillima quæq; perferentes repugnarent uno impetu mutus igne accensus circa uesperam ad imum corruit. nec tamen quispiam per eum insilire ausus uapore ignis adhuc æstuante. Cæterum nocte alium erexere denuo Cyzicini. Iisdem diebus cõuentus uehementior increbuisset, reliqua machinarum cõtriuit regis. Dicitur quippe ea urbs dotalis esse: & a Ioue ~~palladi~~ attributa filiæ: q̃ Cyzicini sũmo honore p̃ cæteris uenerantur diis. solẽniis itaq; instantibus in quibus bouem nigram sacrificare mos fuit cum ea carerẽt ex frumento fixere sacra. Interim bos nigra e pelago ad eos accurrit. quæ claustra aditus ingressa & in urbem delata ultro in tẽplum uẽit: ibiq; ad altare cõstitit: qui Cyzicini summa spe deæ immolarũt. Amici itaq; Mithridatis ut ab urbis oppugnatione desisteret ueluti deæ sacræ consulebant. Quibus haud ãnuens ille supra montem Dindymum urbi adiacentem castra ponit: & aggerẽ ab eo in urbẽ nactus, turres instituit: cuniculis etiam suffossa mœnia suspendũt. Equos præterea quos ob pabuli inopiam minus utiles & diutina ex mora infirmos habuit in bithyniam misit. Quibus Rhindacum transeuntibus inuectus Lucullus multos interfecit: captiuorum ad quindeci millia: equorũ sex millia uasaq; plurima adeptus est. Hæc igitur ad Cyzicum gerebantur. Eadem tẽpestate Eumachus Mithridatis dux phrygiam ingressus ingentem romanorum numerum cum uxoribus simul & filiis occidit. In pisidas deinde & isaurios ac ciliciam & usq; ad tetrachias galatharum insurgentem persecutus Diotarus multa cæde contriuit. Et hæc circa phrygiam gesta. Appropinquante interea hyeme quicquid commeatus ex mari conuectari poterat Mithridati sublatum est: ita ut exercitus fame præmeret: multiq; ex media perierũt. Fuere qui intestinis barbarorum more uescerẽtur: alii qui pabulum ederent: qua ex causa peste dietim carpebantur: & cadaueribus in propinquo abiectis & inhumatis morbus ex morbo pullulabat. Substitit tamen Mithridates sperans ex turribus dindymo impositis urbem obtinere. Sed quum ad illas occurrentes Cyzicini machinis ignem iniecissent hostium quippe fame cognita tanquã debilioribus sæpenumero insurgebant abire meditatus per noctem fuga se præripuit: & in patriam classe deuectus exercitum terrestri itinere in lapsacum præmisit. Transeuntibus ãt ipsis Esepum fluuium: qui tum uel maxime aquis inundabat Lucullus accurrens magnam eorum concidit partem. Hoc in loco Cyzicini permaximum regis apparatum subtraxere cum & ipsi strenue pugnassent: Ibidemque fame domiti sub Lucullo regis monumentum statuentes solennia edidere præludia: quæ in præsentem usque diem peragentes Luculleia solent uocare. Mithridates iis: qui in lapsacum perfugerant Lucullo illis insurgẽte naues præmittens cum lapsacenis una sustulit: & ex electioribus ad uiginti millia qnquaginta nauibus imposuit: quos uaro quem Sertorius ad bellum miserat: & Alexandro paphlagoni Dionysioq; eunucho dereliquit. ipse cum pluribus Nicomediam enauigauit, uerum instante hyeme magnum utrorumque amisit numerum. Lucullus quippe e terra eos fame perurgebat & naues ex asia educens præfectis qui sub eo fuerant distribuit. Triarius in apamiam classe delatus urbem cepit Multis uero apamiorum ad delubra configientibus nefanda cædes insecuta est. Barbas Prusiadem quæ ad montes uergit & Niceam cæpit urbes Mithridatis præsidiis ab utraq; fugiẽtibus. Lucullus circa acheorum portus tres & decem hostiles intercepit naues. Varum deinde & Alexandrum ac Dionysium circa Lemnum in destituta nactus insula obsedit. Hoc in loco Philocte-

Proserpine

Apamea ciuit.

Prusias ciuit.

Nicea ciuit

Cyzicus prosa pinę sa

Bos nigra

Proserpinę

Dindym? mons.

Rhindacus fl.

Eumach? mithr. Dux.

Diotar? Galatarũ tẽ trarcha.

Aesepus fl.

Lucullei ludi quotannis Cyzici celebrãt.

Triari?

Barbas.

Achæor. statio

Achæon limin.

Varus — —
Alex paphlagon
Dionysius eunuch? } Mithridatis Ducis

Triarij
Barbę } Lucullj legatorũ expeditio.

Philoctetæ Aræ Lemni.

tis ara ostenditur & anguis æreus: arcus præterea ac thorax: uitis circumamicta in passionis monumentum. Dixerit autem in eos classem magno impetu Lucullus ue luti contemnens. Sed illis constanter operientibus perstrictis remis duas incendit naues & ad congrediendum impulit. Non mouentibus se illis & a terra duntaxat suis opem efferentibus: insulam aliis circumuectus est nauibus: & pedites in eam immittens hostes naues ingredi coegit. At illi Luculli exercitum uerentes nec ad pelagi interiora progressi sunt: Sed circa littus enauigantes inter terram aquamque dubii: telis undique petebantur. Multis igitur ex iis intereuntibus & subinde aliis ad naues fugientibus Varus: Alexander ac Dionysius eunuchus in speluncha latitantes deprehenduntur: ex quibus Dionysius uenenum quod una attulerat exhauriens extinctus est. Varum interfici iussit Lucullus. Non enim æquum censuit Romanum hominem senatorumque in triumphum duci. Alexander ad pompam reseruatus est. Quibus ex rebus Lucullus nauem lauro ornatam ut in uictoria mos est cum litteris Romam misit. Ipse in bithyniam descendit. Mithridati in pontum nauiganti tempestas insurgens horrida sexaginta confractis nauibus ad decem uirorum millia mari obruit. Reliquas casus hinc inde dispulit. Rex periclitanti naui in qua uehebatur quāq̄ dissuadentibus amicis. in piraticam desiluit scapham cum qua in Sinopem a piratis saluatus est. Eo ex loco ad Amisum enauigans ad Tigranem socerum ac inde ad Macharem filium bophororum regem misit auxilium ab utroque expetens. Ad scythas uero Dioclem obsides: aurumque iussit afferre. Verum ille ad Lucullum cum auro: donisque profugit. Lucullus strenue uictoria usus quæcunque propiora aderant ferro sibi uendicauit. Milites bello defatigatos in regionem uberem fœlicemque deducens alacriores ad cætera peragenda reddidit. Mancipium nempe quattuor drachmis: bouem una duntaxat uenisse constat: capras: oues: uestem & alia eodem fere præcio. Post hæc Amisum & Eupatram: quam Amiso finitimam in nominis sui memoriam Mithridates condidit & regia illius appellabatur obsidere pergit: & altero pariter exercitu Themisyram: quæ ab Amazonis cuiusdam nomine appellabatur iuxta Thermodoontem amnem sita est obsedit. Qui ad themisyram castra habebant turres & aggeres appulere urbi cuniculis ulterius tellurem efodere adeo amplis ac patentibus uti in ipsis sub terra plures inuicem progredi possent. Themisyrii econtra desuper eos fodientes ursos feraſque alias: nec non apum examina in operarios emittebant. Qui uero circa Amisum fuerant alio modo laborabant Amisis cum ipsis depugnantibus & plerumque ad eos accurrentibus & in singulare certamen non nunq̄ prouocantibus. Mithridates interea magnam illis commeatus uim arma & exercitum ex Cabiris destinat. Eo loci cum hibernaret exercitum alium interim collegit: in quo peditum quadraginta: equitum tria millia inerant. Instāte uere Lucullus per montes in Mithridatem mouit. Custodiæ regis quidem aderant quæ Lucullum ab īgressu prohiberent: & si quid noui occurreret igne sublato annunciarēt. Regebat aūt custodias huiusmodi a Mithridate uir delectus regio e genere: cui Phenix nomen fuit. Is cum lucullum appropinquantem cerneret ignem extulit: inde ad lucullum cum p̄sidio omni aufugit. Qua ex cā Lucullus per montes intrepide progressus ad cabiras accessit. Equestri igitur prælio inter ipsum & Mithridatē gesto uictus denuo ad montes rediit. Pompōnius apud illum magister equitum captus ad Mithridatem saucius adducitur: quem cum interrogaret rex an gratiam sibi si saluus esset uellet redde-

Mithridates exercitus sui reliquas Naufragio amisit.

Dioclis ꝓditor.

Eupatra ciuit Themisyra ciuitas q̄ erun.

Cabiri loci nom.

Phœnix ꝓditor.

Eq̄stre ꝓliū inter lucullū et Mithr.

Dionysius eunuch⁹ Martius varus Alex. paphlagon } Mithridatis p̄fecti a lucullo capti.

Pomponius equitū p̄f. apud lucullū capt⁹ a Mithridate est.

Smopt ciuit Amisus

re: Si quidem Lucullo amicus fuetis perdigham inquit: Si hostis nullam. In hunc modum cum Pomponius elocutus esset & barbari interficere illum suaderent respõdit rex: non despicere æquum esse uirtutem a fœlicitate destitutam. Et continuo aciẽ instruens cum Lucullum in pugnam adducere nõ posset circũuiens ascensum super illum queritabat. Interim nõ mediocre periculum Lucullus adiisse uisus. Nam uir q dam scytha nomine Olchabas iãpridem ad illum trãfuga: & qui prælio equestri multos e periculo exemerat: & ob id a Lucullo nõ mensæ modo sed cõsiliis & secretis particeps adhibebatur ad tabernaculum eius circa meridiem accessit cum quieti indulgeret: ac breuem accinctus gladium ingredi conatus est. Prohibitus uero excãdescere cœpit necessitate quadã destinari se professus ut impatorẽ exciteret. Seruis autem respõdentibus nihil salute necessarius esse Lucullo equũ statim ascẽdit & ad Mithridatẽ infectare puenit siue q insidias illi struere ut ex eo suspicari licuit: siue ira concitus quasi ab his despiceret abierit. Alterum deinde scythã nomine Sobodacũ impulit ut Mithridati consuleret transfugam se ad Lucullũ mitti. uerum Sobodacus iter ceptus est. Lucullus descensum duendaz ad campos quos hostilis detinebat eqtatus ingressus cũ reditum nullum adesse cerneret uirum quẽdam itinerum edoctũ per q feræ agitari solẽt in spelunca repperit: quo duce sine mora ad iter usus supra caput regi astitit. Per id itaq delatus cũ cãpos ab equitibus obsessos declinasset uallem aquis refertam ab hostili parte metatus castra posuit. Cõmeatum uero cũ nullum haberet e cappadocia acersit: ecq ex loco in hostes tela emittit. Interim nobilioribus a rege fugientibus Mithridates eos a ualle increpans retrocedere coegit: ac romanos aggressus adeo conterruit: ut per superiora montiũ arrepta fuga neutiq retrocedentes sentirent hostes: uerũ quoscũq insequentes & ũna fugientes eos esse arbitrarent. Ea uictoria admodũ elatus est Mithridates: ita ut ad omnes litteras emitteret. Ex eqtibus porro magnã partem & his quidẽ pugnacissimis insidiis locat: qui cõmeatũ e cappadocia ferentes Lucullo interciperent: satis ratus ut quẽadmodum ipse apud Cyzicũ fame uictus fuerat sic Lucullũ inedia debellari posse: quæ pfecto animaduersio haud cõtemnẽda uisa est si Lucullo cõmeatum quem ex sola dũtaxat cappadocia habebat intercluderet: Sed regii eqtes præcursoribus eorũ qui frumentum deferebãt in angusto occurrissent: deinde impetum nõ sustinentes ad liberiora loca diuertissent equos ut inutiles in arcto reddidere. Eo in loco ex itinere præueniẽtes romani priusq in aciẽ prodirent hostes. ex regiis plures occiderunt: peditum in morem inter angustias pugnantes: non nullos etiam e primis confecerunt: alios fugientes præcipitauere e ruꝑ pibus pauci nocte in exercitum delati & se solos euasisse referentes quãq euentus pleꝑ rii ex se formidolosus esset: multo tamen formidolosiorem retulere regi. Mithridates prius q uictoria Lucullo innotescceret ratus in tanta equitum clade nõ multo post Lucullm sibi insurrecturum fugam ex trepidatione meditatur: idq amicis in tabernaculo subinde refert. Illi prius q annunciaretur cum nox adhuc esset iugi studio quæ quisq habuit e castris educit. Turba igitur eorum qui uasa deferebant ad portas cõcurrente cum cæteri animaduerterent & qui ea deferrent cognoscerẽt: deteriora his arbitrati: & quia nihil ipsis annunciaretur cum timore & querela decurrentes ad uallum properant: Disiectisq omnibus eo ex loco ut quisq potuit turpiter arripuere fugam: nullũ a duce aut præfectis mandatũ expectantes. Quæ Mithridates nullo ordine: celeriusq q putarat euenisse cernens ex tabernaculo ꝑsiluit: ac non nulla dicere aggressus nemine adhibente aures turbatus ut in multitudine fit: in tertã concidit in

deq; in equum relatus ad montes cum paucis aufugit. Lucullus hac uictoria certior factus. percepta etiã hostiũ fuga statim equites plures emittit: qui eos insequerent Deferentibus uero uasa per exercitũ pedites iussit occurrere: & ne quid eo tẽpore arriperent: ueq; nullo respectu ut eos interficerent imponit. At illi uasa aurea & argentea q̃ plurima uestemq; multi precii intuentes mandatũ neglexere. Ipsum quoq; regem capientes cumulũ auro onustũ per sarcinã ferro confodissent fluente auro ad id conuersi Mithridatẽ uersus cumas fugientẽ sequi neglexerunt: quo ex loco cũ tribus equitũ milibus ad Tigranẽ peruenit. Ille ad cõspectum suũ neutiq; admisit certis in locis regio more uiuere cõcessit. Mithridates desperatis rebus Bachm eunuchum ad regiam eius ire impat: utq; sorores suas: mulieres: ac pellices quoquo modo neci traderet imponit. Sic illæ partim ensibus: partim ueneno & laqueis finier uitã. Quæ animaduertentes ii qui præsidiis a rege impositi erant paucis exceptis ad lucullũ perfugerũt. Lucullus deinde in regem conuersus exercitũ confirmat: & quæ in ponto fuere ciuitates classe circũuectus omnes fere in potestatem redigit Amastrem uidelicet & Hieracleam aliasq;. Sinopis uero acriter adhuc romanis resistebat: & nauali prælio haud ignaue depugnabat. Obsessa a Lucullo ciues: naues quas grauiores habuere igne consumunt Leuiores deinde ingressi fuga se proripiunt. Lucullus statim urbez liberam esse pronunciauit: somnio permotus ut aiũt. Nam Antiochum cum in amazones cum Hercule belligerasset: ui tempestatis pulsus: & in Sinopem delatum eam urbem sibi uendicasse fama est, ob idq; eius statuam Sinopensibus maximo in honore fuisse. Itaq; cum ciues arrepta fuga statuaz ui efferre conarẽtur funibus: lithea minibusq; obuoluisse. Inscio igitur Lucullo: nec quid tale meditãte per quietem apparuisse memorãt se ab Antiocho uocari & insequenti die statuã a non nullis deferri cũ offendisset solui iussisse persimilẽ ei quem uidisse existimasset. Lucullus inde ad Amisum supra Sinopem castra posuit: & ciuibus similiter per mare fugientibus cum intellixisset eam urbem ab athenien sibus dum mari imperitarent conditã fuisse & diutius populari ciuitate usam subinde persarumparuisse regibus denuo uero eadem ciuilitate restituam ab Alexandro: iterum a ponticis subactam fuisse urbis sortem miseratus Alexandri in mortem cuius gloriam æmulabatur & q; genus esset atticum suis legibus uiuere concessit. Amisinosq; omnes iussit reuocari. In hunc modum Lucullus Sinopem atque Amisum deprædatus denuo restituit. Cum Machare uero Mithridatis filio bosphororum rege coronam sibi ex auro promittente fœdus amicitiam q; firmauit & ad Mithridatem apud Tigranem inquirẽdum proficiscitur. Inde in asiam transgressus syllanis adhuc oppressam grauaminibus quartam tributi partem in fructibus: reliquas ex domorum possessionibus & mancipiis iussit pendere. Epinicia etiam solennia instituit ueluti bello rite peracto. His gestis in Tigranem q; Mithridatem recusasset reddere copias mouit duas ex electioribus legiones ac quingẽtos educens equites. Cumque eis euphrate superato pecunias a barbaris exposcens iter peragebat. Hi quippe nullis inferebant bellum: neq; quid pati digne uidebantur bello inter Lucullum & Tigranem ingruente. Tigrani nemo Luculli aduentum nũciare ausus: qui enim primus id attulerat in crucem sublatus est. Ciuitatum deinde tumultu quæ ab eo infestabantur audito Metrobarzanem cum duobus millibus equitum ire iussit: qui Lucullum ab cursu prohiberet. Mazeo autez tigrano certam custodire imperat: quam urbem ut a nobis superius dictum est in honorem sui nominis cõdiderat & optimos quosque in eam conuocarat pœna unicuique imposita ut quæ

lb Stratagem. Luculli
Intigranem

in eam nō transferrent sibi iure uendicaret. Vrbi quippe muros in altitudinem quin quaginta erexit cubitorum: equorū stabula inferius habentes regia: ad hæc & pomaria in suburbiis perfecit ampliſſima ferarum insuper septa ad uenandi uoluptatem: lacusq; amœnitate refertos. In proximo autem arcem munitissimam cōdidit: Quæ omnia Mazeo curanda derelinquens copias omni ex parte contrahit. Metrobarzanem quidem Lucullus statim ab congressu primo repulit. Deinde conuersum insequi cœpit. Mazeum Sextilius intra tigranocertæ mœnia concluſit: regiamq; muro minus septam deprædatus est. Vrbi uero & arci fossam ab omni parte circundedit: machinas etiam attulit urbi: & cuniculis mœnia suspendit. In his Sextilius obseruabatur. Tigranes peditum ducenta: & quinquaginta millia: equitum pariter quinquaginta in unum congregauit: ex quibus ad sex millia in tigranocertam ire iuſſit qui per medias romanorum acies pellices attrahentes regias profecti sunt. Tigranes cum reliquis copiis in Lucullum mouit. Ferunt tum primum Mithridatem in conſpectu eius uenisse: regi quoq; consilium dediſſe ne cum romanis bellum caperet: sed equestribus duntaxat copiis hinc inde discurrens uastatis agris eos quoq; fame præcludere temtaret. Eo modo se a Lucullo ad Cyzicum obsessum sine prælio exercitum omnem perdidisse. Verum ille Mithridatis militiam irridens ad pugnam paratus accesſit. Romanorum quoq; paucitate perſpecta cauillo huiusmodi usus dicitur: Eos quidem si legati accederent permultos: Sin ut pugnarent perpaucos esse. Lucullus tu/ lb multum accommodus post Tigranem conſpicatus equites in fronte conſtituit: qui hoſtes lacesserent: & exagmine deductos ipſi cedentes post se traherent ut insequentibus barbaris nullo ordine palantes interciperet. Ipſe tumulum circunuectus peditēs in occulto collocat. Cum primum igitur hoſtes ueluti in uictoria romanos hinc inde diſperſos perſequi uidit: eorum quoq; uasa paſſim iacentia conſpexit: ſublata uoce uicimus o uiri inquit: & subito ad eos qui uasa deferebant accurrit. Illi magno tumultu inter pedites feruntur: & equites peditibus occurrunt. Fit fuga undiq;. Sed cum inſequendis romanis longius a suis decurriſſent equitatu insurgente conuersi trucidantur: & qui uasa ferebant inuicē collapſi ut in tumultu fit seipſos collidebant. Omnibus igitur in tanta multitudine confuſis. nec ordinem ullum intuentibus ad quem se referrent cædes immensa editur nemine hoſtem spoliante. Sic enim a Lucullo maximis propoſitis pœnis editum fuerat: adeo ut armillas & torques in transitu euitantes per centum & uiginti stadia hoſtes continue cædendo perſecuti sint: quoad nox eos excepit. Tunc quidem conuersi spolia inuadebant. Sic enim a Lucullo conceſſum erat, Mazeus percepta clade a Tigranocerta omnes græcos quos mercede conduxerat in urbem armis exuere decreuit. Nam quum deprehensionem ueritos, in unum ambulare una conuersari & scutulis quibusdam ornari conſpexiſſet barbaros statim cum armis in eos immittit. Illi ueſtes clypeorum in morem siniſtris adaptantes ad eos se conuertunt: pluribusque interfectis: assumpsere arma: quibus inuicem diuiſis iā potentiores ciuibus extulere faces: & Romanos ab extra depoſcentes in urbem recepere. In hunc modum tigranocerta a romanis capta: ingenteſque thesauri in ea direpti sunt: utpote in ciuitate nuper ad æmulationem gloriæ condita: Tigranes interea ac Mithridates exercitum alium denuo inſtaurare properabant: cuius regimen Mithridati attributum erat cum Tigranes cladem illam ob imperitiaz rei militaris acceptam exiſtimaret. Ad parthorum etiam Regem miſere legatos auxilia ab eodem expetentes. Sed cum Lucullus ad eum pariter suos demiſiſſet: rogaretque ut

Tigranocerta urbs inclita

Sextilius Luculli legat

Tigranocerta obsidio

Tigranis copiæ

Mithridatis cōsilium ad tigranē

Tigranis in pugnā romano & cauillo.

Tigranes inferi prælio uict? a Lucullo.

Tigranocerta urbs a romanis capta

Mithridates Tigranis dux.

parthor. rex Neutri parti fidus.

C

Tigranes et Mithridates uterū victi.

Agari a qui uenena curant

uel sibi afferret opem: uel neutri impederet: rex clam utrisq; pollicitus nulli p̄mittere curauit. Mithridates arma interim per singulas desumplit urbes: & delectuz fere omnem ex armeniis confecit Ex electioribus usq; septuaginta peditū milia: eqtū ad dimidiū fere numerꝫ elegit: reliquos oēs ab exercitu emisit. Hos igitur p turmas: cohortesq; dimisit italici in modum distinguens ordinis. Ponticis uero se exercere p̄misit. Aduentante Lucullo mithridates peditatum oēm: partemq; equitatus in tumulo continuit. Reliquos Tigranis eqtes quum in frumentatios romanos impulisset: amisit. Q ua ex causa audacius mithridati appropinquātes frumenta legebant: & castra iuxta eum mittebātur. Interea puluis ad altiora editus Tigranem aduentare indicat. Hoc. n. inter se meditati fuerant quo Lucullū in medio dep̄henderēt. Id animaduertens Lucullus p̄cipuos equitum longius ire iubet: q̄n Tigranē distinerent. nec ex itinere in ordines redire sinerent. Ipse aūt mithridatem in pugnam prouocans fossa circumsepsit. nec ante ab incœpto destitit: q̄ fames incidens amborꝫ dissoluit opa & Tigranes ad interiora armeniæ se cōtulit. Mithridates uero in pontū & ad residua sui puenit p̄ncipatus quatuor millia ex suis adducens: totidē a Tigrane assumptis. Insequebatur. n. & eū lucullus. Sed quū ob cōmeatus inopiam reuerteretur: præueniens illum mithridates Fabiuz aggreditur: q̄ postremus sub lucullo ad bellū ibidē fuerat relictus. Eū itaq; in fugam uertens ad quingentos occidit. Fabio uero seruos: q̄ in exercitu aderant in libertatē uendicante: & per diē integram denuo pugnante: iteruū belli fortuna cœpit immutari: quoad mithridates genu lapide sauci⁹ & sub oculo transfixus: a sagitta magna celeritate auectus ē. & pluribus diebus hos q̄dē timor regiæ salutis: illos uero multitudo uulnerum q̄etos reddidit. Mithridatem agari curabant genus scythicū qui ad serpentū morsus solent adhiberi: & ob id regi cōtinue assidebant. Interim Triarius alter ex luculli ducibus cū exercitu proprio ad Fabiuz delatus in eius locū succesſit. nec multo post cum ipse ac mithridates ad pugnā conueniſſent: uentus prope exortus: qualem antea nun q̄ obueniſſe memoriæ proditum est amborꝫ tentoria sustulit: curruſq; perfregit. ex militibus nōnullos ui raptos suspendit in aere. qua ex cā cessere ambo. Sed quuz lucullus aduentare diceretur: Triarius uictoriam p̄occupare studens: noctu adhuc mithridatis custodias aggreditur. Cū pugna aliq̄diu par esset rex cū parte copiarū: quæ cum sequebatur: fortiter inuectus belli uictoriam auspicatur. Dissipatis. n. hostib⁹ ped tatū eorū in palustri quadam uoragine concluſit: quo in loco cū subsistere nō possent interimuntur. Equites deinde per cāpos insecutus est: impetu quodam aspirantis fortunæ usus. Inter hæc Romanus quidam turmæ ductor serui in modum cum rege congressus: magno uulnere p̄ fœmur ense traiecit: ratus ob thoracem neutiq; eum a tergo posse configere: ueruz illū qui regi proximiores aderant statim confecerunt. Mithridates in castris retro defertur. at amici arridentes eorū cœptis fortunā prosequentes magno impetu in Romanos feruntur. Pugnantibus tp̄sis inopinus reuocationis clamor auditur: subiitq; dubitatio ne aliunde quid infaustum illis accidisset quoad intellecta re statim in campo magna trepidatione regem circumstetere. nec abinde discessere donec Thimotheus compressum sanguinem ex superiore loco rettulit: quemadmodum apud indos ab Alexandri militibus olim trepidatum fuisse memorant: donec ipse se Rex ex uulnere curatum suis militibus ostendit. Mithridates :quum ad se rediisset: eorum q̄ pugnam reuocassent: ignauiam conquestus est: & orta q̄ primum luce: duces in Romanorum concitat exercitum. Illi autem timore parciti turpiter in fugam uertun-

qui

Fabi⁹ luculli leg⁹ in fugā uersus a mithridate

Mithridates in acie uulnus accepit.

uenti maudur uis

Triarij temeritas

Luculli et Triarij pedites interimuntur.

Mithridatis Sumissus percussor

Mithridates ob acceptū uuln curat suis ostendit.

Mithridates uulnerat

Mithridatici belli cū lucullo finis.

tur. Cum cadauera spoliis exuerentur: tribunos militum quatuor: & uiginti centuriones centum quinquaginta occubuisse repertum est. Quorum superiorum iacturam uno in prælio nunq̃ persimilem romani sustinuere. Mithridates in armeniã profectus quam minorem romani uocant quæcunq; facile asportari poterant frumenta collegit: quæ uero difficulter penitus euertit. ut Lucullũ instantem a se repelleret. Interea uir quidam e romanis senatorii ordinis Attilius nomine ob mulctaq; delicta patria ad Mithridatem: cui antea familiaris fuerat accessit. Qui cum insidias regi pararet ab eodem interceptus est. Rex neutiq; dignum ducens hominem Romanorum senatorumq; supplicio afficere: eum interfecit. conspirantes uero cum illo: grauius afflixit. Seruos præterea qui Attilio hac in re obsecuti fortem impunitos esse uoluit utpote qui hero suo paruissent. Lucullo interim contra Mithridatem castra habente quidã asiæ præfectus præmisso tibiciue palam proclamari iussit romãos Lucullum incusare q; ultra præscriptum sibi tempus belluq; gereret: exercitum ab eo esse dimittendum: qui illi paruissent eorum bona ex decreto fore publicanda. Quibus temere ꝓlatus exercitus fere omnis paucis exceptis dissolutus est: qui. n. tenuiores fuerãt & pœnam minus formidabãt cum eodem perstitere. Hac ex causa Luculli in mithridatẽ bellum nullius momẽti habere cœptũ: nec quod ad optatũ finem posset attingere. Diffidẽte quippe italia turbati omnes: mari latrociniis obsesso fame pene enectiq; tempus bello accõmodum arbitrabantur esse prius q̃ alteruq; peringens: ac difficile composuissent bellum. His perceptis mithridates in Cappadociam descẽdit: & ut ꝓprium regnum sibi confirmauit. Et hæc qdem agentem romani uidere neglexerũt quoad maria tuto patebant. Cum aũt uexari cœpissent: & Pompeius ad eapacãda in asiam uenisset bellum mithridaticũ continuo assũpsere: & id Pompeio exequendũ tradidere. Ea ex cã pars quædam pompeianæ seditiõis bellũ contra mithridatẽ mari gestum mihi uisum est. nec ad priuatã ullam expeditionẽ pertinere: sed ad ꝓpositum eius esse referendũ: quemadmodũ fuerit exponere. Mithridates cũ primum romanos debellasset asiãq; inuasisset Sylla circa græciã elaborãte: ratus illũ non satis facile in asiã ui uẽtorum cætera oĩa ut prædiximus depopulatus est: mari quoq; piratas intulit: qui primum pauculis scaphis: nec iis satis amplius latronũ more maria infestabant. Cum uero bellũ exarsisset plures nũero effecti nauibus longe amplioribus oĩa circũnauigabant lucri potissimum dulcedine pellecti adeo ut neq; deuicto rege: neq; inducias agente ac ne retrocedente quidem a mari temperarint: Nam patriæ extorres deficiente uictu ob assiduũ bellum ad inopiam maximã delati uice telluris mari fruebãtur: myoparonibus in primis & sexcuplis usi dicrotis postmodũ ac trirẽibus separatim enauigãtes latronibus quibusdam maioribus ipsis præsidentibus imꝑatorũ more: & in urbes mœnibus carentes ui delati: aliarũ quoq; mœnia sternẽtes aut suffodiẽtes & in captiuitatem uendicantes palam prædabãtur. si quos ditiores offendissent: classi ꝑpositos se ipsos redimere cogebant. Et huiusmõi rapinas cum latronũ nomen abhorrerent militares mercedes dictitabant. Artifices præterea ad opera adhibebant uinculis detentos: & lignorum materiem æris & ferri circunferẽtes nullo unq̃ ab ope cessabãt. Elati etenim ob assidua lucra nec latrocinari adhuc omittentes regibus iam & tyrãnis & exercituum magnorũ imꝑatoribus se ipsos compabant: satis fisi cum se in unum cõtulissent a nemine separari posse: & ob id naues & arma oĩfariam fabricati maxie in Ciliciam q̃ asperam appellant impetũ eorum dirigebãt: exercitũ eo in loco colligebãt: custodias & montium sũmitates insulasq; desertas & nauiũ receptacu-

Romanorũ multa ante strages

Attilij exulis cũ insidias Mithridatj struẽtis comperta.

Lucullo de Mithridate victoria de manibus erepta et quomodo

Pompeio Mithridaticũ bellũ decernit.

piratici belli initia

Latrones maiores imperatorũ more.

Cilicia ꝑ ea

Cilicia Trachea quę.

Piratarū potentia

la ąpicibus p̄dita maxīs constituerāt: qua ex cā omnes cōi nomine cilices appellati sūt initiū assumente huiusmōi fortasse clade ab iis qui ciliciā incolunt aspĝā. Suscipientibus deinde eos syriis: cypriis: & pāphyliis: pōtici q; ac fere omnibus q ab oriēte uergunt nationibus mithridatico bello per longum tempus illis incūbente aliquid potius agere q̄ ab aliis pati eligentes maria telluri ante tulerunt. Sicut breui multa hominū milia in unū congregantes nō solum mare qđ ad orientē spectat: sed quodcunq; inter herculeas colūnas situm est sibi uēdicarent. Iam. n. nō nullos romanorū duces: alioscq; & q Cilyciæ p̄erant circa Siciliā nauali bello supauerāt: nullo in loco nauigatio tuta erat: tellus quoq; opibus uacua ob mercenariorū indigentiā. Romanorū tamē ciuitas præ cæteris huius mali pticeps: iis qui iperio parebant undiq; obsessis & ipsa ppter multitudinē fame laborante. Id aūt opus perdifficile & magnū uisum est tot exercitus uirorum nauiūq; deprædēdere: qui per omnē circuī terrā mariaq; diuiderent: & ob leuitatem appatus facile hinc inde capesserent fugā: nec ad notas terrarū partes receptus debitos & stabiles haberēt: neq; cōmune quicq̄ aut ppriū sed continue ad occurrētia se conferrēt: ita ut belli huius præter consilium omne meditatio nihil firmi: aut q; intelligi posset in se cōtinentes despationem simul & timorē anteferret. Nam neq; appropinquatio Murenæ ad eos: neq; Seruihi Isaurici aduentus post illum quicq̄ pfecerat sed iam italiæ maritimā oram circa Brundusium & Tyrēniam audacter inuaserant: & mulieres nobilium hinc inde transeuntes simulq; duos exercitus cum signis intercęperant: quarū rerum neq; iacturā neq; obprobriū ulterius tolerantes romani Pōpeium q maxime apud eos auctoritatis habebat ex lege imperatorem per tres ānos statuentes uniuerso mari q; inter herculeas columnas situm est & terræ omni quæ a mari per q̄tercenta stadia desup extendit regibus: dynastis: gentibus: urbibusq; uniuersis præsidere uoluerunt: ipsiq; exercitus in unum cōgregare: pecuniasq; ex igere uicissim concesserunt. Exercitum p̄ter hæc ingentē: nauesq; quas habuere omnes ex ordine miserunt: pecuniarū item aduscq; sex milia attica talenta: Sic magnum ac difficile arbitrabātur tam ingentem supare exercitum tam imenso mari ac cōginquitatibus tam uastis latitantē facileq; cedentem denuoq; inopine isurgentem ut nemo illis Pompeio ad hæc uideretur dignior q cum tanto nauigaret imperio Fuere autem illius exercitus statim quidem uiginti millia peditum: equitū quater milia. Naues quoq; cū sextuplis septuaginta supra ducētas. Ministri porro quos a senatu legatos uocant quinq; & uiginti sunt secuti: quibus Pompeius naues maria q; diuisit: equosq; singulis attribuit: pedites insuper & militiæ signa addidit. Ipse cunctorum imperator legionibus q̄bus omnibus illi per partes p̄erant ueluti rex regū p̄sidebat: iussitq; unūquēq; discurrere & efferri in regionibus quas illi ascripsisset permanentes: neq; piratas ultra has insequi: neq; regiones aliis traditas inuadere: sed cōtinue ab omni parte piratis obuiantes mutuis concursibus eos interducere. Sic omnibus dispositis Pompeius Tiberium Neronem & manlium Torquatum hiberiæ & mari q; ad herculeas columnas pertinet præesse uoluit. Liguſtico uero & celthico. Marcum Pomponium Lybico deinde & sardinio ac corsico mari: insulisq; finitimis Lentulum Marcellinum & publium Attilium. Circa italiam autem Lucium Gellium: & Gneum Lentulum præfecit. Siculum præterea & Ionium Plocium: & Terētium Varonem usque in acarnaniā custodire iussit. Peloponnesus uero attica: euboia: thessalia: macedonia: atque boetia Lucio Cinnæ traditæ. Insulas aūt & ægeum mare omne atq; hellespōtū Lucius Cullius assumpsit Bithyniā thraciā assumpsit. ac p

Romanorū duces a piratis nauali bello superati.

Murena aduersus piratas. Seruilius Isauricus.

Pompeio cōcessa a senatu potestas bello piratico.

Pompeij copiæ cōtra piratas.

Pompeio bello piratico legati quot legati a uij

